chriſtus ſine viro de fęmina. In iſtis q̄ttuor cōditionibus vna ſola nobis vſitata eſt: cęterę tres nō ſunt in oculis carnis: ſed ī fide cordis. De terra factū hominē ſine patre et matre nouim⁹: nun q̄ vidimus: lecta et audita credimus. Tertia illa vſitata eſt nobis ipſa quotidiana. De cōplexu maris ⁊ fęmię quotidie naſcunt̄ homines. Iam ergo erat vna ſine viro ⁊ fęmina: iam erat tertia de viro ⁊ fęmina: quarta reſtabat ſine viro de fęmina: Sȝ iſta q̄rta liberauit tres. Prima et ſecūda ruerūt: tertiā de ruina generauerūt: in quarta ſalutē inuenerūt. Exultent virgi- B
nes: virgo peperit chriſtū. Nihil in ea quod vouerūt putent exterminatū: manſit virgo poſt partū. Exultent viduę: infantē chriſtū Luc.2.
vidua Anna cognouit. Exultent cōiugatę: naſciturū dominū ieſum chriſtum helizabet Luc.1.
maritata ꝓphetauit. Nullus gradus ꝓter miſſus eſt: de q̄ non haberet teſtimoniū ſal⁹ omniū. Nūquid eñ ſolę virgines ad regnū celoꝝ ꝑueniūt? Perueniūt ⁊ viduę. Magni meriti fuit illa vidua ſancta anna q̄ a ꝟginitate ſua ſeptē annis vixerat cum viro ſuo: Quo defūcto vſq; ad ſenilē ętatē ꝑuenerat ⁊ ſenectute ſācta expectabat infantiā ſaluatoris: vt paruū videret annoſa: paruū agnoſceret anicula: intrantē in mundū ſaluatorē videret itura. Et in maſculino ſexu tria ipſa genera cōmendata ſunt. Ipſe chriſtus puer nat⁹ ē: exultēt pueri: cōtinētiā vouētes pueto. Ipſe ꝟo integritatē pueritię cōſecrauit: q̄

ſue matri fecunditatē attulit: virginitatē nō
C abſtulit. Simeon ille ſenex diu vixerat: cuius
Luc.2. etas cōparatur anne: et audierat reſpōſum qd non
eſſet viſurus mortē: niſi prius videret chriſtū
dñi. Intelligite fratres quātū deſideriū habe-
bant antiqui ſancti vidēdi chriſtū. Sciebāt
illū eſſe venturū: et oēs qui pie viuebāt dice
bāt: O ſi hic me inueniat illa natiuitas: O ſi
qd credo i ſcripturis: videā oculis meis. Et
vt nouerit quātū deſideriū habebāt ſancti
q nouerant p ſcripturas virginē parituram: ſic
Eſa.7. audiſtis cū Eſaias legeretur: Ecce virgo acci-
piet i vtero et pariet filiū: et vocabitur nomē
eius emanuhel. Emanuhel qd ſit euāgeliū
Matth.1. nobis aperuit dicens: qd interpretatur nobiſcū
deus. Nō tibi ergo vile ſit quecūque infidelis aīa:
nō tibi videatur impoſſibile vt virgo pareret:
virgo pariēs permaneret. Intellige natū deū
et ſi miraris virginis partū. Ut ergo noueritis an
tiquos ſanctos et iuſtos optaſſe videre qd
cōceſſū ē huic ſeni ſimeoni: dñs noſter ipſe ieſus
Matth.13. chriſtus ad diſcipulos ſuos loquēs ait: Mul-
ti iuſti et prophete voluerūt videre que vos vi-
detis et nō viderūt: et audire que auditis et non
audierūt. Multū ſenex iſte fuit ad audiēdū
ſerus: ſed ad videndū maturus. Nō expecta-
uit vt chriſtū audiret loquentē: quem agnouit
infantē. Et hoc illi cōceſſū erat iā decrepito:
quaſi deſiderāti et ſuſpirāti et dicēti quotidie
in orationibus ſuis: Qñ veniet? Qñ naſcitur?
Qñ videbo? Putas durabo? Putas hic me
inueniet? Putas iſti oculi videbūt per quem
cordis oculi reuelabuntur? Dicebat iſta i ora-
tionibus ſuis: et pro deſiderio ſuo accepit reſpō
ſum: quod non guſtaret mortē niſi prius videret
D chriſtū dñi. Geſtabat eū maria mater eius in-
fantē: vidit ille et agnouit. Ubi nouerat qd
agnouit? An intus ē reuelatus: qui foris ē natus?
Uidit et agnouit. Agnouit ſimeon infantē
tacētē: et occiderūt iudei iuuenē mirabilia fa
cientē. Cū ergo cognouiſſet: accepit in vlnas ſu
as: hoc eſt in brachia ſua: amplexatus ē eum.
Portabat a quo portabatur. Ipſe enī eſt chri-
Sap.8. ſtus ſapiētia dei: attingēs a fine vſque ad finē
fortiter: et diſponēs oīa ſuauiter. Quātus ibi erat
et quam magnus: qui paruus factus erat. Paruus fa-
ctus: paruos querebat. Quid ē paruos quere
bat? Non ſuperbos ſed humiles colligebat. In
preſepi dignatus eſt poni vt eſſet piorū cibaria
iumentorum. Accepit eū ſimeon i brachia ſua
et dixit: Nūc dimittis dñe ſeruū tuū in pace.
Dimittis in pace: quia video pacem. Quare ergo
dimittis i pace? quia viderūt oculi mei ſaluta-
re tuū. Salutare dei: dñs ieſus chriſtus. An-
nūciate diē: ex die ſalutare eius. Habetis ergo pu-
eri puerū ieſum: ſancti ſenes ſenē ſimeonē.
Si autē queritis vt et coniugatus aliquis vir teſtimo E
niū dño perhibeat: Zachariā cōſiderate. Ne-
mo ergo querat aliud fratres mei chariſſimi: fideles:
aut virgo: aut vidua: aut cōiugata: aut puer:
aut cōtinens: aut vxoratus: quicquid plus eſſe
qs voluerit: nō inuenit quēadmodū ad chri
ſtū pertineat. Nō inuenimus teſtimoniū perhibu
iſſe chriſto adulteros: fornicatores: inundos.
Et vt a talibus ei teſtimoniū perhiberetur: ipſe ergo
ſtitit: ipſe donauit. Nō enī quiſque ſanctus viribus
ſuis. Exultemus ergo chariſſimi: ab hodierno
die creſcūt dies. Crede in chriſtū et creſcat i
te deus. Credidiſti: inchoatus ē deus. Credi-
diſti: natus eſt chriſtus in corde tuo. Sed nūquid
chriſtus natus ſic remāſit? Creuit: ad iuuentutē
peruenit: ſed i ſenectutē nō declinauit. Creſcat ergo
et fides tua: robur inueniat: vetuſtatē neſciat.
Sic pertinebis ad chriſtū filiū dei: in principio
verbū apud deū. Uerbū deū: ſed verbū caro
factū eſt: vt habitaret in nobis. Maieſtas ibi
latebat: vbi infirmitas apparebat. In manus
ſuas ſimeon infirmitatē accepit: ſed maieſtatē
intus agnouit. Nemo cōtemnat natū: ſi vult
eſſe renatus. Ad illū pertinuit propter nos naſci:
ad nos pertinet in illo renaſci: qui venit in hunc
mūdū peccatores ſaluos facere: ieſus chriſtus do
minus noſter: cui eſt honor et imperiū in ſecu-
la ſeculorū: Amen.

## In eodem feſto: Sermo XVII Ser.XXI.

Hodie puer natus ē nobis: hodie filius A
b datus ē nobis. Puer in quo licet teneritu- Eſa.9.
dine mēbrorum inualidus: ſed inculpabili
generatiōe preclarus. Hodierna enī natiuitas
genitricē inocētie puritas declarat auctorē:
hodie filius datus ē nobis. Nūc nobis ē datus: qui ē
ante ſecula natus. Datus in partu virginis: filius de
ſubſtantia genitoris. Cū igitur ſeruilē cauſā per
oſtiū fidei ſperatus quodā dñator intraret: ru
buit inuiolata virginitas. Nec peſſulū pudoris
infregit: et in ſacris viſceribus radius eterne clari-
tatis effulſit. Letetur ergo omne mūdi huius exiliū:
exultet ſeculū paulo ante captiuū. Miſit deus
filiū ſuū qui naturā terreat: moriatur et vincat.
Matth.2. Terruit nāque herodē natus: vicit diabolū ino
cens crucifixus. Cela dñe ſub pelle carnis ani
mū virtutis: habitū maieſtatis paulisper occul
ta. Dege i vtero virginis: egredere et cōgredē
ex tentorio ſacre virginis: Aptatā pro me mu-

B cipulā: vbi totā liberas creaturā. Sed tanti
hui⁹ cōcept⁹ ac part⁹ ꝛ causā ꝛ miraculū per
tractem⁹. Ut igit̄ vitioꝝ ſordib⁹ abſolutus
horribilit̄ ſqualeſceret mūd⁹: ab origine iā ī
ꝑadiſo captiu⁹: fęmia cauſa fuit. Sic etenim
Eccl.25. ſcriptū ē: A muliere initiū factū ē peccati: et
1.Timoth.2. ꝑ illā oēs morimur. Et apłus paul⁹: Uir in
qt seduct⁹ nō ē: mulier aūt ſeducta in ꝑuari
catiōe facta ē. Per hanc ꝙ mūdus erūnabili
ſeruitute deꝑſſus ſb iugo diaboli anxia col
2.Petri.2. la ſbmiſerat. A q̄ eñ qs deuict⁹ ē: huic ꝛ ſer
uus addict⁹ ē. Soluta igit̄ elemētoꝝ fędera
ta cōpage: diluuiū hoīem deleuit: crimē de
Gen.22. lere nō potuit. Iſaac ſterilis nō ꝟginis fili⁹:
crucis meruit ſigna portare. Apphendi me
ruit: vinciri meruit: nō tñ aliqd mūdo cōtu
liſſet ſi potuiſſet occidi. Moyſes aqs puriſſ
Exo.14. candū agmē ſolūmō eripit iudaicū: nō totū
liberat mūdū: extermīat ęgyptū non pecca
tū. Regē pharaonē freto hiante ſubduxit:
nō diabolū cū ſuis legionib⁹ ꝑnecauit. Da
Ps.50. uid ī iniqtatib⁹ ſe fat̄ eſſe cōceptū: nec ipſe ꝙ
mūdi potuit auferre peccatū. Cū ꝑ pleraſqꝫ
igit̄ tēpoꝝ gyrātiū rotas mūdiale curriculū
volueret̄: neqꝫ quiſpiā mederet̄: ꝛ ingraueſ
centib⁹ culpis ruinę ꝑcipitis ictu et fremitu
toti⁹ orbis mēbra pulueſcerēt ꝛ nemo ſuccur
reret: ad fęminā cauſa reuertit̄: ꝛ origo ꝑ ori
ginē detrūcat̄. Origo peccati: per genitricē
chriſti. Proſapieꝰ impietatis: ꝑ ꝓſapiē pie
C tatis. Stirps mort̄l: ꝑ ſtirpē vitę ꝑcutit̄. Ha
cten⁹ cauſā nūc aptos obtut⁹ miraculis re
uelem⁹. Chriſtū ꝟgo pepit: mutat̄ natura:
delet̄ ꝛ culpa. Preciſū eſt illud euę infęlicita
tis elogiū: In triſticia paries filios: qꝛ iſta ī
lęticia dñm ꝑturiuit. Illa eñ luxit: iſta relu
xit. Illa lachrymas: iſta gaudiū ī vētre por
tauit: qꝛ illa peccatorē: iſta edidit inocentē.
Chriſt⁹ ſemiauit nō lux⁹: de⁹ ſeuit ñ marit⁹.
Uirgo genuit: qꝛ ꝟgo ꝯcepit. Inuiolata pe
pit: qꝛ ī ꝯceptu libido ñ fuit. Utrobiqꝫ mira
culū: ꝛ ſine corruptiōe grauida: ꝛ in ꝑtu ꝟgo
puerpera. Matrimoniū in fide: part⁹ ī ꝟgi
ne. Gabriel ille horū ſpōſaliū internūci⁹ fuit.
Luc.1. Quid dixerit: qd audierit referat: Aue inqt
gr̄a plena: dñs tecū. A ſalutatione incipit q̄
ſalutē ī lingua portauit. Sileat nūc a fęmis:
ſileat tortuoſi ſerpēt̄ male ſuadibilis ſibil⁹:
ad matrē dñi nr̄i angel⁹ eſt locut⁹: Aue inqt
gr̄a plena: dñs tecū. Gr̄a refert̄ ꝓ culpa: ple
na dicit̄ nō vacua. Impleta eſt ꝙ gr̄a: ꝛ eua
cuata ē culpa. Hoc inō ꝛ ipſa venerabil̄ ꝟgo
nr̄a in ſuo cātico plauſit. Eſuriētes impleuit
bonis: ꝛ diuites dimiſit ianes: Aue inqt gr̄a
plena: dñs tecū. Tecū in corde: tecū ī vētre:
tecū ī auxilio. Gratulare ꝟgo: chriſt⁹ rex e cę
lo ſuo: venit ī vtero tuo. Ex ſinu prīs ī vteꝝ
dignat̄ deſcēdere mr̄is: ſed nec regionē ſuā
maieſtas īfinita deſeruit: nec eū ꝟginal̄ au
la dū accepit icluſit. Fides a tra ī cęlū erecta
eſt. Huic chriſt⁹ inſedit: ꝛ ꝑ ipſā in tēplū pu
doris intrauit. Bñdicta tu ī mlierib⁹: q̄ vitā D
ꝛ viris ꝛ mulierib⁹ pepiſti. Ede inculpabilis
fęmia inuiolabilē virū: ac ſic ꝛ fęminā ſalua
bis ꝛ virū. Eua mat̄ gener̄l nr̄i pęnā intulit
mūdo: genitrix dñi nr̄i ſalutē ꝛ fęmię geſſit ꝛ
viro. Auctrix peccati maledicta: auctrix me
riti bñdicta. Ita eñ ad eā cęleſt̄l nūci⁹ infit:
Bñdicta tu ī mulierib⁹. Genere ſexuali oēs
appellant̄ ęquidē cōiter mulieres: ſʒ ſunt etiā
īcorrupta ꝟginitate pudoris ꝓprietate diſtā
tes. Illa occidēdo obfuit: iſta viuificādo ꝓ
fuit. Percuſſit illa: at iſta ſanauit. Pro ī obe
diētia eñ obediētia cōmutat̄: ꝛ fides ꝓ ꝑfi
dia recōpenſat̄. Plaudat iterū organis ma
ria: ꝛ inter veloces articulos tympana cōcre
pent. Excludat cant⁹ digitis: pariat chriſtū
ludētib⁹ pſalmis. Cōcināt lętātes chori: ꝛ al
ternātib⁹ modis dulciſona carmia miſceāt̄.
Muſicū maria int̄ iuuēculas melos exerce
at: qꝛ dulce ꝟbū plectris ſanctiſpūs modu
lantib⁹ ꝑturiuit. Interea iudęa q̄ ipſa tym
panū crudelitat̄l aptabat: ꝛ chriſtū in ligno
tendebat. Poſtq̄ eñ ſceleris errabūda ma
nus icōpoſitis numeris diſcrepauit: cōfeſtī
barbar⁹ ille fragor truculenti ſtridoris infre
muit: Crucifige: crucifige. Reciprocato igit̄ Luce.23.
die q̄ criminoſa ęgypt⁹ feriret̄: tympanū ma Exo.15.
rię nr̄ę pulſatū ꝟbū edidit: ꝛ ſuę linguę pul
ſabulo puerpera nr̄a lętos ſui oris cant⁹ effu
dit. Audiam⁹ igitur quēadmodū tympani E
ſtria nr̄a cātauerit: Magnificat aīa mea do Luce.1.
minū: et exultauit ſpūs meus ī deo ſalutari
meo. Quia reſpexit hūilitatē ancillę ſuę: ec
ce eñ ex hꝫ beatā me dicēt oēs generatiōes.
Quia fecit mihi magna q̄ potēs eſt. Cauſa
igit̄ inualeſcētis errati miraculū noui part⁹
efficit: et euę planctū marię cantus excluſit.
Deniqꝫ poſt illi⁹ bñdicibilis ſalutatiōis ꝛ ꝑ
ſagiū ꝛ triūphū: tacita ſecū ꝟgo mētis alt̄ca
tione cōſtigit: q̄lis eſſet iſta ſalutatio. Nūci⁹
interī cęleſt̄l exequit̄: Ne timeas maria īue
niſti gr̄aꝫ aū deū: Ecce ꝯcipies filiū ꝛ vocab
nomē ei⁹ ieſū: At illa dū ſciſcitat̄ modū: au
dit auctorē ſobolis deū. Quō inqt fiet illud

qm̄ virū non cognoſco? Spūs inq̄t ſanctus
ſupueniet in te: ⁊ virt⁹ altiſſimi obumbrabit
tibi. Ideo qḋ naſcet̃ ex te ſanctū: vocabit̃ fi
li⁹ dei. Expandat nūc fides ſplēdētis vteri
pulchra tentoria: obumbret virt⁹: ſpūs ſibi/
let naturali calore depulſo: tenuis virginē
aura refoueat: ⁊ fluente refrigerio ſpiramen
tis cęleſtib⁹ ventilet̃: alu⁹ virginalis ſcris ve
recūdię coronet̃. Flāme⁹ ibi roſę fulgor an/
helet: albens liliū candicet: mollis viola ru/
tilet: purpurei ſpargant̃ flores: ⁊ vario nito/
F re depict⁹ chriſti thalam⁹ exornet̃. Reſpōde
iā ꝟgo ſacra: Uitā qd tricas mūdo? Aſſen/
ſum tuū angel⁹ ꝑſtolat̃: inde eſt qḋ nuncius
Luc. 1. iſte morat̃. Iā audiſti: Spūſſanct⁹ ſupueni
et in te: ⁊ virt⁹ altiſſimi obumbrabit tibi: vt
prolē gignas: et ꝟginitatē nō ꝑdas. Janua
celi quōdam ꝑ adā clauſa iā ſonuit: ꝑ ipſam
nūcius iſte ꝓceſſit. Deus in porta eſt: ange/
lū quē moraris expectat. O beata maria ſę/
culū oīe captiuū tuū deꝑcat̃ aſſenſum: te
deo mūdus ſuę fidei obſidē facit: ꝑ te paren
tū ſuorū iniurias abſtergi deꝑcat̃. Ipſe por
qui offenſus ē miſit: clauſtrū qḋ iniq̄tas nr̄a
cęlo infixerat reſerauit. Eſt nobis adit⁹ ſi aſ/
ſenſus tuus fuerit cōmodat⁹. Et nobis ſuc/
curris ⁊ tibi: q̄r nobis pęna ſucceſſit: et tibi
nuptias filio ſuo in tuo thalamo pater ꝑpa/
rabit. De⁹ in ipſis ſpōſalib⁹ gaudijs relaxat
quicq̄d eū offenderat mūdus. O ⁊ tu ange/
le tanti regis nūcie: ⁊ ſecreti diuini legate: q̄
ex palatio in parochię maieſtatis indulgētiā
reddis crimínoſis: vitā mortuis: et pacē ſa/
crā attuliſti captiuis: vrge virginē nō de dei
munere diffidentē: ſed de muneris magnitu
dine cogitantē. Faue partib⁹ ſeculi: cōſcius
ſecretorū celi: lętabunt̃ ſocij tui: ſi negociū
inueneris mūdi. Nos a veſtro cōſortio impie/
tatis mucro diuiſit: ꝑ vos de reditu nr̄o tra/
ctatur. Inſpice ſqualentē nr̄i carceris miſe/
riā: ⁊ loquere feſtinus ad mariam. Uſq̄quo
moraris o virgo nunciū feſtinantē? Intuere
deū in cęli me veſtibulo ſuſtinentē: reſpōde
verbū: ⁊ ſuſcipe filiū. Da fidē: ⁊ ſenti virtu/
tē. Pande ſinus roſeos virgo ꝑpetua: fides
G tua mō aut aperit cęlū aut claudit. Ecce in/
q̄t ancilla dn̄i. Introeat rex in cubiculū ſuū:
Fiat mihi ſm verbū tuū. Nec mora reuertit̃
nūcius: et nuptialē thronū ingredit̃ chriſt⁹.
Accipit ſtolā carnis i thalamo virginis: in/
tra theſaurū maieſtatis ſacculū carnis ceſſit.
Diuinitati ſponſat̃ hō: p̄miū accipit caro.
Pſ. 18. Procedit chriſtus q̄ſi ſponſus de thalamo
ſuo: cū ꝑſagio nuptiarū exijt ad campū ſecu
li: cucurrit ſicut gigas exultando ꝑ viā: ꝑue/
nit vſq̄ ad cruci tropheū: ⁊ ibi firmauit aſcē
dendo cōiugiū: vbi cōſentiret alienantē in
ſupplicijs creaturā: cōmertio pietatis ſe pro
cōiuge dedit ad pęnā. Tradidit quoq̄ car/
bunculatā ſui ſanguis gemmā: ⁊ copulauit
ſibi ꝑpetuo iure matronā. Aptaui inq̄t vos 2. Cor. 11.
apl'us vni viro virginē caſtā exhibere. Ecce
nūc q̄ fuerat fęta facta eſt ancilla: q̄r vidit vi
tā ſuā in ligno pēdentē: ⁊ nō credidit liberā/
tē. Gaudeam⁹ ꝼrēs in cōmertio dei ⁊ homi
nis: ſpōſi ⁊ ſponſę: chriſti ⁊ eccl'ię: ſaluatoris
⁊ ꝟginis: q̄ dū deſpōſaret̃ fabro: celi nupſit
architecto. Ueneremur chriſtū in p̄ſepi: qui
quadrifariū mundū repleuit in fide. Adore/
mus pānos infantię: ex quib⁹ ſacra ſūt em/
plaſtra naturę. Honorate paſtores: qui p̄mi
myſteriū ab angelis didicerūt. Plaudam⁹
cūcti cū cęleſtib⁹ angelis officijſq̄ diuinis: ⁊
cęli ⁊ terrę pacē bonę volūtatis hominibus
nūciem⁹. Date gloriā i excelſis deo: redēpti
credite datā pacē eſſe captiuis. Eſtote homi
nes bonę volūtatis: vt mereamini p̄miū li/
bertatis: ipſo donāte qui viuit ⁊ regnat i ſę
cula ſeculorū: Amē.

## In eodem feſto: Sermo XVIII Ser. XXII.

A

V Enerāda natiuitas ſaluatoris: qui
nat⁹ i carne ē: hūilitatis ē inſtrumē/
tū: pietatis myſteriū: et ęternę ſpei
remediū manifeſtū. Hac die ē nat⁹ ex ꝟgine
matre: q̄ ante ſecula ętern⁹ ē genitus ex deo
pr̄e. In illa natiuitate ex impaſſibili naſcit̃
genitore: ex iſta incorrupta nat⁹ eſt virgine.
Illā ſolus pr̄ ſciuit ipſe q̄ genuit: hāc in ſe ſo
la ꝟgo ⁊ mat̃ intemerata cognouit: q̄ virū i
cōcipiēdo nō ptulit. In pr̄e impaſſibilitas: i
matre incorruptibilitas. In pr̄e ꝑpetua di/
uinitas: in mr̄e ęterna ꝟginitas. Sic eīm ad
eam dn̄s loquit̃ ꝑ ꝓphetā: Et deſpōſabo te Oſee. 2.
mihi in ęternū. Semꝑ ꝗ ꝟgo eſt q̄ ſemꝑ ſpō
ſa ē: ⁊ q̄ vocabulo ſpōſę nō caruit: in ęternū
virgo ꝑmāſit. Et deſpōſabo te inq̄t mihi in
ęternū: q̄r q̄ ſpōſa ęterna dicit̃: ęterna virgo
ꝓbat̃. Ex pr̄e inuiſibilit̃: ex mr̄e viſibilit̃: Et
incōparabilit̃ ex pr̄e atq̄ incōparabiliter ex
matre: q̄r incorruptibilit̃ i illa natiuitate pa/
trē deū habet ſine homie mr̄e: in iſta matrē
habet virginē: ſ; hoīem nō habet patrē. In
illa coętern⁹ ⁊ pr̄is ⁊ coętern⁹ auctoris: i iſta
fili⁹ ē ꝟginis ⁊ auctor eſt mr̄is. Ipſe eīm for/
mauit vterū qui deſcēdit in vterū: exiuit de
vtero ⁊ non corrupit vterum: vt qui deum

patrē habet in cęlis: virginē matrē haberet in terris. In illo ſine tempore genit⁹: in iſta in ſine temporū natus. In illo naſcit̄ ſine ſi‑ne: in iſta cōcipit̄ ſine ſemine. In illa ſine ini‑tio generatiōis: in iſta ſub cōditione legis ꝛ carnis. In illo inuiſibilis de⁹: in iſta viſibi‑
Ioh. 1. lis hō ꝑ corpus: q2 verbū caro factū eſt ꝛ ha‑bitauit in nobis. In illo impaſſibilis: in iſta mortalis. In illo excelſiſſim⁹: ī iſta ſubiect⁹. Subiectus ſiquidē iniurijs paſſiōis et mor‑tis: mortis aūt crucis. Sed ꝑ hec oīa eſt glo‑rioſus in cęlis: qui victor in omnib⁹ inuenit‑
B in terris. Elegit ſibi in q̄ naſceret̄ diē: qui fe‑cit omnē diē: ꝛ nō ſine grā ꝑlationis ceteris eſt dieb⁹ habēdus hic dies: in quo de⁹ ī ho‑minē docet̄ fuiſſe ꝓmot⁹. Deniq꜀ ex hodier‑no dies accepit incrementū: et augmēta ſu‑mit curſus ſui: qui electus ad gloriā dei no‑ſcitur. Cōceptus eſt eñ ęquinoctio verno: ꝛ natus eſt ſolſtitio hiberno. Et qua die eſt cō‑ceptus ī vtero virginis: in ipſa reſurrexit ab inferis cū gloria paſſionis. Et in cōceptu tñ ꝛ in natiuitate eius dies accepit incremētū: ꝛ naſcente vera luce: lucis ꝛ diei augmentat̄ officiū. Aduertite interea frēs: aduertite do‑minicū ſacramentū. In natiuitate ei⁹ dies
Matth. 27. ꝓficit: in paſſione deficit: q2 a ſexta hora te‑nebrę facte ſunt ꝑ totā terrā vſq꜀ ad horam nonā. Et qd̄ iminutū eſt in paſſiōe: amplia‑
Ps. 18. tū eſt in reſurrectiōe. Ecce eſt illud: Dies di‑ei eructuat verbū: ꝛ nox nocti indicat ſcien‑tiā. Dico natiuitatis diei paſſionis: et dies paſſionis diei reſurrectiōis. Nox natiuitat̄ nocti paſſiōis: ꝛ nox paſſionis nocti reſurre‑ctionis annūciat verbū. Illic natū: hic paſ‑ſum. In illa angelorū gaudiū: in iſta totius mūdi luctum: ſed tñ omniū in reſurrectione
Ps. 29. triumphū: q2 in veſperū abūdabit fletus: ꝛ ad matutinū leticia. Veſperū paſſionis: qñ
Luc. 23. ſequebat̄ eū multitudo populi: et mulieres lamētabant̄ ꝛ plangebāt. Matutinū reſur‑
Ioh. 20. rectionis: quo mulieres cū gaudio a monu‑mēto currebāt: ꝛ diſcipuli cū gaudio ad mo‑numentū feſtinabāt. Elegit ergo hūc diem ſibi ad natiuitatē: nobis ad fęlicitatē. Sibi ad obſequiū: nobis ad gaudiū. Sic eñ pa‑
Luc. 2. ſtorib⁹ angel⁹ ꝑdicauit: Ecce inq̄t annūcio vobis gaudiū: qd̄ erit vniuerſę terrę. Qua‑re? Quia nat⁹ ē vobis hodie ſaluator qui ē chriſtus dñs: vt merito a nobis hodie can‑
Ps. 117. tandū ſit: Hic ē dies quē fecit dñs: gaudea‑mus et letemur in eo. Creſcit ecce dies cum ortu naſcētis: ꝛ lucratiuo ꝓuentu vel ſucceſ‑ſibus momētoꝝ: noctiſq꜀ iminuto curriculo defectionē ſentiūt opera tenebrarū. Die eñ ęterno naſcēte: augmentū debuit dies tem‑poralis accipere. Nō vt dies aliq̄d naſcenti cōferret: ſed vt ex naſcēte dies ꝓrogatiuā in‑cremēti vel fęlicitatis acquireret: ꝛ fieret toti mūdo feſtiu⁹ in q̄ verus deus hō nat⁹ eſt in carne ꝑfect⁹. Dio ꝑhui⁹ natiuitatis ſchola:
C hūilitatis eſt officina: patiētię maſſa: virtu‑tis agonia. Primū q2 voluit immēſus ꝛ om‑nipotēs dei fili⁹ cui⁹ incapabilis potētia et incomprehēſibilis magnitudo cęlū ſimul ac mundū cōtinet: ambit: amplectit̄: excedit: tanta ſe anguſtia ꝛ ſubtilitate cōtrahere: vt intra vterū virginis clauſus: ꝛ qd̄ habebat ī maieſtate cōprimeret: et qd̄ erat ī virtute ce‑laret: tantaq꜀ ſe hūilitate deponeret: vt fili⁹ homis eſſe vellet: q̄ dei fili⁹ nunq̄ eſſe ceſſa‑ret. Sed h̄ nō niſi de⁹ poſſet. Intra magni‑tudinē eñ ſuā ſe occultaſſe cū potēs ſit: non hūanę infirmitat̄ ſꝫ diuinę ꝟtutis ē. Nemo eñ hoim ſe pōt abſcōdere aut celare qd̄ na‑ſcit̄: q2 quā iuſſit in omib⁹ natura mortalis: nō pōt tñ quiſq꜀ ſibi derogare qd̄ natus eſt. Deus aūt nr̄ in eo potentiā maieſtatis ape‑ruit: cū ſe intra termios hūanę infirmitatis abſcōdit: vt omnipotentē ſe in h̄ maxime ſa‑cramento mōſtraret: q̄ poteſtati ſuę ſubijce‑ret id qd̄ ꝑ poteſtatē naturę cęleſtis omi ſub‑iectiōe liberū ꝑmaneret. Natus eñ deus ex deo patre hō eſſe voluit: ſꝫ id qd̄ de⁹ ante na‑tus ē nō amiſit. Ita eñ eſſe hō voluit: ꝛ id qd̄ homis fuit nō in ea q̄ nat⁹ eſt cōditiōe ꝑ‑māſit. Suſcepit eñ ex maria virgine hoiem verū quē ꝑ reſurrectiōis gloriā leuauit in cę‑lū. Hūilitas ergo chriſti ſublimitas ē corpis nr̄i: q2 cū hūiliat̄ dñs exaltat⁹ eſt hō: ꝛ ita ex‑altatus eſt ſeruus vt in dño ſimul fieret ipſe qd̄ dñs. Hoc beatiſſim⁹ paulus ꝓbat dicēs:
Qui trāſfigurauit corp⁹ hūilitatis nr̄e cōfor‑ Phil. 3.
me corpori glorię ſuę: ſm̄ operationē vt poſ‑ſet ſubijcere ſibi oīa. Et iterū: Qui cū in for‑ Phil. 2.
ma dei cōſtitut⁹ eſſet: nō rapinā arbitrat⁹ eſt eſſe ſe ęqualē deo: ſed ſemetipſū exinaniuit formā ſerui accipiens: in ſimilitudine homi‑nis cōſtitutus: et habitu inuētus vt homo: humiliauit ſe vſq꜀ ad mortē: mortē aūt cru‑cis. Propter qd̄ ꝛ deus illū exaltauit: ꝛ do‑nauit ei nomē qd̄ eſt ſuꝑ omne nomē.

## In eodem feſto: Sermo XIX

Ser. XXIII. A a Udite filij lucis adoptati in regno
dei frēs chariſſimi: audite ⁊ exultate
Pſ.32. iuſti i dño: vt vos rectos poſſit dece
re laudatio. Audite qđ iā noſtis: recolite qđ
audiſtis: amate qđ creditis: ꝑdicate qđ ama/
tis: ſicut anniuerſariū celebratis hūc diē: ſic
huic diei debitū expectate ſermonē. Natus
eſt chriſt⁹: de⁹ de patre: hō matre. De patris
īmortalitate: de matris virginitate. De pr̄e
ſine matre: de matre ſine pr̄e. De patre ſine
tpe: de matre ſine ſemine. De patre ꝓncipiū
vite: de m̄re finis mortis. De patre ordinās
omnē diē: de m̄re ꝯſecrās iſtū diē. Premiſit
eñ hoīem iohannē q̄ tūc naſcerer̄ cum dies
inciperet minui: ⁊ nat⁹ ē ipſe cū dies incepit
creſcere: vt ex hoc ꝑfiguraref qđ ait idē Jo/
Joh.3. hānes: Jllū oportet creſcere: me aūt minui.
Debet eñ vita hūana in ſe deficere: in chri/
2.Cor.5. ſto reficere: vt q̄ viuit iā nō ſibi viuat: ſed ei
qui ꝓ omnib⁹ mortu⁹ eſt ⁊ reſurrexit: Et di/
Gal.2. cat vnuſquiſq₃ nr̄m qđ dicit apłus: Uiuo aūt
iā nō ego: viuit xp̄o in me chriſt⁹. Jllū opor/
B tet creſcere: me aūt minui. Laudāt eū cōdi/
gne oēs angeli: ei⁹ quoꝝ cibus ętern⁹ eſt in/
corruptibili eos ſagina viuificans: q2 verbū
dei eſt: cui⁹ vita viuūt: cui⁹ ęternitate ſemꝑ
viuūt: cui⁹ bonitate ſemꝑ beate viuūt. Jlli
eū cōdigne laudāt deū apud deū: ⁊ dāt glo/
riā in excelſis deo. Nos aūt plebs ei⁹ ⁊ oues
manuū eius: ꝓ modulo infirmitatis nr̄e pa/
cē ꝑ bonā voluntatē recōciliati mereamur.
Jpſorū eñ angeloꝝ vera ⁊ hodierna vox ē:
quā nato nob̄ ſaluatore exultando fuderūt:
Luc.2. Gloria in excelſis deo: et i terra pax homib⁹
bone volūtatis. Laudant ꝗ̄ illi cōpetenter:
laudem⁹ ⁊ nos obediēter. Sūt illi nūcij ei⁹:
ſumus ⁊ nos pecora eius. Impleuit in cęlo
mēſam ipſorū: impleuit in terra ꝑſepe nr̄m.
Joh.1. Plenitudo mēſę ipoꝝ eſt: q2 in ꝓncipio erat
verbū: ⁊ verbū erat apud deū: et deus erat
verbū. Plenitudo ꝑſepis nr̄i eſt: q2 xb̄ū ca/
ro factū eſt: ⁊ habitauit in nobis. Ut eñ pa/
nē angeloꝝ māducaret hō: creator angeloꝝ
factus ē hō. Jlli fruēdo: nos petēdo. Jlli ca/
C piendo: nos ǵrendo. Jlli intrādo: nos pul/
Col.2. ſando. Quis eñ hoim oēs theſauros ſapiē/
tię ⁊ ſciētię nouerit i chriſto occultos: atq₃ in
2.Cor.8. pauꝑtate carnis ei⁹ abſcōditos? Quia ꝓpt̄
nos pauꝑ factus ē cū diues eſſet: vt illi⁹ pau/
pertate ditaremur. Cū eñ mortalitatē aſſu/
meret: mortēq₃ ꝯſumeret: i pauꝑtate ſe oſtē/
dit: ſed diuitias dilatas ꝓmiſit: nō ablatas
Pſ.30. amiſit: O q̄ multa multitudo dulcedinis ei⁹:
quā abſcōdit timētib⁹ ſe: ꝑfecit aūt ſꝑātib⁹ i/
ſe? Ex pte eñ ſcim⁹: donec veniat qđ ꝑfectū 1.Cor.13.
eſt. Cui capiēdo vt idonei ꝑſtaremur: ille q̄ ę/
lis patri in forma dei: in forma ſerui factus:
ſiles nobis: reformat nos ad ſilitudinē dei: ⁊
factus fili⁹ homis vnicus fili⁹ dei: multos fi/
lios hoim facit filios dei: et nutritos ſeruos
ꝑ viſibilē formā ſerui ꝑficit liberos ad vidē/
dā formā dei. Filij eñ dei ſum⁹: ⁊ nōdū appa 1.Joh.3.
ruit qđ erim⁹. Et ſcim⁹ qm̄ cū apparuerit ſiles
ei erim⁹: qm̄ videbim⁹ eū ſicuti eſt. Nā qui
ſunt illi ſapiētię ſciētięq₃ theſauri: q̄ ille diui Col.2.
tię diuinę: niſi q̄ ſufficiūt nobis? Et quę illa Pſ.30.
m̄ltitudo dulcedinis: niſi q̄ ſatiat nos? Oſtē Joh.14.
det ꝗ nobis patrē: ⁊ ſufficiet nobis. Et i quo/
dā pſalmo quidā ex nobis vel i nobis vel ꝓ
nobis ait illi: Satiabor dū manifeſtabir glo Pſ.16.
ria tua. Ipſe aūt ⁊ pater vnū ſunt: et q̄ ipſū Joh.10.
videt: videt ⁊ patrē. Ergo dñs virtutū: ipſe Joh.14. Pſ.23.
eſt rex glię. Cōuertens nos: oſtēdet faciē ſuā Pſ.79.
⁊ ſalui erim⁹ et ſatiabimur ⁊ ſufficiet nobis. D
Dicat itaq₃ illi cor noſtrū: Queſiui vultum Pſ.26.
tuū: vultū tuū dñe requirā: ne auertas vul/
tū tuū a me. Et reſpōdeat ipſe cordi noſtro:
Qui diligit me: mādata mea cuſtodit. Et q̄ Joh.14.
diligit me diligef a patre meo: et ego diligā
eū: ⁊ oſtendā meipſū illi. Uidebāt eū oculis
vtiq₃ illi quibus hoc dicebat: et ſonū vocis
ei⁹ aurib⁹ audiebāt: ⁊ hūano corde hominē
cogitabāt: ſ₃ qđ ocul⁹ nō vidit: nec auris au/ 1.Cor.2.
diuit: nec in cor homis aſcēdit: eundē ipſu₃
ſe ꝓmittebat oſtēdere diligētib⁹ ſe. Qđ do/
nec fiat: donec oſtēdat nobis qđ ſufficiat no
bis: donec eū fontē vite potem⁹ ⁊ ſatiemur:
interim dū ambulātes ꝑ fidē peregrinamur ab 2.Cor.5.
eo: dū eſurim⁹ ⁊ ſitim⁹ iuſticiā: formę dei pul
chritudinē ineffabili ardore deſiderem⁹: for/
mę ſerui natalē deuoto obſequio celebrem⁹.
Nōdū ꝯtēplari poſſum⁹ qđ genit⁹ ē añ luci/
ferū a pr̄e: frequētem⁹ qđ nocturnis horis ē
nat⁹ ex x̄gine. Nōdū capim⁹ qđ añ ſolē ꝑma Pſ.71.
net nomē ei⁹: agnoſcam⁹ i ſole poſitū taber/ Pſ.18.
naculū ei⁹. Nōdū cōtuemur vnicū ꝑmanētē
in pr̄e ſuo: recordemur ſponſū ꝓcedentē de
thalamo ſuo. Nōdū idonei ſum⁹ ꝯuiuio pa
tris nr̄i: agnoſcam⁹ ꝑſepe dñi nr̄i.

## In eodem feſto: Sermo XX

Ser. XXIIII. A v T hodie a me poſſit fratres chariſſi/
mi maieſtas natiuitatis dñicę ꝑdi/
cari: ꝑ vos mihi a dño facultas ē im
petrāda: q̄tenus ipſe xb̄ū in ore ſuo cōſtituat
ſacerdoti: nec nr̄i oris dedigneł officiū: q̄ no
ſtrę carnis hodie dignat⁹ eſt inire cōmerciū.

Nō enī frēs ineffabile diuinę generatiōis cō
tendim⁹ apire myſteriū: ſ nr̄e ſalutꝭ magnū
⁊ mirabile geſtim⁹ gaudiū nūciare: ſic dixit
Luc.2. angel⁹: Ecce annūcio vobis gaudiū magnū
qd̄ erit omi pplo. Nullū hodie frēs cōcept⁹:
nullū terreat part⁹. Ubi enī ꝟginitas cōce-
pit: integritas parit: dei ē virt⁹ cōſcia: nō vo
Luc.1. luptas. Audi angelū dicentē: Spūſſanctus
ſuperueniet in te: ⁊ virt⁹ altiſſimi obumbrabit
tibi. Hodie frēs nō inchoat deitas: ſ hūani-
tas inchoat: hodie nat⁹ ē nō ſibi chriſt⁹: ſed
mihi. Accedite ḡ ad eū ⁊ illumiamini: ⁊ vul-
t⁹ veſter nō erubeſcet: qꝛ hodie i ſole poſuit:
B ſicut dixit pph̄a: tabernaculū ſuū. Diuinū ē
frēs chariſſimi qd̄ gerit nō hūanū. Nunq̄ ē
nuda ꝟginitas: q̄ ęterno pudoris ſui honore
decorat. Ad domiciliū caſtitatis angel⁹ me-
diator aduenit: vt regi aulā: deo tēplū et cę-
leſti ſponſo thalamū pcuraret. Naſcēti enī
dn̄o nō ē ablata ſ cōſecrata ꝟginitas: q̄ ipſa
ſponſū genuit ſui pudoris: ipa cuſtodi p̄bet
fidele ſeruitiū. Fęta ſ virgo: virgo ſed mat.
Sterilitate enī caruit: nō pudore. Aſtat ſan-
ctitas: ſinceritas: pudicitia: caſtitas: integri
tas: fides: ⁊ oēs ſil affuere ꝟtutes: vt intre-
pida famula ſuo vtero portaret auctorē: ⁊ cę
leſtē paritura ꝟtutē: ſexus ſui victrix dolorē
gemitūq̄ neſciret. Beata fęcūditas: q̄ ⁊ ho-
norē acq̄ſiuit materuū: ⁊ caſtitatis p̄miū nō
amiſit. Nō ḡ dedignat inhabitare qd̄ ē figu
rare dignat⁹: nec indignat i ſe carnē cōtingē
quā cęleſti manu ante cōtrectauit i puluere.
Uenit ad faciē tuā o hō: qꝛ tu ad ei⁹ faciē p-
uenire nō poteras. Et q̄ erat inuiſibilis: fa-
ctus p tua redēptiōe viſibilis: venit a tuis
Ps.79. patrib⁹ poſtulat⁹. Audi vocē clamātꝭ: Oſtē
C de faciē tuā ⁊ ſalui erim⁹. Aſtat teſtis inno-
cētię: aſſertor pudoris: nec amiſiſſe ſe ſpōſaꝫ
ſed gloriat agnouiſſe deū. Sequit nō vt ma
rit⁹ ſ vt famul⁹: ⁊ obſequiū ſe ei gaudet im-
pendere: cui cōſpicit oēs angelos deſeruire.
Naſcēs ḡ chriſt⁹ nō inuenit locū in diuerſo-
rio: p quē oīs creat⁹ ē locus. Et velut pegri-
nus naſcit: qui toti⁹ orbis ē dn̄s: vt nos cęle
ſtis patrię faceret eē municipes. Pānis ob-
uoluit: vt ſciſſā humani generis vnitatē ſuo
redintegrare i corpore: totūq̄ imortalitatis
veſtimētū purpureo ſanguis colore: fulgēs
i cęleſtia regna deferret. Naſcit frēs: vt ipſā
quā p̄us hō vitiauerat: meliorarer naturā.
Jacet in pānis: ſed regnat in cęlis: hūiliat i
cunabulis: ſ in nubib⁹ tonat. In p̄ſepe po-
nit: qꝛ oīs caro fenū: Eſaia dicēte monſtrat. Eſa.40.
Nos fenū frēs eiuſq̄ flos cęleſtē emū damur
in panē: q̄ veſcēdo puenim⁹ ad vitā ęternā.

## In eodem feſto: Sermo XXI

Ser.XXV.

A Filiū dei ſicuti ē apud patrē equalis
illi et coętern⁹: in q̄ cōdita ſunt oīa i Col.1.
celo ⁊ in terra: viſibilia ⁊ inuiſibilia:
verbū dei ⁊ deū vitā ⁊ lucē hominū ſi lauda-
re moliamur: nō mirū eſt nos nō inuenire q̄
bus verbis explicem⁹: qd̄ nulla hūana cogi
tatio: null⁹ ſermo ſufficiat. Quō ḡ laudare
digne valeat lingua nr̄a quē cor nr̄m adhuc
videre nō valet? Ubi oculū cōdidit q̄ poſſit
videri? Si fugeť iniqtas: ſi ſaneť iſirmitas:
⁊ ſiant beati mūdo corde: qm̄ ipſi deū vide- Matth.5.
būt. Nō mirū ē inq̄ nos nō inuenire quib⁹
ꝟbis vnū verbū dicam⁹: in quo dictū ē: vt
eſſem⁹ q̄ de illo aliqd diceremꝰ. Hęc enī ꝟba
cogitata atq̄ prolata mens nr̄a format: illo
aūt ꝟbo ipa formať. Nec eo mō facit hō ꝟba
quō eſt fact⁹ ipſe p ꝟbū: qꝛ nec eo mō genuit
pater vnicū ꝟbū: q̄ fecit cuncta p ꝟbū. Deū
quippe genuit de⁹: ſed ſil gignēs ⁊ genit⁹ vn⁹
eſt de⁹. Mūdū autē fecit de⁹: ſ mūd⁹ trāſit:
p̄manet de⁹. Et ſic ea q̄ facta ſūt ſeipſa vtiq̄
nō fecerūt: ſic a nullo fact⁹ eſt p quē oīa fieri
potuerūt. Nō igiť mirū: ſi hō factus inť oīa
verbis nō explicat verbū p qd̄ facta ſūt oīa.
Huc itaq̄ paululū aures ⁊ aīos adūtam⁹: ſi
forte valeam⁹ aliqd cōgruū cōdignūq̄ dicē
nō ex eo qd̄ in p̄ncipio erat ꝟbū et ꝟbū erat Joh.1.
apud deū et de⁹ erat ꝟbū: ſ ex eo qd̄ verbū
caro factū ē. Si forte dicať a nobis p qd̄ ha-
bitauit i nobis: ſi forte ibi poſſit eſſe dicibil:
vbi voluit eē viſibilis. Propť h̄ enī ⁊ iſtū ce- B
lebram⁹ diē: q̄ naſci ē dignat⁹ ex ꝟgine: quā
generationē ſuā fecit ab homib⁹ vtcūq̄ nar
rari. In illa ꝟo ęternitate in q̄ de⁹ de deo na
tus ē: generationē ei⁹ q̄s enarrabit? Ibi tal Eſa.53.
dies nō ē: q̄ ſolēnit celebreť. Nec enī trāſit
anniuerſario volumie reditur⁹: ſ manet ſine
occaſu: qꝛ nō cepit ex ortu. Eſt ḡ illud vnicū
dei ꝟbū: illa vita: illa lux hoīm: ętern⁹ q̄dez
dies: iſte autē q̄ hūanę carni copulat⁹ tanq̄
ſpōſ⁹ pceſſit de thalamo ſuo: nūc hodiern⁹
cras ſit heſternus: Uerūtn̄ hodiern⁹ natū ex
ꝟgine cōmendat ęternū: quia ętern⁹ natus
ex ꝟgine conſecrauit hodiernū. Quas itaq̄
laudes charitati dei dicam⁹ q̄s grās agam⁹
q̄ nos ita dilexit vt pp̄ter nos fieret in tpe: p

quẽ facta ſunt tpa: ⁊ multis ſeruis ſuis i mũdo minor eſſet ętate ipſo mundo antiquior: ſine vetuſtate hõ fieret q̃ hominẽ fecit: crearetꝛ ex matre quã creauit: portaretꝛ manibus
Luc.2. q̃s formauit: ſugeret vbera q̃ impleuit: in p̃ſepi muta vagiret infantia verbũ: ſine q̃ muta eſt hũana eloquẽtia? Uide homo q̃d ꝓ te factꝰ ẽ deꝰ: doctrinã tandẽ hũilitatis agnoſce: etiã nõdũ loquẽte doctore. Tu quondã
Sch.2. in p̃adiſo tã facũdus fuiſti: vt omi aię viuę noĩa imponeres: propť te autẽ creator tuus infans iacebat: ⁊ nomĩe ſuo nec matrẽ vocabat. Tu i latiſſimo fructuoſoꝝ nemoꝝ p̃dio te p̃didiſti obedientiã negligẽdo: ille obediẽs i anguſtiſſimũ diuerſoriũ mortalis venit: vt mortuũ q̃reret moriẽdo. Tu cũ eſſes hõ: deus eſſe voluiſti vt perires: ille cũ eſſet deus: homo eſſe voluit: vt q̃d p̃ierat inueniret. Tantũ te p̃ſſit hũana ſup̃bia: vt te non
D poſſet ſubleuare niſi diuina gr̃a. Celebremꝰ ergo cũ gaudio diẽ quo pepit maria chriſtũ: ⁊ cõiugata cõiugij creatorẽ: ⁊ virgo virginũ principẽ: ⁊ data marito ⁊ mater nõ de marito: ſed caſtior q̃ ſi de marito. Uirgo ante cõiugiũ: ṽgo in cõiugio: ṽgo p̃gnans: ṽgo lactans: ſanctę quippe matri omps filiꝰ nullo mõ virginitatẽ natus abſtulit: quã naſciturus elegit. Bona eſt eñ fęcũditas i ꝯiugio: ſed melior integritas i ſanctimonio. Homo igiť chriſtus q̃ vtrũq̃ p̃ſtare poſſet vt deus: nunq̃ ſic daret matri bonũ q̃d cõiuges diligunt: vt auferret melius ꝓpter q̃d virgines matres eẽ cõtemnũt. Uirgo itaq̃ ſancta eccleſia celebrat hodie virginis partũ: cui diĉ
1.Cor.10. ap̃lus: Aptaui vos vni viro virginẽ caſtam exhibere chriſto. Uide caſtã virginẽ i tot populis vtriuſq̃ ſexus: in tot nõ ſolũ pueris ⁊ virginibꝰ: verũetiã cõiugatis patribꝰ matribuſq̃. Deniq̃ quã ṽginẽ caſtã: niſi in fidei: ſpei: charitati integritate ⁊ ṽginitate? Proinde chriſtus eccleſiã factusꝰ in corde: prius mariã ſeruauit in corpe. Hũano quippe cõiugio ſpõſo fęmia tradiť: vt ṽgo iã nõ ſit: Eccleſia ṽo virgo nõ eſſe poſſet: niſi ſpõſũ cui traderetꝛ filiũ virginis inueniſſet.

## Ser.XXVI. In eodem feſto: Sermo XXII

A
a Nniũſaria dñi incarnatiõ ṽrę fraťnitatis tam frequẽs cõgregatio: exigit a nobis debitũ ſermõis officiũ. Itaq̃ frẽs affectu pio: corde deuoto ianuã dñi pulſemꝰ: vt ⁊ nobis tribuat fiduciã vtilia dicẽdi: ⁊ veſtrã charitatẽ fructu audiendi adiuuet. Itaq̃ nos hũiliemꝰ: q2 ſaluator et magiſter hũilitatis dño nř ieſus chriſtꝰ ṽginis filiꝰ: ṽginũ ſpõſus: virginali vtero corporaliť eſt natꝰ: virginali cõnubio ſpiritaliť cõiugatꝰ. Hodie itaq̃ naſci dignatꝰ eſt per quẽ facta ſunt omnia: manens q̃d eſt: exhibens tibi q̃d es. Manens apud patrẽ in diuinitate ſuſcepit noſtrã infirmitatẽ in hũanitate. Duas nãq̃ natiuitates domini accipimus: vnã diuinã: alterã humanã: tamen vtrãq̃ mirabilẽ. Illã ſine matre: iſtã ſine patre. Illã ętermã vt crearet temporales: hanc temporalẽ vt p̃ſtaret ęternã. Ille eñ de quo
dicit Johannes euangeliſta q2 in principio Joh.1.
erat verbũ: ⁊ verbũ erat apud deũ: et deus erat verbũ: ⁊ q2 omnia p̃ ipſum facta ſunt: ⁊ ſine ipſo factũ eſt nihil: q̃d factũ eſt: ille tantus: ille in forma dei ęqualis pr̃i: ille ſine tẽpore fabricator temporũ: ille ex nullo ſęculo ante omnia ſęcula: iudex ſęculi factus eſt tã paruꝰ vt de fęmina naſceretꝛ: ſ; mãſit tã magnus vt a patre nõ ſepararetꝛ. Prębentes ei obſequiũ ⁊ teſtimoniũ tanq̃ lucernę venturo diei omnes ꝓphetę p̃nunciantes: ⁊ ante ipſum naſcendo venerũt: poſt credendo ad
hęſerũt. Oportebat eñ vt p̃nũciaretꝛ ventu B
rus: facturus miracula: quibꝰ miraculis hũ intelligẽtibus appareret hõ paruus ad paruos: ſed hũilis ad ſup̃bos. Paruitatẽ ſuam docens hominẽ vt ſe agnoſceret ⁊ paruũ: ne nõ grãdeſcẽdo ſe crederet magnũ. Eſt enim ſup̃bia: nõ magnitudo ſed tumor. Q̃d autẽ tumet videtꝛ magnũ: ſed nõ eſt ſanũ. Ut autem generis humani iſtum tumorẽ ſanaret ipſe medicꝰ: ipſa medicina nõ ſolũ medicamentũ adhibẽs apparuit inť hoĩes hõ: offerens hoĩem vidẽtibꝰ: deũ ſeruãs credẽtibꝰ: Aſpectꝰ eñ hũilitatis eiꝰ: ſanauit infirmoſ. Cõtemplatio diuinitatis eiꝰ: q̃rit infirmos. Et dũ erant homĩes q̃ deũ viderẽt in homĩe nec tñ ſpẽ ſuã ponerẽt in homĩe q̃ ſeq̃ nõ debet: deꝰ ſequẽdus erat q̃ videri nõ poterat. Ut ergo exhiberetꝛ in homĩe: ⁊ qui ab homĩne videretꝛ: ⁊ quem homo ſequeretꝛ: deus factus eſt homo: aliquid te magnum credere
debes. Sed q̃a verbũ caro factũ eſt: ⁊ habi C
tauit in nobis: eadem ſapientia quę de deo genita eſt: dignata eſt etiam inter homines
creari: quo ptinet illud: Dñs creauit me in Eccl.24.
principio viarum ſuarũ: Eſt enim eius principiũ caput eccleſię: quod eſt chriſtꝰ: Hominem p̃ quem viuendi exemplũ vobis daretꝛ:

hoc eſt via certa qua perueniremus ad deum. Non enim redire potuimus niſi humilitate qui ſupbia lapſi ſumus: ſicut dictum eſt pri-
Gen.3. me noſtre creature: Guſtate et eritis ſicut dij. Huius igitur hũilitatis exemplũ: id eſt vie: querendum fuit. Ipſe reparator noſter in ſe
Phil.2. ipſo demonſtrare dignatus eſt: qui non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe equalẽ deo: ſed ſemetipſuz exinaniuit formã ſerui accipiẽs: vt crearet homo in principio viarũ eius: verbum p quod creata ſunt omnia. Quapropter vnigenitus et primogenitus domin9 noſter: diuinarũ ſcripturarũ auctoritate predicat: Unigenitus de patre: primogenitus a mortuis. Quapropter ſm id quod vnigenitus eſt: fratres nõ habet. Fratres tamen vocare dignatus eſt omnes qui poſt eius et per eius pmatũ in gratia naſcimur p adoptionem filiorum: ſicut apoſtolica diſciplina cõmendat. Naturalis ergo filius ſm id quod pmo genitus eſt frater: de ipſa patris ſubſtantia veniens natus eſt: id exiſtẽs quod pater eſt: deus de deo: lumen de lumine. Nos autem nõ lumen naturaliter ſumus: ſed ab illo lumine illuminamur: vt ſapiẽtia lucere poſſimus in ſecula ſeculorũ: Amen.

Ser. XXVII **In eodem feſto: Sermo XXIII**

A Laudẽ dñi loquet os meũ: Eius dñi per quem facta ſunt omnia: et qui factus eſt inter omnia. Qui eſt patris reuelator: matris creator. Filius dei de patre ſine matre: fili9 homĩs de matre ſine patre. Magnus dies angelorũ: paruus in die
Job.1. hominũ. Uerbum dei ante omina tempora: verbũ caro oportuno tempore. Cõditor ſolis: conditus ſub ſole. Cuncta ſecula ordinans de ſinu patris: hodiernũ diem conſecrans de vtero matris. Ibi manẽs: hinc pcedens. Effector celi et terre: ſub celo exortus in terra. Ineffabiliter ſapiens: ſapienter infans. Mundũ implẽs: in pſepio iacens. Sydera regens: vbera lambens. Ita magn9 in forma dei: breuis in forma ſerui: vt nec iſta breuitate magnitudo illa minueret: nec illa magnitudine iſta breuitas premeret. Neqꝫ eñ quando mẽbra hũana ſuſcepit opa diui-
Sap.8. na deſeruit: nec attingere a fine vſqꝫ ad finẽ fortiter et diſponere omnia ſuauiter deſtitit. Quãdo infirmitate carnis indut9: virginali vtero receptus eſt nõ incluſus: vt nec an-
Ps.33. gelis ſubtraheret ſapiẽtie cibus: et nos guB ſtaremus qꝫ ſuauis eſt dñs. Quid hoc miramur de verbo dei: cũ ſermo iſte quẽ pmimus ita liber ſenſib9 influat: vt eũ et recipiat et nõ includat auditor? Nã niſi reciperet: neminẽ inſtrueret. Si includeret: ad alios nõ Jnfi.5c.ho. venirẽt. Et vtiqꝫ ſermo iſte verbis ſyllabiſqꝫ mel.25.c. diuidit: nec tamẽ ex eo tanqꝫ ex cibo vẽtris ſingulas particulas tollitis: ſed oẽs totũ auditis: totũ ſinguli capitis. Nec timemus dũ loquimur: ne totũ audiẽdo vnus abſumat: ne alter poſſit habere qd ſumat: ſed ita vos attentos eſſe volum9: nullius aurẽ mentẽqꝫ fraudãtes: vt et totũ ſinguli audiatis: et totũ ad audiendũ ceteris relinquatis. Neqꝫ hoc fit alternis tẽporib9: vt cũ ſmo qui dicit ad te pmo intrauerit: exeat a te vt ad aliũ poſſit intrare: ſed ſimul ad oẽs venit: et tot9 ad ſingulos puenit. Et ſi totus memoria teneri voluiſſet: ſic ad totũ audiendũ oẽs veniſtis: ita cũ toto ſinguli rediretis: quãto magis vbũ dei p qd facta ſũt oĩa: et qd in ſe manẽs inouat oĩa: qd nec locis pcludit: nec tpib9 tẽdit: nec moris breuib9 lõgiſqꝫ variat: nec vocib9 texit: nec ſilẽtio terminat: quãto magis hoc tantũ et tale verbũ potuit matris vterũ aſſũpto corpe fecũdare: et de ſinu patris nõ emigrare. Hinc ad oclos hũanos exire: inde mẽtes angelicas illuſtrare. Hinc ad tras pcedere: inde celos extẽdere. Hinc hõ fieri: inde hoĩes facere. Nemo ergo credat dei filiũ coeternũ et coequalẽ cõuerſũ et cõmutatũ eſſe i C homĩs filiũ: ſ poti9 credam9 et nõ cõſumpta diuina et pfecte aſſũpta hũana ſbſtãtia manentẽ dei filiũ: factũ homĩs filiũ. Neqꝫ enĩz qz dictũ eſt: Deus erat verbũ: et verbũ caro Joh.1. factũ eſt: ſic verbũ caro factũ eſt vt eſſe deſineret de9: qñ in ipſa carne qd verbũ caro factũ eſt: emanuhel natũ eſt nobiſcũ de9. Sicut verbũ qd corde geſtam9 fit vox cũ id ore pferim9: nec tñ illud in hãc cõmutat: ſed illo integro iſta in qua pcedat aſſumit: vt et int9 maneat qd intelligat: et foris ſonet qd audiat: hoc idẽ tñ pfert in ſono qd ante ſonuerat in ſilẽtio: atqꝫ ita vbũ cũ ſit vox non mutat in voce: ſ manẽs in mẽtis luce: et aſſumpta carnis voce pcedit ad audientẽ: et nõ deſerit cogitantẽ. Nõ cũ ipſa vox in ſilẽtio cogitat: que vel grece eſt: vel latine: vel lingue alteri9 cuiuſlibet: ſed cũ ante omnẽ linguarũ diuerſitatẽ res ipſa que dicẽda ẽ adhuc in cubili cordis quodãmodo nuda eſt intelligenti: que vt inde pcedat loquentis voce veſtit: Uerũtñ vtrũqꝫ ſ. et qd cogitat itelligẽdo: et qd ſonat

D audiendo mutabile atq; diſſimile eſt: Neq; illud manebit cum oblitus fueris: neq; hoc
Pſ. 118. cum ſilueris: Verbũ autẽ domini manet in ęternũ: ⁊ incõmutabiliter manet. Et cũ carnem aſſumpſit ex tempore: vt ad temporalẽ vitam noſtram ꝓcederet: nõ in carne amiſit ęternitatẽ: ſ; etiã carni ꝓſtitit imortalitatẽ:
Pſ. 18. ita ipſe tanq; ſponſus ꝓcedens de thalamo ſuo: exultauit vt gigas ad currendã viam.
Phil. 2. Qui cũ in forma dei eſſet: non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe ęqualẽ deo: ſed vt propter nos fieret qd nõ erat: ſemetipſũ exinaniuit: non formã dei ꝑdens: ſed formã ſerui accipiens: ⁊ ꝑ hanc in ſimilitudinẽ hominũ fact⁹: nec ꝓpria ſubſtantia: ſed habitu inuẽtus vt homo. Hoc enim totũ qd ſumus vel in anima vel in corpore: noſtra natura eſt: illi⁹ habitus: Nos niſi hoc eſſemus: non eſſemus: Ille ſi hoc nõ eſſet: eſſet vtiq; deus. Et cum hoc eſſet: cępit qd non erat: homo factus ꝑmanens deus: vt nõ vnum horũ ſed vtrũq; veriſſime diceret᷑. Et ꝓpter qd homo factus
Joh. 14. eſt: Qm̃ pater maior me eſt: et ꝓpter qd ꝑ
Joh. 10. manſit deus: Ego ⁊ pater vnũ ſumus. Nã
E ſi verbũ in carnẽ: hoc ẽ deus in hominẽ mutatus conuerteret᷑: nõ eſſet verũ: niſi Pater maior me eſt: q: homine maior eſt deus. Illud autẽ falſum eſſet: Ego ⁊ pater vnum ſumus: ſed vnũ fuimus: q: nõ ſunt vnũ deus ⁊ homo: S; forſitan poſſet dicere: ego ⁊ pater vnum fuimus. Qd enim erat ⁊ eſſe deſtitit: nõ eſt vtiq; ſed fuit. Nũc autẽ ⁊ propter verã formã ſerui quã acceperat verũ dixit: Pater maior me eſt: ⁊ ꝓpter veram formã dei in qua ꝑmanebit verũ dixit: Ego et pat᷑ vnum ſumus. Exinaniuit ergo ſe apud homines: nõ ita factus qd nõ erat vt non eſſet qd erat: ſed occultans qd erat ⁊ demõſtrãs qd factus erat. Proinde q: virgo cõcepit et peperit filium ꝓpter manifeſtã ſerui formã puer natus eſt nobis. Quia vo dei verbum qd manet in ęternũ: caro factũ eſt vt habitaret in nobis: ꝓpter dei formã latentem ſed manentẽ: ſicut nunciauit Gabriel: vocamuſ nomẽ eius emanuhel. Factus eſt eñ homo ꝑmanens deus: vt ⁊ filius homĩs recte vocetur nobiſcũ deus. Nõ alter deus: nõ alter homo. Exultet in credẽtibus mundus: quibus ſaluãdis venit ꝑ quẽ factus ẽ mũdus. Conditor marię: natus ex maria. Filius dauid: dominus dauid. Semẽ abrahę: qui eſt ante abraham. Factor terrę: factus in terra. Creator cęli: creatus ſub cęlo. Ipſe eſt dies quẽ fecit dñs: ⁊ dies cordis nr̃i: ipſe eſt dño. Ambulem⁹ in lumine eius: exultem⁹ ⁊ iocũdemur in eo: qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum: Amen.

## In eodem feſto de eo qd ſcriptũ eſt in euãgelio ſcdm Johannẽ: In mũdo erat ⁊ mũdus ꝑ ipſum fact⁹ eſt ⁊c. Sermo XXIIII Ser. XXVIII

A
e T chriſtus frẽs in mũdo erat: ⁊ mũdus ꝑ ipſum factus eſt: ⁊ mũdus eũ nõ cognouit. Qui mũdus ꝑ eum factus eſt: qui mũd⁹ eũ nõ cognouit: Nõ eñ mũdus qui ꝑ cũ factus eſt: ipſe eũ cognouit: Quis eſt mũdus qui ꝑ eũ fact⁹ eſt: Cęlũ et terra. Quomõ eũ non cognouit mũdus: qñ in eius paſſiõe ſol obſcuratus eſt: Quomõ eum terra nõ cognouit: qñ pendente illo in cruce cõtremuit: Sed mũdus eũ nõ cognouit: cui⁹ ꝑn cepo eſt ille de quo dictũ ẽ: Ecce Joh. 1.
venit princeps mũdi hui⁹: ⁊ in me nihil inuenit: Homies mali mũdus vocant᷑. Inde acceperũt nomẽ ex eo qd amant. Amãdo deũ efficiunt᷑ dij: ergo amãdo mũdũ: mũdus dicunt᷑. Sed de⁹ erat in chriſto mundũ recõcilians ſibi. Mũdus ergo eum nõ cognouit. 2. Cor. 5.
Nũ quid oẽs: In ſua ꝓpria venit: ⁊ ſui euz non receperũt. In ſua: Oia ipſius: ſed propria ipſi⁹ dicunt᷑: vnde mat᷑ eius erat vnde carnẽ cõceperat: ad qs aduẽtus ſui ꝓcones añ ꝓmiſerat: qb⁹ legẽ dederat: qs de egypti ſeruitute liberauerat: quorũ patrẽ carnalem elegit abrahã: q: verũ dixit: Ante abraham Joh. 8.
ego ſum. Nec ſic dixit: Anteq; abrahã fieret ego ſum. In ꝑncipio erat verbum: nõ factũ Joh. 1.
erat. Ergo in ꝓpria venit ⁊ ſui eũ nõ receperunt. Quotqt autẽ receperũt eũ: Vtiq; ibi B
apoſtoli qui eum receperũt: ibi illi qui ante Math. 21.
iumentũ ramos ferebãt ⁊ ꝓcedebant et ſeq̃bant᷑: ⁊ veſtimẽta ſua ſternebant: et magna voce dicebãt: Oſanna filio dauid benedict⁹ qui venit in nomie dñi. Tunc phariſei dixerunt illi: Cõpeſce pueros ne tibi iſta clamẽt. Luc. 19.
Et ille. Si iſti tacebũt: lapides clamabunt. Quid lapides niſi q colũt lapides: Si paruuli pueri tacebũt: maiores ⁊ minores gentes clamabũt. Qui lapides: niſi lapides de quibus dicit ipſe Johãnes: Qui venit vt teſtimoniũ ꝑhiberet de lumie: Cum eñ videret ipſos iudęos ſupbire de genere abrahę: Joh. 1.

Matth. 3. ait illis: Generatio viperarũ: Illi ſeducebãt
filios abrahe. Potẽs eſt eñ deus de lapidi/
b⁹ iſtis ſuſcitare filios abrahe: Quos ꝓuide
bat in ſpũ: de illis dicebat. Nos ſꝫ quidẽ pre
uidebat: Potens eſt eñ deus de lapidibus
iſtis ſuſcitare filios abrahe: De q̃b⁹ lapidi/
bus inq̃t: Si iſti tacebũt lapides clamabũt.
Modo audiſtis ⁊ clamaſtꝭ: Impletũ eſt: la/
pides clamabũt: de gentib⁹ eñ venimus in
parẽtib⁹ noſtris: lapides adorauim⁹. Ideo
canes dicti ſum⁹: Recordamini q̃d audierit
mlier illa q̃ clamabat poſt dñm: q꞉ erat cha/
nanea: idolorũ cultrix: ancilla demoniorũ.
Matth. 15. Quid dixit ieſus? Nõ eſt bonũ tollere panẽ
filiorum ⁊ mittere canib⁹. Nũquid aduertiſtis
quẽadmodũ canes lapides vnctos lingũt:
ſic ſꝫ oẽs ſimulacrorum cultores? Sꝫ venit no/
Joh. 1. bis gratia. Quotq̃t aũt receperũt eũ dedit
eis poteſtatẽ filios dei fieri: Ecce habetꝭ nõ
natos: dedit eis poteſtatem filios dei fieri.
Quib⁹ dedit? His qui credũt i nomĩe eius.
Et quõ filij dei fiunt? Qui nõ ex ſanguinib⁹
neq; ex volũtate viri: nec ex volũtate carnis
¶ ſed ex deo nati ſunt? Intendite ergo: iſti ex
deo nati ſũt: accepta poteſtate vt filij dei fi/
erent. Ex deo nati ſunt: non ex ſanguinib⁹:
qualis eſt pͥma natiuitas: qualis eſt natiui/
tas miſera veniẽs ex miſerijs. Sed q̃ ex deo
nati ſꝫ q̃d erãt? Vñ pͥmũ nati erãt ex ſangui
nib⁹ mixti ſanguib⁹ ⁊ maſculi ⁊ femĩe: cõmix
tiõe carnis maſculi ⁊ femĩe: Inde nati erãt.
Nõ vnde? Ex deo nati ſũt. Pͥa natiuitas
ex maſclo ⁊ femia. Secũda natiuitas ex deo
⁊ eccleſia. Ecce ex deo nati ſũt: Unde factũ
eſt vt habitaret in nobiſ. Magna mutatio:
ille fact⁹ caro: iſte ſpũs. Quid eſt hoc? Qua/
lis dignatio fratres mei? Erigite animũ
ad ſperanda ⁊ capienda potiora: nolite adij
cere cupiditatib⁹ ſecularibus. Precio empti
eſtis: ꝓpter vos verbũ caro factũ eſt: ꝓpter
vos qui erat filius dei fact⁹ eſt filius homis:
vt qui eratis filij hoim efficeremini filij dei.
Quid erat ille: qui fact⁹ eſt? Qui eratꝭ vos?
Quid facti eſtis? Erat ille fili⁹ dei q̃ factus
eſt fili⁹ homis. Eratis vos filij hoim q̃ eſtis
filij dei facti. Cõmunicauit nobiſcũ mala et
daturus ẽ nobis bona. Sed ille ipſe q̃ fact⁹
eſt filius homis diſtat a nobis. Nos filij ho
minũ ꝑ cõcupiſcẽtiã carnis: ille filius homis
ꝑ fidẽ virginis. Mater cuiuſlibet homis cõ/
cubuit ⁊ cõcepit: Unuſquiſq; aũt natus de
homĩe pr̃e ſuo: et de homĩe matre ſua: Chri/
ſtus aũt natus de ſpũſancto ⁊ maria virgi/
ne. Ad nos acceſſit: ſed a ſe nõ multũ receſ/
ſit: imo a ſe q̃d de⁹ eſt nunq̃ receſſit: ſed ad/
didit q̃d erat nature noſtre. Acceſſit eñ q̃d
nõ erat: nõ amiſit q̃d erat. Factus eſt filius
hominis: ſed non ceſſauit eſſe filius dei: per
hoc mediator in medio. Quid eſt in medio?
Nec ſurſum: nec deorſũ? Quõ nec ſurſũ nec
deorſum? Nec ſurſum: q꞉ caro eſt: nec deor/
ſum: q꞉ nõ peccator: ſed tamẽ in quãtũ deus
ſemꝑ ſurſum. Nõ eim ſic venit ad nos vt di/
mitteret patrẽ: cum quo viuit ⁊ regnat de⁹.

Item in eodem feſto alius ſermo de eodẽ: qui habetꝭ inter ſermones de Uerbis domini. XXXIX

Item in eodẽ feſto Homelia de eo q̃d ſcriptũ eſt in euãgelio ſm Johannẽ: In principio erat verbũ ⁊c. que habetꝭ in expoſitione doctoris ibidem.

Item in eodem feſto de eodẽ habetꝭ ſermo inter ſermones de Uerbis domini. XXXVIII.

Item in eodem feſto alius ſermo fact⁹ ad fratres in heremo: q̃ habetꝭ inter ſermones ad eoſdem. XX.

## In feſto Epiphanie domini et ꝑ octauas eius: Sermo I   Ser. XXIX.

A
P Roxime fratres chariſſimi eiuſmo/
di redẽptionis nr̃e celebrauimus ſa
cramentũ: quo de⁹ hominẽ cũ infir/
mitatib⁹ induit: Hodie vo illud colimus: q̃
ſe in homine deum virtutib⁹ declarauit: pro
eo q; in hac die: ſiue celo ſtella ortus ſui nũ/ Matth. 2.
ciũ ꝓbuit: ſiue q; in chana galilee in cõuiuio Joh. 2.
nuptiali aquã in vinũ cõuertit: ſiue q; i ior/
danis vndis aquas ad reparationẽ hũani Matth. 3.
generis ſuo baptiſmo conſecrauit: ſiue q; de
quinq; panib⁹ quinq; milia hominũ ſatia/ Matth. 14.
uit: in quolibet horũ ſalutis nr̃e myſteria cõ
tinentꝭ et gaudia. Nobis eñ ex virgine na/
tus eſt: q̃d ſtella monſtrauit. Nobis ex bap/
tiſmo lauacrũ conceſſum eſt: q̃d in iordanis
alueo cõſecrauit. Nos quoq; meli⁹ eſſe mu/
tandos operis miraculo ꝓmonſtrauit: quã/
do aquas in vina cõuertit. Et ideo frẽs cha/

riſſimi in omni actu noſtro ſtellā fidei ꝑparemus: ⁊ i cuſtodia puritatis chriſti baptiſmū celebremus: quia hec chriſti regeneratio noſtre fidei confirmatio eſt. Inſinuauit eñ nobis muneris ſui beneficiū p ſecūde natiuitatis exemplū: ⁊ qđ facere voluit: prior ipſe fecit.

B Legimus iudeos diuerſa ſub lege habuiſſe baptiſmata: ſed nullū ex hiis cōtra ꝑuaricationis malū generalē potuit cōferre medicinam: Et ideo ꝓ abſolutione totius mūdi indigebāt regeneratiōis aqua celitus ſanctificari. Et quia p vniuerſum mundū ſacramentū baptiſmi i humano generi opus erat: omnibꝰ aquis benedictionē dedit: quando in iordanis alueū vnica ac ſingulari pietate deſcendit. Tunc enim chriſtum dominū nō tam lauit vnda ꝙ lota eſt. Tibi ergo naſcendo chriſtus aduenit: tibi viuendo militauit: tibi moriendo conſtxit. Quem vides pro te mortuū: ꝓ te itellige baptizatū. Talis oīno etiā ante baptiſmū fuit: ⁊ ideo ꝑcurſor eius atq̄ baptiſta: ita eū cū ad ſe baptizādꝰ veniret alloquit᷑. Dñe: ego a te debeo baptizari: ⁊ tu venis ad me? Quid euidentiꝰ de chriſti nōdū baptizati puritate: qđ fortiꝰ: Ego a te debeo baptizari: id eſt q̄ fons es inocētie et plenitudo iuſticie: q̄ nll'o indigēs dare ſcis: neſcis accipere? Ego inq̄t a te debeo baptizari: q2 tecū exhibes ⁊ in te poſſides puritatis munera ⁊ baptiſmatis ſacramenta: ⁊ qđ ego dabo te largiēte p gr̄a3: tu obtines p naturā.

Matth. 3.

ſpinas ⁊ tribulos germinabit tibi: et in ſudore vultus tui edes panem tuum. Hec inq̄ eſt lex membris omniū inſerta mortalium: que repugnat legi mētis noſtre: eamqꝫ a diuino arcet intuitu: q̄ maledicta terra in operibus noſtris poſt agnitionem boni ac mali cogitationū ſpinas cepit ac tribulos germinare: quarū aculeis carnis obtunſis ſemina ꝑfocantur: ne illum panem noſtrum qui de celo deſcendit: quiqꝫ confortat cor hominis: edere abſqꝫ vultus noſtri ſudore poſſimus. Omne igitur humanū genus huic generaliter legi ſine vlla exceptione ſubijcit̄. Nullus enim eſt q̄uis ſanctus: qui ſupradictum panem non cū ſudore vultus ſui ⁊ ſollicita cordis intentiōe percipiat: Ceterū cōmuni iſto pane multi, vt videmus diuites: ſine vllo vultus ſui ſudore veſcunt̄. Quam D
etiā legem beatus apoſtolus ſpiritalē aſſerit dicens: Scimus autē quia lex ſpiritalis Ro. 7.
eſt: ego autē carnalis ſum: venundatus ſub peccato. Spiritalis enim eſt lex que iubet nobis vt in ſudore vultus noſtri comedamus illum panem verū qui de celo deſcendit: ſed nos carnales fecit venundatio illa peccati. Nō rogo iſtud: cui⁹ ve peccatū eſt? Sine dubio ade: cuius ꝑuaricatione atqꝫ vt

ita dicam: negociatione damnoſa fraudulē/
toq̨ cōmertio venditi ſumus. Omnē enim
prolem ſuam: ſerpentis pſuaſione ſeductus
illiciti cibi pceptione diſtractam: iugo perpe
tuę ſeruitutis addixit. Hic namq̨ mos ſolet
inter vendentem ementemq̨ ſeruari: vt is
qui ſe alieno cupit dominio mancipare: ali/
quid precij pro iactura proprię libertatis et
addictione ppetuę ſeruitutis a ſuo cōſequa/
tur emptore. Quod etiam inter adam atq̨
ſerpentē maniſeſtiſſime videmus impletū.
Ille enim a ſerpente precium libertatis ſuę
eſu interdictę arboris capiens: a naturali li/
bertate diſceſſit: illiq̨ maluit ſemetipſum p/
petua vendere ſeruituti: a quo vetiti pomi
letale preciū fuerat aſſecutus: qua deinceps
conditione conſtrictus: nō immerito omnē
poſteritatis ſuę progeniem: perpetuo eidē
cui⁹ effectus eſt ſeruus ſubdidit famulatu.
Quid enim aliud ſeruile coniugium poteſt
procreare q̄ ſeruos? Quid ergo? Nunquid
emptor iſte verſutus τ callidus domino ve/
ro atq̨ legitimo ius dominationis eripuit?
Non ita eſt: Neq̨ enim ſic ille omne pecu/
lium dei vnius fraudis doloſitate peruaſit:
vt potentiam dominij ſui verus dominator
amitteret: qui ipſum quoq̨ emptorem quā/
uis refugum vel rebellem: tamen iugo repri
E mit ſeruitutis. Sed q2 oīb⁹ rōnabilib⁹ crea/
turis arbitrij libertatem creator indulſerat:
eos qui ſe contra fas edacis concupiſcentię
tranſgreſſione vendiderāt: inuitos ad inge/
nitam libertatem reuocare non debuit. Ab/
horret ſiquidem ab illo iuſticię τ pietatis au
ctore: quicquid bonitati ęquitatiq̨ contrari
um eſt. Malū enim fuerat ſi conceſſę liber/
tatis beneficiū reuocaſſet: iniuſtū ſi liberū
hominem potentia ſua opprimens atq̨ ca/
ptiuans: libertatis acceptę priuilegiū exe/
qui non ſiuiſſet: cuius ſalutē in futura tunc
ſecula reſeruauit: vt recto ordine compleret
ſtatuti temporis plenitudo. Oportebat em̄
eius ſobolem tamdiu ſub auita conditione
durare: quouſq̨ eandem originalibus vin/
culis liberatam: in antiquum libertatis ſta/
tum: prioris domini gratia pcio ſui ſanguis
reformaret: quam pietatis inſtinctu potuit
etiam tunc ſaluare: ſed noluit: quia cum de/
creti ſui irrumpere ſanctionē ęquitas non ſi/
nebat. Vis noſſe cauſam venditionis tuę?
Audi ipſum redemptorē tuum per Eſaiam
Eſa. 50. pphetā apertiſſime pclamantē: Quis ē iſte
liber repudij matris veſtrę: quo dimiſi eā?
Aut quis eſt creditor meus cui vēdidi vos?
Ecce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis:
et in ſceleribus veſtris dimiſi matrē veſtrā.
Vis etiam euidenter agnoſcere cur te iugo F
ſeruitutis addictum redimere potentię ſuę
virtute noluerit? Audi quid ad ſuperiora
quibus eiſdem famulis cauſam voluntarię
venditionis exprobrat: adiecerit: Nunquid Vbi. s.
abbreuiata τ paruula facta eſt manus mea:
vt non poſſim redimere: aut non eſt in me
virtus ad liberandum? Sed quid huic po/
tentiſſimę miſericordię eius ſemper obſtite/
rit: idem propheta demonſtrat: Ecce inquit Eſa. 59.
non eſt abbreuiata manus domini vt ſalua/
re nequeat: neq̨ aggrauata ē auris eius vt
non exaudiat: ſed iniquitates veſtrę diuiſe/
runt inter vos τ deum veſtrum: peccata ve/
ſtra abſconderūt faciem eius a vobis ne ex/
audiret. Quia ergo carnales nos fecit: τ ſpi G
nis ac tribulis condemnauit illa prima dei
maledictio: noſq̨ ita iniquo pater noſter cō
mertio venundedit: vt bonum quod volu/
mus agere nequeam⁹: dum diuiſi a memo/
ria ſummi dei: ea quę humanę fragilitatis
ſunt cogitare compellimur: dum puritatis
amore flagrantes: incentiuis naturalibus
quę penitus ignorare velimus: etiam inuiti
plerūq̨ cōpungimur: Scim⁹ quia non ha/ Ro. 7.
bitat in carne noſtra bonū: id eſt huius quā
diximus theorię atq̨ puritatis perpetua iu/
giſq̨ tranquillitas: ſed factū eſt iſtud peſſi/
mū ac lugubre diuortium: vt cum mente le/
gi dei ſeruire velimus: nunq̄ ſcilicet volen/
tes a claritate diuina dimouere conſpectū:
tamē carnalibus tenebris circūfuſi: quadā
lege peccati ab eo quod bonum nouimus
cogamur auelli: ſcilicet ad curas cogitatio/
neſq̨ terrenas: ab illa mētis celſitudine de/
cidentes: ad quas nos lex peccati: id eſt illa
ſententia dei non īmerito cōdemnauit quā
prim⁹ delictor excepit. Et inde eſt quod bea
tus apoſtolus cum apertiſſime fateatur in/
euitabili ſe vel omnes ſanctos peccati hui⁹
neceſſitate conſtringi: tamen neminē eorum
ob hoc eſſe damnandū audenter enunciat
dicens: Nihil ergo nunc damnatiōis eſt his
qui ſunt ī chriſto ieſu: Lex enim ſpiritus vi/ Ro. 8.
tę in chriſto ieſu: liberauit me a lege peccati
τ mortis: id ē quotidiana gratia chriſti: om/
nes ſanctos ſuos ab hac lege peccati τ mor/
tis in quā iugiter vel nolētes cogunt incur/
rere: cum remiſſione debitorū ſuorum a do/
mino pcantur abſolui.

Item in eadem dominica Homelia de eo qd̄ ſcriptum eſt in euangelio ſm̄ Mattheū: Simile eſt regnū celorum homini qui ſeminauit bonum ſemen rc̄. que habet in opere de queſtionib⁹ euangeliorū libro i.ca.xi.

## Dominica quinta poſt octauas feſti Epiphanie de eo qd̄ ſcriptum eſt in euangelio ſm̄ Mattheū: Confiteor tibi pater rc̄. Sermo I

Sermo XLVIII.

A Sanctū euangeliū cum legeret fratres: audiuimus dominū ieſum exultaſſe in ſpiritu: ⁊ dixiſſe: Cōfiteor (Matth.11.) tibi pater domine celi et terre: quia abſcondiſti hec a ſapientibus ⁊ prudentibus: et reuelaſti ea paruulis. Hucuſq̄ interim verba dn̄i. Si digne: ſi diligenter: ſi qd̄ primū eſt pie conſideremus: inuenimus primitus: nō ſemper cum in ſcripturis legimus confeſſionem: debere nos intelligere vocem peccatoris. Maxime autē hoc dicendū fuit: et hinc admonenda charitas veſtra: quia mox vt h̄ verbū ſonuit vox lectoris: ſecutus eſt etiam ſonus tunſionis pectoris veſtri: audito ſcʒ qd̄ dn̄s ait: Confiteor tibi pater. In hoc ipſo qd̄ ſonuit cōfiteor: pectora tutudiſtis. Tūdere aūt pectus quid eſt: niſi arguere qd̄ latet in pectore: ⁊ euidenti pulſu occultū caſtigare peccatū? Quare hoc feciſtis: niſi q̄r audiſtis: Cōfiteor tibi pater? Cōfiteor audiſtis: q̄r cōfitet nō attēdiſtis. Nūc ḡ aduertite: Si cōfiteor chriſtus dixit a quo longe eſt omne peccatū: nō ſoli⁹ eſt cōfiteri pctōris: ſed etiā aliqn̄ laudatoris. Cōfitemur ḡ ſiue laudantes deū: ſiue accuſantes noſmetipſoſ. Pia ē vtraq̄ cōfeſſio: ſiue cū te rep̄hendis qui nō es ſine peccato: ſiue cū illum laudas qui nō pōt hr̄e peccatū. Si aūt bn̄ cogitem⁹: rep̄hēſio tua laus ipſi⁹ eſt. Quare em̄ iā ꝯfiteris in accuſatiōe peccati: in accuſatiōe tuiꝑſius? Quare ꝯfiteris? Quia ex mortuo fact⁹ es viuus. (Eccl.17.) Scriptura q̄ppe ait: A mortuo q̄ſi q̄ nō ſit pit ꝯfeſſio. Si pit a mortuo cōfeſſio: q̄ ꝯfitet viuit. Et ſi pctm̄ ꝯfitet: vtiq̄ a morte reuixit. Si peccati cōfeſſor reuixit a morte: qs illū ſuſcitauit? Null⁹ mortu⁹ eſt ſuiꝑſi⁹ ſuſcitator. Ille ſolus ſe potuit ſuſcitare: qui mortua carne nō mortuus eſt. Etenī hoc ſuſcitauit qd̄ mortuū fuit. Ille ſuſcitabat: qui viuebat i ſe. In carne aūt ſuſcitāda mortu⁹ fuerat. Nō em̄ pr̄ filiū ſol⁹ ſuſcitauit: de quo dictū eſt ab ap̄lo: Propter qd̄ deus eū exaltauit: ꝟ etiā dn̄s ſeip̄m: id eſt corp⁹ ſuū ſuſcitauit. (Phil.2.) Unde dic̄: Soluite templū hoc: ⁊ in triduo ſuſcitabo illud. (Joh.2.) Mortuus eſt autē peccator: maxime ille quē moles ꝯſuetudinis premit: q̄ſi ſepult⁹ Lazar⁹. Par eni erat q̄ mortuus: etiā ſepult⁹. Quiſq̄s igit male ꝯſuetudinis: male vite ſcʒ terrenaꝝ cupiditatū mole ꝑmit: ita vt in illo iā factū ſit: ſic in quodā pſalmo mirabilit dicit: Dixit ſtultus in corde ſuo nō eſt de⁹: (Ps.13.et.52.) Fit talis: de q̄li dictū ē: A mortuo velut q̄ nō ſit pit ꝯfeſſio. (4.ſen.diſt.17 ca.1.) Quis euʒ ſuſcitauit: niſi q̄ remoto lapide clamauit dicens: Lazare prodi foras. (Joh.11) Quid ē aūt foras ꝓdire niſi quod occultum erat foras ꝓdire? Qui ꝯfitet foras prodit: foras aūt ꝓdire nō poſſet niſi viueret: viue nō poſſet niſi reſuſcitat⁹ eēt. Ergo i ꝯfeſſiōe ſui accuſatio: dei laudatio ē. Dic ḡ aliqs: Quid ꝓdeſt eccl̄ia ſi iā cōfeſſor voce dn̄ica reſuſcitat⁹ ꝓdit? Quid ꝓdeſt eccl̄ia cōfitēti: cui dn̄s ait: Que ſolueritis i terra: ſoluta erūt ⁊ i celo? Ipſū lazarū attēde: cū vinculis ꝓdijt. Iā viuebat cōfitēdo: ſed nōdū liber ambulabat vinculis irretitus. Quid ḡ facit eccl̄ia: cui dictū eſt: Que ſolueritis i terra ſoluta erūt: (Matth.18.) niſi qd̄ dn̄s ait cōtinuo ad diſcipulos: Soluite illū et ſinite abire. (Joh.11.) Siue ḡ nos accuſem⁹: ſiue deū laudemus: ſemp illi gratias agere ſtudeam⁹: a q̄ gratia gratis dat cuicūq̄ dat. Sic ḡ deum laudam⁹: ſi pie nos accuſem⁹: deūq̄ laudemus. Qn̄ deū laudam⁹: tanq̄ eū q̄ ſine pctō eſt ꝑdicam⁹. Qn̄ aūt noſmetipſos accuſam⁹ ei p quē reſurreximus ḡſā dam⁹: Hoc ſi feceri m⁹ nullā occaſionē inueniet inimic⁹: q̄ nos circūueniat añ iudicē. Cū em̄ tuipe fueris accuſator: ⁊ dn̄s liberator: qd erit ille niſi calūniator? B Merito ille hinc ſibi tutelā prouidit aduerſus inimicos nō cōſpicuos: carnē ⁊ ſāguinē miſeraudā poti⁹ q̄ cauēdā: ſed aduerſus illos inimicos ꝯ q̄s ap̄ls nos hortat vt armemur: Nō ē nob collucta tio adūſus carnē ⁊ ſanguinē: (Eph.6.) id eſt aduerſus homies quos videtis ſeuire in nos. Uaſa ſunt: alius vtit. Organa ſunt: alius tangit. Immiſit ſe inq̄t diabolus in cor iude vt traderet dominum. (Joh.13.) Ait aliquis: Quid ergo ego feci? Audi apoſtolū: Neq̄ detis locum diabolo. (Eph.4.) Tu male voluntati locum dediſti: intrauit poſſedit: vtit: Si locū nō dares: nō poſſideret. Ergo nos admonens ait: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem ⁊ ſanguinē: ſed aduerſus ꝑncipes ⁊ poteſtates: (Eph.6.) Poſſet quiſq̄ pu/

tare: aduerſus reges terrę: aduerſus poten-
tes ſeculi. Quare? Ipſi non caro ⁊ ſanguis?
Semel dictum eſt: Non aduerſus carnem ⁊
ſanguinē. Auertere ab omni homine: Qui
ergo reſtant inimici? Aduerſus principes et
poteſtates ſpiritalis nequicię: rectores mū-
di: q̄ſi plꝰ dedit diabolo ⁊ angelis eiꝰ. Plus
dedit: quos rectores mundi appellauit. Sed
ne male intelligas: exponit quid ſit mūdus
cuiꝰ ſūt illi rectores. Rectores mūdi tenebra-
rū harū. Quid eſt mūdus tenebrarū harū:
quibus eſt rector? Dilectoribus ſuis et infi-
delibus plenꝰ eſt mūdus: hos appellat apo-
ſtolus tenebras. Harum rectores diabolus
⁊ angeli eius. Hę tenebrę nō naturales ſūt:
non incōmutabiles ſunt. Mutant̄ ⁊ lux effi-
ciunt̄: credunt et credendo illuminant̄. Qđ
Eph.5. cum in eis factum fuerit: audiēt: Fuiſtis eñ
aliquando tenebrę: nunc autem lux in do-
mino. Nam quando tenebrę in te nō in do-
mino. Iterum quando lux: non in te ſed in
1.Cor.4. domino. Quid enim habes qđ non accepi-
ſti? Quia ergo ſunt inuiſibiles inimici: inui-
ſibiliter ſunt expugnandi. Quippe hoſtem
viſibilem vincis feriendo: inuiſibilem vin-
cis credendo. Uiſibilis eſt hoſtis homo: vi-
ſibile eſt ⁊ ferire. Inuiſibilis eſt hoſtis dia-
bolus: inuiſibile eſt et credere. Ergo eſt pu-
gna inuiſibilis aduerſus inuiſibiles inimi-
cos. Ab his eñ inimicis quomō ſe tutum di-
cit quidā? Hoc eñ cęperam dicere: et neceſſe
habebā de iſtis inimicis aliquāto cum mo-
ra tractare. Jam ergo cognitis inimicis: vi-
Ps.17. deamus tutelam. Laudans inuocabo do-
minū: ⁊ ab inimicis meis ſaluus ero. Habes
qđ agas: Laudās inuoca: ſed dñm laudās
inuoca. Si enim te laudaueris: ab inimicis
tuis ſaluus non eris. Laudans inuoca do-
minū: ⁊ ab inimicis tuis ſaluus eris. Quia
Ps.49. qđ ait ipſe dominꝰ: Sacrificiū laudis hono-
rificabit me: ⁊ ibi via eſt vbi oſtendā tibi ſa-
lutare meū. Ubi via? In ſacrificio laudis.
Noli pedem extra hāc viam mittere: in via
eſto. Noli a via recedere: a laude dñi: nec vn-
guem: ne dum pedem. Si enim volueris ab
hac via deuiare: et pro domino te laudare:
non eris ſaluꝰ ab illis inimicis: quia de ipſis
Ps.139. dictū eſt: Juxta ſemitā ſcandala poſuerunt
mihi. Quicqđ ꝑ putaueris boni habere te
abſ te: deuiaſti a laude dei. Quid iam mira-
rio ſi te ſeducit inimicus: quando tu ipſius
Gal.6. ſeductor es? Audi apoſtolū: Qui eñ putat

ſe eſſe aliquid cum nihil ſit: ipſe ſe ſeducit.
Dominū ergo attende cōfitentē: Confiteor
tibi pater dñe celi ⁊ terrę. Cōfiteor tibi: lau- Matth.11.
do te. Laudo te: non accuſo me. Quātū aūt
ꝑtinet ad ipſius dominio ſuſceptionem: to-
ta gratia: ſingularis gratia: perfecta gratia.
Quid meruit homo ille qui chriſtꝰ eſt ſi tol-
las gratiā: ⁊ tantā gratiā qua vnum oporte
bat eſſe chriſtū: ⁊ ipſum eſſe quem nouimus?
Tolle iſtam gratiam: quid eſt chriſtus niſi
homo? Quid niſi qđ tu? Suſcepit animā:
ſuſcepit ⁊ corpꝰ: ſuſcepit plenū hominē: co-
aptatam ſibi vnam facit dominꝰ cum ſeruo
ꝑſonam. Quāta eſt iſta gratia? Chriſtus in
cęlo: chriſtus in terra: chriſtus ſimul in cęlo ⁊
in terra: nec duo chriſti: ſꝫ idē chriſtꝰ in cęlo ⁊
in terra. Chriſtus apud patrem: chriſtus in
vtero virginis: chriſtꝰ in cruce: chriſtꝰ apud
inferos ſubueniens quibuſdā. Eo autē ipſo
die chriſtus in paradiſo cum latrone conſi-
tente. Et ibi quid latro meruit: niſi quia illā
viam tenuit: vbi oſtēdit ſalutare ſuū: a qua Ps.49.
tibi pes non exeat? In eo enim q̄ ſe accuſa-
uit deum laudauit: et vitam ſuam beatā fe-
cit. Pręſumpſit quidē de domino: et ait illi:
Domine memento mei dum veneris in re- Luc.23.
gnum tuū. Conſiderabat enim facinora ſua
⁊ pro magno habebat ſi ei vel in fine parce-
retur. Dominꝰ autē cōtinuo cū ille diceret:
Memēto mei: Sed quādo? Cum veneris i
regnum tuum: Amē dico tibi inquit: hodie
mecū eris in paradiſo. Miſericordia obtu-
lit: quod miſeria diſtulit. Audi ergo domi-
nū confitentē: Confiteor tibi pater: domine Matth.11.
celi ⁊ terrę. Quid cōfiteor? In quo te laudo.
Hęc eñ cōfeſſio: vt dixi laudē habet. Quia
abſcondiſti hęc a ſapiētibus et prudētibus:
⁊ reuelaſti ea paruulis. Quid ē hoc fratres?
A cōtrario ſenſu intelligite. Abſcōdiſti hęc
inquit a ſapientibꝰ ⁊ prudentibꝰ: ⁊ nō dixit:
reuelaſti ea ſtultis ⁊ imprudentibus: ſed di-
xit: Abſcōdiſti a ſapiētibus ⁊ prudētibus: ⁊
reuelaſti ea paruulis. Sapiētibus ⁊ pruden
tibus irridendis: arrogantibꝰ falſo grādibꝰ
vere autē tumētibus oppoſuit: nō ſapiētes:
nō prudētes: ſꝫ paruulos. Qui ſūt paruuli?
Hūiles. Ergo abſcōdiſti hęc a ſapiētibus et
prudētibꝰ. Nomie ſapientiū ⁊ prudētiū ſup-
bos intelligi poſſe: ipſe expoſuit cū ait: Re-
uelaſti ea ꝑuulis. Ergo abſcōdiſti nō ꝑuulis.
Quid eſt nō ꝑuulis? Nō humilibus. Quid
eſt nō hūilibus: niſi ſupbis? Hęc via domi-

ni aut non erat: aut latebat vt reuelaretur
nobis. Unde dñs exultauit: niſi quia reuelatũ eſt paruulis? Debem⁹ eſſe paruuli: Nã
ſi voluerimus eſſe magni quaſi ſapientes ꝛ
prudẽtes: nõ nobis illud reuelaꝛ. Qui ſunt
Ro.1. magni? Sapientes ꝛ prudentes: dicẽtes ſe
ſapiẽtes: ſtulti facti ſunt. Habes remedium
a contrario: Si dicendo te ſapientẽ: ſtultus
factus es: dic te ſtultũ et ſapiens eris. Sed
dic: dic ſed intus dic: quia ſic eſt vt dicis. Si
dicis: noli coram hominib⁹ dicere: et coram
deo nõ dicere. Prorſus qd̃ ad teipſum pertinet: qd̃ ad tua: tenebroſus es. Quid ē eñ
aliud eſſe ſtultũ: niſi eſſe tenebroſum in corde? Deniq; de illis ſic ait: Dicẽtes ſe eẽ ſapientes: ſtulti facti ſũt. Anteq̃ hoc diceret qd̃
rurſum? Et obſcuratũ eſt inſipiens cor eoꝝ.
Dic: q2 tu tibi lumẽ nõ es. Ut multũ: ocul⁹
es: lumẽ nõ es. Quid prodeſt patẽs ac ſan⁹
oculus ſi lumẽ deſit? Ergo dic a te tibi lumẽ
Ps.17. non eſſe: ꝛ clama qd̃ dictũ eſt: Tu illuminabis lucernam meã domine: Lumĩe tuo dñe
illuminabis tenebras meas. Hec eñ nihil
niſi tenebre: tu autẽ lumen fugãs tenebras:
illuminãs me: non a me mihi lumẽ exiſtẽs:
ſed lumẽ non ꝑticipans niſi in te. Sic iohãnes amicus ſponſi chriſti: putabaꝛ lumen.
Joh.1. Non erat ille lumen: ſed vt teſtimoniũ phiberet de lumine. Qd̃ autẽ erat lumen: erat
lumen verũ. Quid eſt verũ? Qd̃ illuminat
omnẽ hominẽ. Si verũ lumen eſt quod illuminat omnẽ hominẽ: ergo audi et iohannẽ
Ubi.s. recte dicentẽ: recte confitentẽ: Nos autẽ de
plenitudine eius accepimus. Uide ſi aliud
dixit: q̃ tu illumiabis lucernam meã domine. Deniq; iam illuminat⁹ teſtimoniũ perhibebat. Propter cecos lucerna dici teſtimoniũ perhibebat. Uide quoniã lucerna eſt?
Joh.5. Uos inquit miſiſtis ad iohannẽ: ꝛ voluiſtis
exultare ad horam in lumine eius. Ille erat
lucerna ardens et lucens. Ille lucerna: hoc
eſt res illuminata: accenſa vt luceret: que
accendi poteſt et extingui. Sed vt non extinguaꝛ: ventum ſuperbie nõ patiaꝛ. Ergo
Matth.11. cõfiteor tibi pater domine celi et terre: quia
abſcondiſti hec a ſapientib⁹ et prudentibus
lumen ſe putantibus et tenebre erant. Et ꝓ
eo q̃ tenebre erant: ꝛ lumẽ ſe putabant: nec
illuminare potuerunt: Illi autem qui tenebre erant ꝛ tenebras ſe eſſe cõfitebaꝛ: paruuli erant ꝛ non magni: humiles erant ꝛ nõ
Ps.17. ſuperbi. Recte ergo dicebãt: Tu illumiabis
lucernam meam domine. Se agnoſcebant:
dominũ laudabant: a via ſalutari non recedebant. Laudãtes dominũ inuocabant: et
ab inimicis ſuis ſalui erant. Poſtremo aperit celeſte myſteriũ: quod ſi placuerit deo: vt D
paruulis magis q̃ prudentibus iſtius mundi gratiã ſuam reuelaret. Qd̃ apoſtol⁹ paulus ſtilo pleniore digeſſit dicens: Nõne ſtul 1.Cor.1.
tam fecit deus ſapientiã huius mũdi? Nam
quoniã dei ſapientiã non cognouit hic mũdus per ſapientiã: placuit deo per ſtulticiã
predicationis ſaluos facere credentes. Ait
ergo: Ita pater: quoniã ſic fuit placitũ ante Matth.11.
te. Celeſtiũ enim verborum arcana atq; virtutes: ſapiẽtibus abſcõdunꝛ ꝛ paruulis reuelanꝛ. Paruulis malicia nõ ſenſu: ſapientibus vo ſtulticie ꝓſumptione non prudentie cauſis. Factiq; hui⁹ equitatem dominus
paterne volũtatis iudicio ꝯfirmat: vt q̃ dedignanꝛ paruuli i deũ fieri: ſtulti deinceps i
ſapiẽtia ſua fiant. Uides q̃ terribilis i cõſilijs domin⁹. Diſce vere hũilitatis exemplar:
nec temere diſcutias ſupne diſpẽſatiõis cõſilia. Cum enim intuliſſet vtrũq;: ſcz q̃ alijs
a ductus ſui ſacramẽta reuelauerit: ab alijs
vo abſconderit: non mox ratione reddidit:
ſed ſic deo placitũ dixit: hoc oſtendens manifeſte: q2 iniuſtũ eſſe non poteſt qd̃ placuit
iuſto. Ac ne quid in illo minus q̃ qd̃ in deo
eſt eſtimareꝛ: ſtatim ſubdidit: Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Pulcherrimus Ubi.s.
connectiꝛ de fide locus: quando omnia ſibi
tradita dicit a patre ſuo. Cum omnia legis:
omnipotentẽ agnoſcis: nõ decolorem: non
degenerẽ patris. Cum tradita legis: filiũ cõfiteris: cui per naturã omnia vni⁹ ſubſtãtie
iure ſunt ꝓpria: nõ dono collata per gratiã.
Tradita autẽ ſibi dicit omnia: non celum et
terram vel cetera que ipſe condidit ac fecit
elementa: ſed hoc qui per filiũ acceſſum habent ad patrem ꝛ ante rebelles: deũ poſtea
per fidem ſentire ceperũt. Unde ꝛ alio loco
dicit: Omne qd̃ dat mihi pater ad me veniet: Et nemo nouit filium niſi pater: neq; pa- Joh.6. Matth.11.
trem quis nouit niſi filius: et cui voluerit filius reualare. Cum diceret: Nemo nouit filium niſi pater: non dixit: et cui voluerit pater reuelare: queadmodũ cum dixerit: Nemo nouit patrem niſi filius: addidit: Et cui
voluerit fili⁹ reuelare. Quod non ita intelligendũ eſt quaſi a nullo poſſit cognoſci niſi
a ſolo patre: Pater autẽ non ſolũ a filio ſed

etiam ab eis quibus reuelauerit filius. Sic
enim potius dictū eſt vt intelligam⁹ ⁊ patrē
⁊ ipſum filium: per filium reuelari: quis ipſe
eſt mentis noſtrę lumen: vt qđ poſtea intu/
lit: Et cui voluerit fili⁹ reuelare: nō patrē tm̄
ſed etiā filium accipias: ad totum em̄ qđ di/
xit illatum eſt. Verbo em̄ ſuo ſe pater decla
rat. Verbum em̄ non ſolum id qđ per ver/
bū declarat: ſed etiaʒ ſeipſum declarat. Vt
ſcias auteʒ quia ſicut filius patrem quibus
vult reuelat ipſum: audi dicentē ipſum do/
minū ieſum cum laudaret petrum q eum fi/
Matth.16. lium dei eſſe cōfeſſus ſit: Beatus es ſimon
bariona: quia caro ⁊ ſanguis non reuelauit
E tibi: ſed pater meus qui eſt in cęlis. Audia/
Matth.11. mus ergo eum qui ſequit̄ ⁊ dicit: Venite ad
me omnes q laboratis ⁊ onerati eſtis. Mi/
rum quibuſdā videt̄ fratres chariſſimi cum
audiūt dominū dicentē: Venite ad me oēs
qui laboratis ⁊ onerati eſtis: ⁊ ego reficiam
vos. Tollite iugū meū ſup vos ⁊ diſcite: qa
mitis ſum ⁊ humilis corde: et inuenietis re/
quiē animab⁹ veſtris. Iugū em̄ meū ſuaue
eſt: ⁊ onus meū leue: Et non cōſiderant eos
qui iugū ipſum intrepida ceruice ſubierunt
⁊ illam ſarcinā manſuetiſſimis humeris ac/
ceperūt: tantis agitari ⁊ exerceri difficultati
bus hui⁹ ſeculi: vt nō a laboribus ad quietē:
ſed a quiete ad laborem vocati videant̄: cū
2.Timoth.3. ap̄lus dicat: Oēs qui volunt pie viuere in
chriſto ieſu: pſecutionē patient̄. Ait ergo ali
quis: Quō iugū eius ſuaue eſt ⁊ ſarcina le/
uis: qn̄ quidē illud iugū ⁊ ſarcinā ferre nihil
eſt aliud q̄ pie viuere in chriſto? Et quomō
Matth.11. dicit̄: Venite ad me omnes qui laboratis ⁊
onerati eſtis ⁊ ego reficiā vos: et nō potius
dicit̄: Venite qui vacatis vt laboretis? Nā
⁊ vacātes inuenit quos cōduxit in vineā vt
ferrēt ęſtū diei. Et ſb illo iugo leui ⁊ ſarcina
2.Cor.6. leui: audiam⁹ ap̄lm dicentē: In omnib⁹ cō/
mēdantes noſmetipſos ſicut dei miniſtros:
in multa patiētia: in tribulatiōib⁹: in neceſſi
tatib⁹: in anguſtijs: in plagis ⁊c. Et alio lo/
2.Cor.11. co in eadē ep̄la: A iudeis qnquies quadra/
genas vna min⁹ accepi: ter virgis cęſus ſū:
ſemel lapidatus ſum: ter naufragiū feci: no/
cte ⁊ die in pfundo maris fui: ⁊ cęteris picula
q̄ numerari quideʒ poſſunt: ſed tolerari niſi
ſpūſancto iuuāte nō poſſūt. Oīa ḡ illa q̄ cō/
memorauit aſpera ⁊ grauia: frequēti⁹ ⁊ abū/
dātius ſuſtinebat: ſed pfecto aderat ei ſpūſ/
2.Cor.4. ſanct⁹: q in exterioris hoīs corruptōe interi/
orē renouaret de die in diē: ⁊ guſtata requiē
ſpiritali i affluētia delitiaꝝ dei: in ſpe futu/
rę beatitudinis oīa pſentis deliniret: aſpe/
ra ⁊ grauia oīa releuaret. Ecce q̄ ſuaue iugū
chriſti portabat et q̄ leuē ſarcinā: vt oīs illa
quę ſupius enumerata dura ⁊ imania omis
auditor horreſcit: leuē tribulationē diceret:
intuens interiorib⁹ ⁊ fidelib⁹ oculis quanto
pcio tpaliū emēda ſit futura vita: nō pati la
bores ęternos impioꝝ: et ſine vlla ſollicitu/
dine pfrui ęterna fęlicitate iuſtorū. Secari ⁊ F
vri ſe hoīes patiunt̄: vt dolores nō ęterni: ſʒ
aliquāto diuturnioris vlceris acriorū dolo/
rū pcio redimant̄: in languida et incerta va/
catiōis breuiſſimę atqꝫ vltima vita. Imma/
niſſimis bellis miles atterit̄: plurib⁹ fortaſſe
annis in laborib⁹ inquiet⁹: q̄ in ocio quietu
rus. Quib⁹ tempeſtatib⁹ ⁊ pcellis: q̄ horri/
bili ⁊ tremēdę ſeuitię cęli et maris importu/
ni ſūt mercatores: vt diuitias ventoſas acq
rant: maiorib⁹ q̄ qb⁹ acqſituri ſunt piculis ⁊
tempeſtatib⁹ plenas? Quos ęſtus: q̄ frigo/
ra: quę picula ab equis: a foſſis: a pcipitijs:
a flumib⁹: a feris pferūt venatores? Quē la
borē eſuriēdi ⁊ ſitiēdi: quātas viliſſimi ⁊ ſor/
didiſſimi cibi ⁊ potus anguſtias vt beſtiā capi
ant? Et indū nec ipi⁹ beſtię carnes: ppt̄ quā
hęc tāta ſuſtinēt epulis neceſſarie: Mꝫ q̄ ⁊ ſi
aper ceruuſqꝫ capiat̄: magis ſuaue ſit venā/
tis animo qr captus eſt: q̄ comedētis pala/
to quia coctus eſt. Quātis cruciatibus ppe
quotidianarū plagarū tenera pueroꝝ ętas
ſubdit̄? Quātis etiam ſcholis vigiliarum ⁊
abſtinentię moleſtijs exercent̄: non propter
diſcendā ſapientiā: ſʒ ppter opes honoreſqꝫ
vanitatis: vt numeros ⁊ lr̄as ⁊ diſertas fal/
lacias eloqui diſcant? Sed in his omnib⁹ q
hęc nō amāt: eadē grauia patiunt̄. Qui vo
amant eadem quidē: ſed non grauia pati vi
dent̄. Omnia enim ſęua ⁊ imania prſus fa/
cilia: ⁊ ppe nulla efficit amor. Quāto ergo
certius ac facilius ad veram beatitudinem
charitas facit: qđ ad miſeriā quātuʒ potuit
cupiditas fecit. Mꝫ facile toleratur quęlibet
aduerſitas temporalis: vt ęterna pęna vite/
tur: ęterna requies comparet̄. Non immerito
ille vas electionis cum ingenti lęticia dixit:
Non ſunt condignę paſſiones huius tem/ Ro.8.
poris ad futuram gloriam: quę reuelabitur
in nobis. Ecce vnde iugum illud ſuaue eſt
et ſarcina leuis. Et ſi anguſta eſt paucis eli/
gentibus: facilis tamen omnibus diligen/

Ps.16. tibus. Dicit pſalmiſta: Propter verba labiorum tuorum: ego cuſtodiui vias duras. Sed que dura ſunt laborātibus: eiſdē ipſis miteſcunt amātibus: propter qđ ita diuine 2.Cor.4. pietatis diſpenſatiōe actū eſt vt interior hō qui renouatur de die in diem nō adhuc ſub lege poſitus: ſed iam ſub gratia exoneratus ſarcinis innumerabiliū obſeruationū: qđ erat reuera graue iugū: ſed dure ceruici cōueniēter impoſitū: facilitatē ſimplicis fidei: et bone ſpei: et ſancte charitatis: quicqđ moleſtiarū exteriori homi forinſecus intuliſſet: ille prin Job.11. ceps qui miſſus eſt foras: interiore gaudio leue fieret. Nihil enī tam facile eſt bone voluntati quā ipſa ſibi: et hec ſufficit deo. Quantūlibet ergo ſeuiat iſte mūdus: veriſſime an Luc.2. geli nato in carne dn̄o clamauerūt: Gloria in excelſis deo: et in terra pax homibus bone vo Matth.11. lūtatis. Quia qui natus erat ſuaue iugū eius ē 1.Cor.10. et ſarcina leuis: ſicut dicit apl's: Fidelis deus qui nō ſinit tēptare nos ſup id quod poſſumus ferre: ſed facit cum temptatione etiam exitū vt poſſimus ſuſtinere. Cōuerſi ad dn̄m deum patrē omnipotentē puro corde: ei inquātū pōt paruitas noſtra: maximas atq; veras gratias agamus: p̄cantes toto animo ſingularē manſuetudinē eius: vt p̄ces nr̄as in beneplacito ſuo exaudire dignetur. Inimicū quoq; a noſtris actibus et cogitationibus ſua virtute expellat: nobis multiplicet fidē: mentē gubernet: ſpiritales cogitatiōes concedat: et ad beatitudinē ſuā perducat: per ieſum chriſtū dominū noſtrū filium ſuum qui cum eo viuit et regnat in vnitatē ſpūſſancti deus per omnia ſecula ſeculorum: Amē.

## In eadem dn̄ica de iuſticia que ex lege: et ea que ex fide eſt. Et quō diabolus p̄nceps ſit mūdi ex traduce peccati. Et de pfectione impfecta et eternitate futura: Sermo II

Ser.XLIX.

A Diuine lectiones omnes ita ſibi conuectuntur tanq̄ vna ſit lectio: quia om̄s ex vno ore p̄cedunt. Multa ora ſūt miniſteriū ſermōis gerentiū: ſed vnū eſt os miniſtros implētis. Audiuimus aplicā lectionē et forte aliquem moueat qđ ibi ſcriptum eſt: Phil.3. Scđm iuſticiā q̄ ex lege eſt: qui fuerim ſine querela. Que mihi lucra fuerunt: hec propter chriſtū damna eſſe duxi: Deinde ſecutus ait: Non ſolū damna ſed etiā ſtercora exiſtimaui eſſe: vt chriſtū lucrifaciā: et inueniar in illo nō habēs meā iuſticiā q̄ ex lege eſt: ſed iuſticiā que ē ex fide ieſu chriſti. Quō enī ſtercora exiſtimat dānaq; ſcḋm iuſticiā q̄ ex lege eſt cōuerſari ſine querela? Quis enī legē dedit? Nōne ipſe legem p̄miſit qui poſtea reis legis cū indulgentia venit? Sed hīs eū credimus veniſſe cū indulgētia quos reos lex tenebat. Nūquid aūt lex reos tenebat eos: qui ſcḋm iuſticiam que ex lege eſt conuerſati ſunt ſine querela? Si ergo indulgentiā et veniā peccatorū reis legis attulit dn̄s: nō attulit paulo ipſo: qui dicit ſine querela ſe in lege cōuerſatū? Sed ipſum audiamus alio loco: Non ex Tit.3. operibus inquit que nos fecimus: ſed ſcḋm ſuam miſericordiā ſaluos nos fecit per lauacrū regenerationis. Et iterū: Qui prius fui blaſphe 1.Timoth.1. mus et pſecutor et iniurioſus: ſed miſericordiā cōſecutus ſum. Hac ſe cōſtituit cōuerſatū in lege ſine q̄rela: ac talē ſe cōfitetur fuiſſe peccatorē: vt oīs peccator propterea de ſe nō deſperet quia paulus meruit indulgentiā. Videte frēs B et vim ſermonis huius intuemini: quō paulus aplus dāna exiſtimat et ſtercora: vbi ſine q̄rela dixit ſe cōuerſatū fuiſſe. Hac impletor legis: hac reus legis vno eodēq; tēpore: ante baptiſmū: ante gratiam. Sed nō ſine cauſa damna eſſe dicit: ne ſubintrent cogitatiōes noxie: hoc idō dixiſſe apl'm paulū: qđ alius dederit legem: alius euāgeliū: ſicut manicheus mēte peruerſa ſentit: et reliqui heretici qui dixerūt aliū datorē fuiſſe legis que data eſt per moyſen: aliū aūt largitorē euāgelice gratie. Illū quidē deū malū: illū vero deum bonū. Quid miramur frēs in obſcuritate legis tanq̄ in clauſis oſtijs caliginē paſſi ſunt: qa nō pietate pulſauerūt. Inuenimus aliquī eundē paulū aptiſſime dicere: legē bonā eſſe: Quā tamē ideo datā dicit eſſe vt abundaret pec Ro.5. catū: Et ideo abundaſſe peccatū vt ſupabūdaret gr̄a. Preſumebāt enī hoīes de viribus ſuis: et faciēdo quicqđ ſibi licere arbitrabantur: peccabant in legē dei occultā. Unde iſta lex manifeſta promulgata eſt eis qui oīno ſibi rei eſſe nō videbantur. Data eſt illis lex nō que ſanaret ſed que egrotantes probaret. Lex p̄cucurrit ante medicū: vt ſe egrotus qui ſe ſanū putabat inueniret egrotum: et dixit: Nō cō Ro.7. cupiſces. Et quia ante legem preuaricatio nondum erat: Ubi enim non eſt inquit lex Ro.4. nec preuaricatio: antea ſine lege peccabatur. Data vero lege poſtea quā pctm̄ ē: amplius pctm̄ eſt: quia cū p̄uaricatiōe pctm̄ eſt. Inuenit ſe bō

vinci cupiditatibus ſuis: quas mala cõſue-tudine aduerſum ſe nutriebat: qui etiã cum vinculo ⁊ obligatione peccati ex adam fue-
Eph. 2. rat ꝓpagatus. Unde dicit apſtus: Fuimus et nos aliquãdo natura filij ire. Inde eſt ꝙ
Iob. 15. nec vnius diei infantẽ mundũ dicit a pecca-to: non ex eo qḋ cõmiſit: ſed ex eo qḋ traxit.
C Audi pſalmũ interiora dicentẽ: ⁊ peccatorũ noſtrorũ ſecreta canentẽ. Ex pſona eñ gene-
Ps. 50. ris hũani dicitur chriſto: Tibi ſoli peccaui ⁊ malũ corã te feci: Nõ ex pſona vnius dauid hoc dicit: ſed ex adam pſona: de quo genus hũanũ. Audi eñ pſalmũ: Tibi inqt ſoli pec-caui ⁊ malũ corã te feci: vt iuſtificeris in ſer-monib⁹ tuis: xpo dr. Uñ h intelligim⁹? Au-di qḋ ſequit̃: Et vincas cũ iudicaris. Non ẽ iudicatus deus pater: nõ eſt iudicatus ſpiri-tusſanct⁹: non inuenim⁹ niſi ſolũ filiũ in iſta carne: quã de noſtra maſſa ſuſcipere digna-tus eſt iudicatũ: Nõ ex nodo cõcupiſcentię homĩs ⁊ fęmine virgo credidit: virgo cõce-pit: virgo peperit: ⁊ virgo ꝑmanſit: Et ideo dicit̃: Uincas cum iudicaris. Iudicatus eſt eñ ⁊ vicit: qꝛ ſine peccato iudicat⁹ eſt. Pati-entię fuit ſuſtinere iudiciũ: nõ reat⁹. Multi innocẽtes iudicant̃: ſed in ipſis cauſis quas agunt. Nam de reliquo peccato nõ carent: quia ſicut ante homĩes factũ: ſic ante deum cogitatiõis peccatũ eſt. Factũ tuũ corã ocu-lis dei: cogitatio tua eſt. Teſtis facti eſt ipſe iudex: accuſatrix facti ipſa cõſcientia. Ergo ille vere innocẽs iudicatus eſt: et ideo vicit.
Matth. 27. Solus eñ vicit: nõ de iudice pontio pilato: neqꝫ de iudęis ſęuiẽtib⁹: ſ de ipſo diabolo: qui oĩa noſtra peccata rimat̃ diligẽtia inui-dentię. Et quid ait dñs ieſus de ipſo diabo-
Iob. 14. lo? Ecce venit princeps mũdi hui⁹. Iã ſępe
D dictũ eſt charitati veſtrę mundũ iſtum appel-lari peccatores. Et quare peccatores nomĩe mũdi appellant̃? quia dilectione mũdi inha-bitant mundũ. Qui eñ nõ diligũt mundũ:
Phil. 3. non habitant in eo qḋ non diligũt. Noſtra inquit ꝯuerſatio in cęlis eſt. Si ergo qui di-ligit deũ ĩ cęlo habitat cum deo: qui diligit mundũ in mũdo cum principe habitat mũ-di: Omnes itaqꝫ dilectores mundi ipſi ſunt mũdus: habitatores mũdi: nõ carne qḋ oẽs iuſti: ſed animo qḋ ſoli peccatores quib⁹ ꝓn-ceps eſt diabolus: quõ dicit̃ domus habita-tores domus. Scḋm quã ſententiã dicim⁹ malã domũ eſſe marmoratã: et bonã domũ eſſe fumigatã. Inuenis domũ fumoſã quã boni habitant: ⁊ dicis bona domus. Inue-nis domũ marmoratã ⁊ laqueatã quã poſſi-dent iniqui: ⁊ dicis mala domus: domũ ap-pellans nõ parietes ⁊ receptacula corporũ: ſed ipſos habitatores: Sic mundũ appella-uit ſcriptura hĩtatores mũdi ꝑ cõcupiſcẽtiã dilectiõis: nõ per ꝯuerſationẽ corpis. Ergo ecce inqt venit ꝓnceps mũdi: et in me nihil Iob. 14.
inuenit. In ſolo ipſo nihil inuenit diabol⁹. Et tanqꝫ diceret̃ ei: Quare ẜ morer̃? Ibi ſeqt̃: Sꝫ vt ſciant oẽs: qꝛ volũtatẽ patris mei fa-cio: ſurgite eamus hinc. Surgit ⁊ it ad paſſi-onẽ. Quare? Quia voluntatẽ patris mei fa-cio. Propter hanc ergo ſingularẽ inocentiã
ait pſalmus: Tibi ſoli peccaui: et malũ corã Ps. 50.
te feci: vt iuſtificeris in ſermonib⁹ tuis: ⁊ vin-cas cũ iudicaris: qa nihil mali in te inuenit. Quare autẽ in te inuenit o genus humanũ? Quia ſequit̃ ⁊ dicit: Ego eñ in iniquitatib⁹ cõceptus ſum: ⁊ in peccatis peperit me mat̃ mea. Dicit hoc dauid: Quęre vnde nat⁹ ſit dauid: inuenies de legitima cõiuge: de nul-lo adulterio. Scḋm quã ẜ ꝓpaginem dicit: In iniqtate cõceptus ſũ: niſi qꝛ eſt ibi qddã de mortis ꝓpagine qḋ ſecũ trahit omĩs qui
ex cõiunctiõe viri et fęminę naſcit̃? Habeno E
ergo vnuſquiſqꝫ ꝯcupiſcentiã: attendat legẽ Exo. 20.
dicentẽ: Nõ cõcupiſces: inuenit in ſe qḋ illa Ro. 7.
ꝓhibet ⁊ fit reus legis. Inueniens aũt in ſe cui ſubdit⁹ ẽ: incipiat iaꝫ dicere: Cõdelector legi dei ẜm interiorẽ hoĩem. Uideo aũt aliã legẽ ĩ mẽbris mei repugnãtẽ legi mẽtis męę ⁊ captiuantẽ me ĩ lege peccati quę eſt in mẽ-bris meis. Cognouit ſe ęgrotum: implorat medicũ. Infelix ego homo: quis me libera-bit de corpore mortis hui⁹? Reſpõdeat me-dicus: Gratia dei ꝑ ieſum chriſtũ dñm nr̃m. Gratia dei: nõ merita tua. Quare ergo te di-xiſti in lege cũ iuſticia ſine querela cõuerſa-tũ? Attendite: Sine querela dixit hominũ. Eſt eñ quędã iuſticia quã poteſt homo im-plere vt null⁹ hominũ querat̃ de homĩe. Di-cit: Nõ ꝯcupiſcas alienũ: Tu ſi nõ rapueris alienũ: nulla querela erit hominũ. Ergo ali-quãdo cõcupiſcis ⁊ nõ rapis: Sed ſentẽtia dei ſupra te eſt: qꝛ ꝯcupiſcis: Reus es legis: ſed in oculis latoris legis. Sine querela vi-uit̃: Quare ẜ iſta damna? Quare iſta ſterco-ra? Cõſtrictior eſt aliquanto nodus iſte: ſed ſoluet qui ſoluet. Hoc autem non ego ſolus pia ſubiectione: ſed oẽs pia intentiõe mere-amur. Quicqd faciebant iudęi vnde homi-

nes non q̃rerent ⁊ eſſet ipſius cõuerſatio ex lege ſine querela: ſibi tribuebant: et ipſam iuſticiã ſm legẽ viribus ſuis aſſignabãt: implere nõ poterant: ſ intantũ faciebãt inq̃tũ poterant ſibi tribuendo: nec hoc pie implebant. Hoc ergo dicit legem implere: hoc eſt non cõcupiſcere. Quis ergo h̃ q̃ viuit põt?

Adiuuet nos pſalmus: qui modo cantatus
Ps.142. eſt: Exaudi me domine in tua iuſticia: hoc ẽ nõ in mea. Si diceret: Exaudi me in iuſticia mea: tanq̃ meritũ vocaret. Uocat quidẽ ⁊ i nõnullis locis ⁊ ſuã iuſticiã: ſ ſic meli⁹ diſcernit: q2 et ſuã quãdo dicit: datam dicit: quo
Matth.6. modo dicimus: Panem noſtrũ quotidianũ da nobis hodie: Quomõ noſtrũ: Quomõ da. Ergo hic diſtinctius loquens ait: Exau
Ps.142. di me in tua iuſticia. Et ſequit: Et nõ intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo. Quid eſt: Nõ intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo? Non ſtes mecũ in iudicio exigendo a me omnia quę p̃cepiſti: et omnia quę iuſſiſti: Nam me inuenies reum ſi in iudiciũ intraueris mecũ. Opus eſt ergo inquit mihi miſericordia tua potius q̃ liq̃diſſimo iudicio tuo. Quare ergo: ne intres i
Ubi.s. iudiciũ cum ſeruo tuo? Sequit ⁊ dic: Quia non iuſtificabit in conſpectu tuo omnis viuens. Seruus eñ ſum: Quare mecũ ſtas in iudicio? Miſericordia domini vtar. Quare? Quoniã nõ iuſtificabit in cõſpectu tuo ois viuens. Quid dixit? Q̃diu viuit in hac vita: nemo iuſtificatus eſt: ſed in cõſpectu dei. Nõ fruſtra addit: In cõſpectu tuo: niſi quia poteſt eſſe iuſtificatus aliquis in conſpectu
Phil.3. hominũ: vt ⁊ illud impleat: Scdm iuſticiã q̃ ex lege eſt: q̃ ſine querela in cõſpectu fuerim hominũ. Referat i cõſpectu dei: Non iuſtificabit in cõſpectu tuo omnis viuẽs. Quid
Ro.7. ergo facturi ſumus? Clamem⁹: Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Clamem⁹: Ne intres in iudiciũ cum ſeruo tuo. Gratia dei p iesum chriſtũ dominum noſtrũ. Hoc ergo pſalmũ audiuimus: hoc apoſtolũ audiuimus: Quia cum fuerit illa iuſticia ſm quã viuunt angeli: cum fuerit illa iuſticia vbi nulla erit concupiſcentia: iam vnuſquiſq3 metiatur ſe quid eſt modo: ⁊ quid erit tunc: ⁊ inueniet in comparatione

G illi⁹ iuſticię: iſta dãna eſſe ⁊ ſtercora. Quiſq3 autẽ putat ſe modo poſſe implere iuſticiam ⁊ cum vixerit bene atq3 innocenter ſm pbabilitatem exiſtimationis humanę in via remanſit: nõ deſiderat melius: quia impleſſe ſe putat: maximeq3 ſibi tribuens: erit ſuperbus: Et melior eſt peccator humilis q̃ iuſt⁹ ſupbus. Ideo ait: Et inueniar in illo nõ ha-
Phil.3. bens meã iuſticiã quę ex lege eſt: ſicut iudei putabant: ſed iuſticiã quę ex fide eſt in chriſto ieſu. Deinde ſecutus ait: Si quo mõ occurrã in reſurrectionẽ mortuoꝝ: Ibi ſe credidit impleturũ eſſe iuſticiã: id ẽ plenã ſe habiturũ iuſticiã. In cõpatiõe reſurrectiõis illi⁹: ſterc⁹ eſt tota vita quã gerim⁹. Adhuc aplm audiui apertius dicentẽ: Si quo mõ occurrã in reſurrectionẽ iuſtorũ: non quia iam acceperim: aut iam perfectus ſim. Et contexuit deinde: Fratres ego me nõ arbitror app̃hẽdiſſẽ. Quomõ comparat iuſticiã iuſticię: ſalutẽ ſaluti: fidem ſpeciei: pegrinationẽ ciuitati? Attendite quomõ hoc impleat: fratres ego me non arbitror apprehendiſſe. Unum autẽ. Quid vnũ: niſi ex fide viuere: ſpe ſalutis ęternę: vbi erit plena ⁊ pfecta iuſticia? In cuius cõparatione damna ſunt quę tranſitura ſunt: ⁊ ſtercora q̃ reprobãda ſũt. Quid ergo? Unũ aũt: quę retro ſũt oblitus: in ea quę ante ſunt extenſus: ſm intentionem ſequor ad palmam ſupernę vocationis dei in chriſto ieſu. Et ad eos qui de ſua põſſent p̃ſumere: Quotquot ergo pfecti ſumus: hoc ſapiamus. Jam dudum dixerat ſe imperfectũ: nũc autẽ perfectũ. Quare niſi quia ipſa eſt pfectio hominis: inueniſſe ſe nõ eſſe perfectũ? Quotquot aũt pfecti: h̃ ſapiam⁹. Et ſi quid forte aliter ſapitis: id quoq3 vobis deus reuelauit: id eſt vt ſi vos in aliquo profectu animi iuſtificatos pbatis: legẽdo ſcripturas: ⁊ inueniẽdo quę ſit vera ⁊ pfecta iuſticia inueniatis vos reos: ⁊ deſiderio futuroꝝ damnetis p̃ſentia: viuatis ex fide ⁊ ſpe ⁊ charitate: ⁊ intelligatis quia qđ adhuc creditis nondum videtis: qđ adhuc ſperatis: nonduz tenetis: qđ adhuc deſideratis: nondum impletis. Et ſi talis eſt charitas peregrinantiũ: qualis erit videntiũ? Ergo ille q̃ H
docebat dei iuſticiã ⁊ non cõſtituebat ſuaz: clamabat de pſalmo: Exaudi me in tua iu- Ps.142.
ſticia: Et nõ intres in iudiciũ cuz ſeruo tuo: quoniã nõ iuſtificabit in cõſpectu tuo omis viuens. Scdm hanc vitam dicit moyſi: Ne- Exo.33.
mo faciẽ dei vidit ⁊ vixit. Non eñ viuendũ eſt hac vita: vt illam faciem videam⁹. Moriendũ eſt mũdo: vt deo in ſempiternũ viuamus. Tunc non peccabimus: non ſolum factis: ſed nec cõcupiſcentijs: cum illã faciem

viderimus quę vincit omnes cõcupiſcenti/
as. Tam eñ dulcis eſt fratres mei: tam pul/
chra vt illa viſa nihil aliud poſſit delectari:
Satietas erit inſatiabilis: nullũ faſtidium:
ſemꝑ eſuriemus: ſemꝑ ſaturi erimus. Audi
Eccl.24. ipſas duas ſententias de ſcriptura: Qui bi/
bit me: dicit ſapiẽtia: adhuc ſitiet: ⁊ qui edit
me adhuc eſuriet. Sed ne putes quia ibi erit
Joh.4. indigentia ⁊ fames: Audi dominũ: Qui bi/
berit de hac aqua: nõ ſitiet in ęternum. Sed
dicis: Quando erit? Quãdocunqȝ erit ta/
Ps.26. men: Expecta dominũ: ſuſtine dominũ: vi/
riliter age: ⁊ confortet̃ cor tuũ. Nũquid tan/
ta reſtant: quãta peracta ſunt? Intende ab
adam vſqȝ ad hodiernũ diem: q̃t ſecula euo/
luta ſunt: ⁊ ecce iam nõ ſunt. Pauci dies re/
manent quodãmodo. Sic enim dicendũ eſt
qđ remanet in cõparatione tranſactorũ ſecu
I lorũ. Exhortemur in inuicem. Exhortet̃ nos
ille qui venit ad nos: qui cucurrit viam ⁊ di/
xit: Sequimini. Qui aſcendit prior in cęlũ:
vt caput de ſublimioribus ſubueniat cęteris
membris in terra laborantib⁹: Qui dixit de
Act.9. cęlo: Saule ſaule quid me ꝑſequeris? Ergo
nemo deſperet: Reddetur nobis in fine qđ
ꝓmiſſuȝ eſt: Ibi implebit̃ illa iuſticia. Audi
ſtis ⁊ euangeliũ iſtis lectionibus concorda/
re. Voluntas inquit patris eſt: vt omnia q̃
mihi dedit non pereant: ſed habeant vitam
ęternam: ⁊ ego reſuſcitabo eos in nouiſſimo
die. Seipſuȝ primo die: nos nouiſſimo die.
Primus dies ad caput eccleſię. Dies eñ no/
ſter domin⁹ chriſtus: nõ facit occaſum. No/
uiſſimus dies: erit finis ſeculi. Nolo dicas
quãdo iſte erit. Generi humano longe erit:
vnicuiqȝ hominũ ꝓpe erit: q2 nouiſſim⁹ dies
eſt cuiuſqȝ dies mortis. Etenim hinc cũ exie/
ris recipieris ꝑ meritis: ⁊ reſurges ad recipi/
enda quę ęgiſti. Tunc deus coronabit nõ tã
merita tua q̃ȝ dona ſua. Quicquid tibi do/
nauit: ſi ſeruaſti cognoſcit. Totũ ergo fra/
tres deſideriũ noſtrum non ſit niſi ad vitam
K ęternã. Nemo ſibi placeat quaſi qui hic iu/
ſte vixerit: et cõparet ſe illis qui male viuũt
Luc.18. ſm phariſeũ qui ſe iuſtificabat: qui non au/
Phil.3. dierat apoſtolũ: Non quia iam acceperim:
aut iam ꝑfectus ſim. Ergo nõ acceperat ad
huc hoc quod deſiderabat. Pignus accepe/
2.Cor.5. rat: ſic dixit: Qui dedit pignus ſpiritũ no/
bis: Cui⁹ rei pignus erat: ad hoc peruenire
cupiebat: Participatio quędam: ſed diſtat.
Aliter modo participamur: aliter tunc par/
ticipabimur. Modo per fidem: per ſpem: in
eodem ſpiritu: tunc autem ſpecies erit: res
erit. Idem autẽ ſpiritus: idem deus: eadem
plenitudo. Qui clamat abſentibus: exhibe/
bit p̃ſentibus. Qui vocat peregrinos: nutri
et ⁊ alet in patria. Via nobis facta eſt chri/
ſtus: ⁊ deſperam⁹ nos ꝑuenturos? Via iſta
finiri non poteſt: corrumpi non poteſt: nec
pluuiis: nec diluuiis: nec a latronibus obſi/
deri. Ambula ſecurus in chriſto: ambula ne
offendas: ne cadas. Nec retro reſpicias: ne i
via remaneas: ne a via recedas. Iſta omnia
p̃caue tantũ: ⁊ ꝑueniſti. Cum perueneris: tunc
iam gloriare ex hoc. Noli in te: Nam qui ſe
laudat: deum non laudat: ſed ſe a deo auer/
tit: Quomõ qui vult recedere ab igne: ignis
calidus remanet: ſed ille frigeſcit: quomodo
qui vult recedere a lumine: ſi receſſerit: lumẽ
in ſe lucidũ remanet: ſed ille tenebrat̃. Non
recedamus a calore ſpiritus: a lumine veri/
tatis. Vocem modo audimus: tunc autem 1.Cor.13.
faciem ad faciem videbimus. Nemo ſibi pla/
ceat: nemo alicui inſultet. Omnes ſic veli/
mus ꝓficere: vt nõ inuideamus proficienti/
bus: non inſultemus deficientibus: ⁊ erit in
nobis cum gaudio impletũ qđ ꝓmiſſum eſt
in euangelio: Et ego ſuſcitabo eos in nouiſ/ Joh.6.
ſimo die.

## Dominica in ſeptuageſima de lapſu mũdi ⁊ auaricia: Sermo I Sermo.L

Omnis homo in tribulatione conſti A
tutus aliqua ⁊ in ſua cauſa deficiẽs:
prudentẽ aliquẽ quęrit a quo conſi/
liũ accipiat: et nouit quid agat. Exiſtimem⁹
q̃ vniuerſũ mundũ quaſi eſſe hominẽ vnũ.
Euadere mala quęrit: et facere bona piget:
ac ꝑ hoc crebreſcẽtib⁹ tribulatiõibus ſuis in
ſua cauſa deficiens: quem poteſt ad accipi/
endum conſiliũ prudentiorẽ inuenire q̃ȝ chri/
ſtum? Certe meliorẽ inueniat: et quod vult
agat? Si autem non habet vbi meliorẽ in/
ueniat: ad hunc inueniat quem vbiqȝ inue/
niat: conſulat: accipiat conſilium: ſeruet mã
datũ bonũ: euadat magnũ malũ. Preſẽtia
eñ mala tẽporalia: q̃ multũ homines exhor
rent: ſub quib⁹ plurimũ murmurant: ⁊ mur/
murãdo offendũt emẽdatorẽ: ne inueniant
ſaluatorẽ. Preſentia ergo mala ſine dubio
tranſitoria ſunt: aut per nos tranſeunt: aut
nos per illa tranſimus: aut traſeunt nobis

viuentibus:aut dimittunť nobis morienti/
bus. Non eſt in tribulatione magnū: quod
tempore breue eſt. Quiſquis cogitas craſti-
num diem : non reuocas heſternum diem.
Minuente die pendio: heſternus erit ⁊ cra/
B ſtinus. Veruntamen ſi curis tantis homines
ęſtuant ad euadendas temporales ⁊ tranſ/
currentes vel potius tranſuolantes tribula
tiones: quid eſt cogitandum vt homo eua/
dat manentes et ſine fine durantes? Dura
cauſa eſt vita mortalis. Quid eſt aliud hic
naſci: niſi ingredi laborioſam viam? De la/
bore futuro noſtro : teſtis eſt ipſe fletus in/
fantis. Ab ipſo moleſto conuiuio nemo eſt
excuſatus. Bibendum fuit: quod propina/
uit adam. Facti quidē ſumus manibus ve-
ritatis : ſed propter peccatū proiecti in dies
Geñ.1. vanitatis. Facti ſumus ad imaginem dei:
ſed detriuimus eam tranſgreſſione peccati.
Ideo pſalmus nos admonet: quomodo fa
cti fuerimus: ⁊ quo ꝑuenerimus. Ait enim:
Pš.38. Q̃q̃ in imagine dei ambulet homo. Ecce
quod factus eſt. Quo ꝑuenit? Audi quod
2.Retrac.25. ſequitur: Tamen vane conturbatur omnis
homo. In imagine ambulat veritatis: ⁊ cō/
turbatur in conſilio vanitatis. Denīq; vi/
de conturbationē eius: vide ⁊ tanq̃ in ſpecu
lo diſplice tibi. Q̃q̃ inquit in imagine dei
ambulet homo: et ideo magna res ē homo:
tamē vane conturbabiť. Et quaſi quęrere-
mus: vnde rogo te: vnde vane cōturbabiť?
Theſaurizat inquit et ignorat cui cōgregat
C ea. Ecce ille homo: id eſt vniuerſum genus
humanū: quaſi vnus homo qui in cauſa ſua
defecit: conſiliū perdidit: de via ſanę mētis
errauit: theſaurizat: et neſcit cui congreget
ea. Quid dementius? Quid infęlicius? Cer
te enim ſibi? Non. Quare ſibi non? Quia
moriturus eſt : quia breuis vita hominis ē:
quia theſaurus durat: et cito tranſit qui cō/
gregat. Ideo miseratꝰ hominē in imagine
dei ambulantē: vera fatentem: vana ſectan
tem: Vane inquit conturbabiť. Doleo: the
ſaurizat ⁊ ignorat cui cōgreget ea. Sibi ea?
Non. Quia moriť homo: ꝑdurante theſau/
ro. Conſiliū habes: da et mihi. Non habes
cōſiliū qđ mihi des: nec tu ergo tenes. Pro/
inde ſi ambo nō habemus: ambo quęramꝰ:
ambo accipiamus: ambo tractemus. Con/
turbať : theſaurizat: cogitat : laborat: curis
inuigilat. Per diē vexaris laboribus: ꝑ no/
ctem agitaris timoribus. Vt ſaccellus tuus
impleatur nummis: anima tua febricitat cu
ris. Video: doleo: conturbaris: ⁊ ſicut dicit
qui fallere neſcit: vane cōturbaris. Theſau/
riza enim vt bene ꝓueniat quicquid agis.
Vt damna taceamus : vt tanta pericula et D
in ſingulis lucris ſingulas mortes (Mortes
dico non corporū ſed malarū cogitationū)
vt accedat aurum: perit fides: vt foris veſti/
aris : intus expoliaris : vt iſta omittamus:
vt alia taceamus : vt aduerſa pręteręamus:
ꝓſpera ſola cogitemus : Ecce theſaurizas:
ecce vndiq; lucra confluunt: ⁊ more fontium
nummi currunt. Vbiq; ardet inopia: vbiq;
fluit copia. Nō audiſti: Diuitię ſi affluāt ne Pš.61.
apponatis cor? Ecce acquiris: nō infructuo/
ſe conturbaris : tamen vane conturbaris.
Quare inquis vane conturbor? Ecce ſaccos
impleo: parietes mei vix capiunt quod acq̄
ro: Quare vane conturbor? Theſaurizas et Pš.38.
ignoras cui ea congreges. Aut ſi ſcis cui: ob
ſecro dic ⁊ mihi: Audiā te cui. Si non vane
conturbaris : dic cui theſaurizas? Mihi in/
quis. Hoc audes dicere moriturus? Filijs E
meis inquis. Hoc audes dicere de moritu/
ris? Magna pietas : theſaurizat pať filijs:
immo magna vanitas: theſaurizat moritu/
rus morituris. Si propterea quia moritu/
rus dimittis: quid colligis? Hęc cauſa et fi/
liorum: ſucceſſuri ſunt non ꝑmanſuri. Omit
to dicere qualibus filijs: ne forte quod con/
gregauit auaricia perdat luxuria: Alius flu-
endo perdit: quod tu laboranddo congre-
gaſti. Sed omitto hoc. Forte erunt boni fi/
lij: luxurioſi non erunt: ſeruabunt quod di/
miſiſti: augebūt qđ ſeruaſti: nō perdent qđ
congregaſti. Filij tui tecum ſunt pariter va/
ni ſi hoc faciūt: ſi te patrē in hoc imitanť: Illis
dico quod tibi dicebam. Filio tuo dico: Cui
ſeruas illi dico: Theſaurizas: ⁊ neſcis cui cō
greges ea. Sicut enī tu neſciſti: ſic et ille ne/
ſcit. Si in illo vanitas ꝑmanſit: nūquid ad
ipſum defecit veritas? Omitto dicere: quia F
forte dum viuis theſaurizas furi. Vna no/
cte venit: et tot diebus ac noctibus congre/
gatum paratum inuenit. Theſaurizas for/
te latroni: forte prędoni. Nolo amplius di/
cere: ne cōmemorem ⁊ refricē ꝑpeſſorum do/
lores. Q̃ multa quę congregauit inanis va
nitas: parata iuenit hoſtilis crudelitas. Nō
eſt enim meum optare : ſed omniū eſt time/
re. Auertat hoc deus. Sufficiāt flagella ip/
ſius. Omnes oremꝰ: auertat hoc deus. Pat/

cat deus nobis quem rogamus. Sed ſi di-
G cat quibus: quid reſpondemus? Tu ergo o
homo: o omnis homo: tu qui vane theſau-
rizas: vnde mihi reſpondes tractanti tecū:
⁊ tecum querēnti conſiliū in cauſa omniū?
Dicebas enim ⁊ reſpondebas: Theſaurizo
filio meo: filijs meis: poſteris meis. Dixi:
quanta ſint et in ipſis filijs metuenda. Sed
omitto penaliter victuros filios ſicut optat
inimicus: ſic viuant vt optat pater: ꝙ multi
in caſus inciderunt. Dixi: cōmemoraui: hor-
ruiſti ⁊ non correxiſti. Quid enim reſponſu-
rus es: niſi hoc dicas: forte non? Et ego ſic
ſum locutus. Forte inquā furi: forte latroni:
forte ꝓdoni. Nō dixi certe: ſ3 forte. Inť forte
fiet: forte nō fiet: Neſcis ꝗ qd fiet: Uane cō-
turbaris. Uideo ꝙ verū dixerit veritas: ꝙ
inaniter conturbeť vanitas. Audiſti tandē:
aliquando ſapuiſti: quia hoc ipſum cum di-
cis forte filijs meis: non autem audes dice-
re certus ſum: quia filijs meis: neſcis cui cō-
H greges ea. Ergo vt video: vt aū dicebā: de-
feciſti in cauſa tua: non inuenis quod mihi
reſpondeas: ſed nec ego qd tibi. Ambo ita-
ꝗ queramus: ambo conſiliū petamus. Ha-
bemus copiam non ſapientis ſed ipſius ſa-
1.Cor.1. pientie: Audiam⁹ ambo chriſtū: iudeis ſcan
dalum: gentibus autem ſtulticiam: ipſis au
tem vocatis iudeis ⁊ grecis chriſtum dei vir-
tutem ⁊ dei ſapientiam. Quid paras muni-
mēta diuitijs tuis? Audi vͣtutē: nihil forti⁹.
Quid paras argumēta diuitijs tuis? Audi
ſapiētiā dei: nihil prudēti⁹. Forte em̄ cū dix-
ero ſcādalizaberis: Iude⁹ eris: qꝛ chriſt⁹ iu-
deis ſcandalū. Forte cum dixero ſtultū tibi
videbiť: Gentilis eris: quia chriſtus genti-
bus ſtulticia. Chriſtianus es: vocatus es.
Uocatis autē iudeis et grecis chriſtus dei
virtus eſt ⁊ dei ſapientia. Nolite contriſtari
cum dixero: Nolite ſcandalizari: nolite ve-
luti inſipiētie mee ore ꝓno inſultare. Audi-
amus. Quod enim dicturus ſum: chriſtus
dixit: Contemnis preconem: time iudicem.
Quid ꝗ ego dicā? Iā me ꝓpe modū paulo
ante euangelij lector hac cura liberauit. Nō
ergo lego: ſed lecta recolo. Conſilium quere-
bas in cauſa tua deficiens: vide quid dicat
fons recti conſilij: fono vnde quicquid im-
Matth.6. ples venenum non times. Nolite vobis cō-
dere theſauros in terra: vbi tinea et come-
ſtura extermiat: ⁊ vbi fures effodiūt ⁊ furan-
tur: ſed theſaurizate vobis theſauros in ce-
lo: quo fur nō accedit neq̧ tinea corrumpit.
Ubi enim eſt theſaurus tuus: ibi erit et cor I
tuū. Quid expectas amplius? Res aperta
eſt. Conſiliū patet: ſed cupiditas latet: imo
non latet: ſed etiam ipſa quod peius eſt pa-
tet. Non enim ceſſat rapina graſſari: non
enim ceſſat fraudare auaricia: non enim ceſ-
ſat piurare malicia. Totū vt quid? Ut the-
ſaurizetur. Et vbi ponať? In terra. Recte
quidem a terra in terram. Homini enim a
quo nobis dixi laborem fuiſſe ꝓpinatum:
dictum eſt peccāti: Terra es: ⁊ in terrā ibis. Gen.3.
Merito theſaurus i terra: quia cor in terra.
Ubi eſt ꝗ qđ habem⁹ ad deū? Dolete q̄ intel
lexiſtis: corrigimini ſi doluiſtis. Quādiu vult̄
laudare ⁊ nō facere? Uerū eſt: nihil verius.
Fiat ꝗ qđ verū eſt. Unū deū laudam⁹ et nō
mutamur: vt nō etiā in h3 vane cōturbemur.
Ergo nolite vobis condere theſaurum i ter-
ra: ſiue exptī quomodo pereat quod in terra
reconditur: ſiue non experti ſed ex alteris
metuentes experiri. Quem non corrigunt
verba: corrigant experimenta. Non ſurgiť:
non procediť: niſi vt vna voce dicať ab om-
nibus: Ue nobis: ruit mūdus. Si ruit: qua-
re non migras? Si tibi architectus diceret
ruiturā domum tuam: nonne prius migra-
res ꝙ murmurares? Structor mūdi tibi di-
cit ruiturum mūdum: et non credis? Audi
vocem predicentis: audi conſiliū cōmonen-
tis. Uox ꝓdicentis eſt: Et celū ⁊ terra tranſi Luc.21.
bunt. Uox cōmonentis eſt: Nolite vobis Matth.6.
condere theſaurum in terra. Ergo ſi credi-
tis predicenti: ſi non cōtemnitis cōmonen-
tem: fiat quod dicit. Non enim ille te fallit
qui tale conſilium dedit. Non perdes quod
dediſti: ſed ſequeris quod miſiſti. Conſiliū K
ergo do: Da pauperibus: ⁊ habebis theſau Matth.19.
rum in celo. Non ſine theſauro remanebis:
ſed quod habeo in terra ſollicitus: habebis
in celo ſecurus. Migra ergo. Conſilium do
ſeruandi nō perdendi. Habebis inquit the-
ſaurum in celo: ⁊ veni ſequere me: vt ducam
te ad theſaurum tuum. Non eſt hoc diſpen-
dium: ſed compendiū. Cur ſilent homines?
Audiant vel experti quod timeant: faciant
vnde non timeant: migrent in celum. Fru-
mentū ponis in terra: venit amicus tuus q̄
nouit frumentū ⁊ terre naturam: docet tuā
imperitiā: dicit tibi. Quid feciſti? Frumen-
tum in terra in inferioribus poſuiſti. Humi-
dus locus eſt: putreſcit qđ poſuiſti: perdes

laborem tuum: Reſpondes: Quid ergo fa/
ciam? Migra inqt in ſuperiora. Audis ergo
amicum conſiliū dantem de frumento tuo:
et contēnis deū cōſiliū dantē de corde tuo?
Frumentum tuum times ponere in terra:
et cor tuum perdis in terra. Ecce dominus
deus tuus dat tibi conſilium de corde tuo:
Ubi enim inquit fuerit theſaurus tuuſ: illic
erit et cor tuum. Leua inquit cor in celo: ne
putreſcat in terra. Conſilium eſt eius: qui te
L vult ſeruare nō perdere. Si ergo ita eſt: quo
modo penitet eos qui nō fecerunt? Modo
quid ſibi dicunt? In celo haberemus: quod
in terra perdidimus. Inuaſit hoſtis domū:
nunquid inuaderet celum? Occidit ſeruum
cuſtodem: nūquid occideret dominū ſerua/
torē: quo fur nō accedat: neqꝫ tinea corrum/
pit? O multi dicunt: Ibi haberemus: ibi
noſtros theſauros reconderemus: quo eos
ſecuri poſt paululum ſequeremur. Quare
non audiuimus dominū noſtrum? Quare
cōtempſimus patrem monentem: ꝛ hoſtem
ſenſimus inuadentem? Ergo ſi conſiliū eſt
hoc: non ſimus pigri in tam bono conſilio:
ꝛ ſi migranda ſint que habemus: in eum lo/
cum transferamus vnde ea non perdamus.
Quid ſunt pauperes quibus damus: niſi
laturarij noſtri per quos in celum de terra
migramus? Da: laturario tuo das: ad celuz
portat quod das. Quomodo inquis ad ce/
lum portat? Et video quia manducādo cō/
ſumit. Prorſus non tenendo: ſed manducā/
Matth.25. do tranſportat. An excidit tibi: Uenite be
nedicti: percipite regnum: Eſuriui enim et
dediſtis mihi māducare: Et cum vni ex mi/
nimis meis feciſtis mihi feciſtis? Si ante te
mendicantem non cōtempſiſti: attende ad
quem peruenerit quod dediſti. Cum vni in/
quit ex minimis meis feciſtis: mihi feciſtis.
Chriſtus accepit quod dediſti. Ille acce/
pit: qui tibi vnde dares dedit. Ille acce/
M pit: qui in fine tibi ſeipſum dabit. Nam et
hoc fratres aliquando commonui charita/
tem veſtram: quod me fateor i ſcriptura dei
plurimum mouet: ꝛ ſepius debeo cōmone/
re. Rogo vos vt cogitetis quod ait ipſe do/
minus noſter ieſus chriſtus in fine ſeculi cū
venerit ad iudicium congregaturū ſe omnes
gentes in cōſpectu ſuo: et diuiſurum homi/
nes in duas partes: alios ad dexteram: ꝛ ad
ſiniſtram alios poſiturum: dextriſqꝫ dictu/
Ibi.5. rum: Uenite benedicti patris mei percipite
regnum quod vobis paratum eſt ab origi/
ne mundi. Siniſtris autem: Ite in ignem
eternum qui paratus eſt diabolo et angelis
eius. Quere cauſas vel tante mercedis: vel
tanti ſupplicij: percipite regnum: et ite in
ignem eternum. Quare iſti percepturi re/
gnum? Eſuriui enim et dediſtis mihi man/
ducare. Quare iſti ituri in ignem eternum?
Eſuriui enim et non dediſtis mihi mandu/
care. Quid eſt hoc rogo? Uidero de his qui
percepturi ſunt regnum: quia dederunt tan
qꝫ boni ꝛ fideles chriſtiani: verba domini nō
cōtemnentes: ꝛ cum fiducia promiſſa ſperā/
tes fecerūt hoc: qꝛ ſi nō feciſſent: vite ipſorū
bene ſterilitas iſta non vtiqꝫ conueniſſet.
Forte enim caſti erant: non fraudatores: nō
ebrioſi: abſtinētes ſe ab operibus malis: Si
hoc non adderent: ſteriles remanerent. Fe/
ciſſent enī: Declina a malo: nō feciſſent: Et Ps.36.
fac bonū. Uerūtamen etiam ipſis non ait:
Uenite percipite regnum: caſte enim vixi/
ſtis: nulli fraudem feciſtis: neminem pau/
perem oppreſſiſtis: limitem nullius inuaſi/
ſtis: neminem iurando fefelliſtis: Non di/
xit hec: ſed percipite regnum: quia eſuriui et
dediſtis mihi manducare. Quanto hoc ex/
cellit quando cetera tacuit: ꝛ hoc ſolum do/
minus nominauit? Ruſus ad illos: Ite in
ignem eternum: qui p̄paratus eſt diabolo ꝛ
angelis eius. Multa poſſet in impios di/
cere: quoniā ſi quererēt quare imus in ignē
eternum: quare queris adulter: homicida:
fraudator: ſacrilege: blaſphemator: infide/
lis? Nihil horum: ſed quia eſuriui ꝛ non de/
diſtis mihi māducare. Uideo vos moueri: N
ſicut moueor. Et vere mira res. Huius autē
admirabilis rei rationem colligo vt poſſum
quā vos nō celabo. Scriptū ē: Sicut aqua Eccl.3.
extinguit ignem: ita elemoſyna extinguit
peccatum. Item ſcriptum eſt: Include ele/ Eccl.29.
moſynam in corde pauperis: ꝛ ipſa ꝓ te de/
precabiť dominū. Item ſcriptum eſt: quod
paulo ante cōmemoraui: Conſiliū meū audi Daniel.4.
rex: et peccata tua elemoſynis redime. Et
alia multa ſunt diuini eloquij documenta:
quibus oſtenditur multum valere elemoſy/
nam ad extinguenda et delenda peccata.
Proinde illis quos damnaturus eſt: immo
plus illis quos coronaturus ſolas elemoſy/
nas imputabit: tanqꝫ dicens: Difficile eſt vt
ſi examinē vos ꝛ appendam vos: ꝛ ſcruter di/
ligentiſſime facta veſtra: non inueniā vnde

Matth.25. vos damnē: Sed ite in regnum: Eſuriui eī̄
⁊ dediſtis mihi manducare. Non ergo itis
in regnum quia non peccaſtis: ſed quia vr̄a
peccata elemoſynis redemiſtis. Rurſus et
illis: Ite in ignem eternum: qui paratus eſt
diabolo et angelis eius. Et illi tanq̄ noxij
olim rei ſero trementes: attendentes pecca-
ta ſua quando auderent dicere immerito ſe
damnari: īmerito in ſe hanc depromi a iudi-
ce tam iuſto ſententiā? Conſiderando con-
ſcientias ſuas: conſiderando omnia vulne-
ra anime ſue: quando auderēt dicere iniu-
ſte damnamur? De quib⁹ ante ī ſapiētiā di-
Sap.5. ctum eſt: Traducent eos ex aduerſo iniqui-
tates eorum: Sine dubio videbunt ſe iuſte
damnari p̄ ſceleribus ⁊ criminibus ſuis: ⁊ q̄ſi
eis diceret: Nō inde vnde putatis: ſed quia
eſuriui ⁊ non dediſtis mihi manducare. Si
enim ab illis omnib⁹ veſtris factis auerſi et
ad me conuerſi: illa omnia crimina atq̄ pec-
cata elemoſynis redemiſſetis: ipſe elemoſy-
ne modo liberarent vos: ⁊ a reatu tantorum
Matth.5. criminū abſoluerent. Beati enim miſericor-
des: quoniā ipſis miſericordia preſtabitur.
Jacobi.2. Modo autē ite in ignem eternū. Judicium
ſine miſericordia ei qui non fecit miſericor-
O diā. Cōmendauerim vobis fratres mei: Da
te panem terrenum: et pulſate ad celeſtem.
Joh.6. Dominus panis eſt. Ego ſum panis inquit
vite. Quomō tibi dabit qui non das egen-
ti? Eget ad te alter: eges ad alterum: Et cū
eges ad alterū: ⁊ eget ad te alter: ille ad egē-
tem eget. Nā ad quē tu eges nullius eget:
fac quod circa te fiat. Non enim quomodo
inter ſe ſolent improperare quodāmodo be-
neficia amici: Ego tibi preſtiti hoc: Reſpon
det: Et ego tibi hoc. Uult vt p̄ſtemus ei: q̄r
⁊ ipſe preſtitit nobis. Nullius indiget: ideo
Ps.15. verus eſt dn̄s. Dixi dn̄o de⁹ meus es tu: q̄m̄
bonorū meorū nō egeo. Cū ḡ ſit dn̄s et ver⁹
dn̄s: et bonorū noſtrorū non egeat: tamē vt
aliquid etiam erga illum faceremus: eſurire
dignatus eſt in pauperib⁹ ſuis. Eſuriui in-
quit et dediſtis mihi manducare. Domine
quādo te vidimus eſurientem? Cum vni ex
P minimis meis feciſtis: mihi feciſtis. Breuit
ergo audiant homines digneq̄ conſiderēt:
quātum ſit meritū chriſtum paviſſe eſurien-
tem: ⁊ quale ſit crimen chriſtum cōtempſiſſe
eſurientem. Mutat quidem hominē in me-
lius penitentia peccatorū: ſed nec ipſa vide-
tur aliquid profutura ſi ab operibus miſeri-
cordie ſterilis fuerit. Teſtatur hoc veritas p̄
iohannē: qui venientibus ad ſe dicebat: Ge- Luc.5.
neratio viperarum: quis vobis oſtendit fu-
gere ab ira ventura? Facite ergo dignos fru-
ctus penitētie. Et ne dicatis: patrem habe-
mus abraham. Dico enim vobis: quia po-
tens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare fi-
lios abrahe. Jam enim ſecuris ad radices
arborū poſita eſt. Omnis enim arbor nō fa-
ciens fructum bonum excidetur ⁊ in ignem
mittetur. De hoc itaq̄ fructu ſuperius ait:
Facite fructus dignos penitentie. Quiſq̄s
itaq̄ iſtos fructus non fecerit: ſine cauſa pu
tat per ſterilem penitentiā ſe mereri veniam
peccatorum. Qui ſint autē iſti fructus: ipſe
ↄſequēter oſtendit. Nā poſt hec eius verba
interrogabāt eū turbe dicētes: Quid ergo
faciemus: id eſt qui ſunt iſti fructus quos vt
faciamus hortaris ⁊ terres? Reſpondēs au-
tem dicebat illis: Qui habet duas tunicas
det vnā non habenti: et qui habet eſcas ſil'r
faciat. Quid manifeſti⁹ fratres mei? Quid
certius? Quid expreſſius? Quid ergo aliud
ſonat qd̄ ſuperius ait: Omnis arbor non fa
ciens fructum bonum excidetur et in ignem
mittetur: niſi qd̄ ſiniſtri audituri ſūt: Ite in
ignem eternum: Eſuriui enim ⁊ nō dediſtis Matth.25.
mihi manducare? Parum eſt itaq̄ recedere
a peccatis: ſi p̄terita curare neglexeris: ſicut
ſcriptum eſt: Fili peccaſti: ne adijcias iterū. Eccli.21.
Et ne h̄ ſolo ſecurū ſe eſſe putaret: Et de pri-
ſtinis inquit deprecare vt tibi dimittantur.
Sed quid proderit deprecari ſi te nō dignū
feceris exaudiri: nō faciendo fruct⁹ dignos
penitentie: vt tanq̄ ſterilis arbor excidaris
⁊ in ignem mittaris? Si ergo exaudiri vul-
tis cum deprecamini pro peccatis veſtris:
Dimittite ⁊ dimittet̄ vobis. Luc.6.

## Item in eadem dominica Homelia de eo qd̄ ſcriptū eſt in euangelio ſm̄ Mattheum: Simile eſt regnū celorum homini patrifamilias qui exijt primo mane ⁊c̄. que inſerta eſt in ſermone.lix. de Uerbis domini: inter.B.et.F.

## Item in eadem dominica alius ſermo De Epiſtola: Non ſic pugno ⁊c̄. qui habetur inter ſermones de Uerbis apoſtoli.xix.

Sermo. LI. Dominica in ſexageſima: De vocatiõe Abre: Egredere de terra tua ⁊c. Sermo I

A m Odo cũ diuina lectio legeret̃ audiui m⁹ dominũ beato Abrahe dicentẽ:
Gen. 12. Egredere de terra tua: ⁊ de cognatione tua: ⁊ de domo patris tui. Omnia enim fratres chariſſimi: que in veteri teſtamento cõſcripta ſunt: noui teſtamẽti typum ⁊ imaginem ꝓtulerunt: ſicut apoſtolus dicit: (1. Cor. 10.) Oĩa eñi in figura cõtingebant illis: Scripta ſunt autẽ propter nos: in quos fines ſeculorũ obuenerũt. Si ergo propter nos ſcripta ſunt: quod tunc in abrahã corporaliter legim⁹ factum: ſpiritaliter ĩ nobis videbimus impletum: Egredere inquit domin⁹ de terra tua: ⁊ de cognatione tua: et de domo patris tui. Hec omnia fratres ꝑ ſacramento baptiſmi in nobis ⁊ credimus ⁊ ſentim⁹ impleri. Terra noſtra caro noſtra ẽ. Et bene de terra noſtra egredimur: quando carnales conſuetudines deſerentes: chriſti veſtigijs inheremus. Quaſi non tibi videt̃ feliciter de terra ſua: id eſt de ſeipſo egredi: qui de ſupbo efficitur humilis: patiẽs ex iracundo: caſtus ex luxurioſo: largus ex cupido: benign⁹ ex inuido: placidus ex cruento? Vere fratres feliciter de terra ſua egredit̃: qui ꝓ dei amore taliter cõmutat̃. Deniq̧ etiã in collocutiõe priuata ita loqui cõſueuimus: vt ſi aliquis malus homo ſubito bona opera ceperit exercere: dicamus de illo: Exijt iſte de ſe. Et vere bene de ſe exiſſe dicit̃. Egredere inquit dominus de terra tua. Terra noſtra: id eſt caro noſtra ante baptiſmũ terra morientiũ fuit: ꝑ baptiſmũ facta eſt terra viuentiũ. Ipſa eſt illa terra de qua pſalmiſta commemorat di-
Ps. 26. cens: Credo videre bona domini in terra viuentiũ. Terra viuentiũ ⁊ non morientiũ: id eſt virtutũ non vitiorũ: vt dixi: ꝑ baptiſmũ facti ſumus: ſi tamen poſt acceptum baptiſmũ ad vitiorũ non reuertimur volutabrũ: ſi poſteaq̃ terra viuentium facti ſumus: opera morti obnoxia et luxurioſa nõ faciamus.
B Gen. 12. Et veni inquit domin⁹ in terrã quã mõſtrauero tibi. Tunc eñ ad terrã quam domin⁹ oſtendit cum gaudio veniemus: ſi prius de terra noſtra: id eſt de carne noſtra: ipſo adiuuante: vitia ⁊ peccata repellimus. Egredere inquit et de cognatione tua. Cognatio iſta vitia intelligunt̃ atq̧ peccata: que nobiſcũ quodãmodo ⁊ ex parte naſcunt̃ ⁊ ab infantia malis moribus addunt̃ ac nutriunt̃. De cognatione ergo noſtra egredimur: quando per gratiã baptiſmi omnibus peccatis ⁊ vitijs vacuamur: ita tamen vt poſtea cum dei adiutorio quãtum poſſumus laboremus vt expulſis vitijs virtutibus replcamur. Nam ſi ꝑ baptiſmũ malis omnibus vacuati deſides eſſe volumus ⁊ ignaui: timeo ne impleatur illud in nobis qđ in euangelio ſcriptũ
Matth. 12. eſt: Cum exierit ſpiritus immũdus ab homine: vadit per loca arida ⁊ querit requiem et nõ inuenit: Poſtea reuerſus ſi inuenerit domũ vacuam: adducit ſecũ alios ſeptẽ ſpiritus nequiores ſe: ⁊ ingreſſi habitant ibi: Et erunt hominis illius poſteriora peiora prioribus. Ita ergo de cognatione noſtra: id eſt de peccatis ⁊ vitijs exeam⁹: vt nunq̃ ad hec mala poſtea velut canis ad vomitũ redire
C velimus. Egredere inquit ⁊ de domo patris tui. Et hoc chariſſimi ſpiritaliter debemus accipere. Pat̃ noſter ante gratiã chriſti: diabolus fuit. De ipſo domin⁹ in euangelio iu-
Joh. 8. deos arguit dicens: Vos ex patre diabolo eſtis: ⁊ deſideria patris veſtri facere vultis. Patrem ergo hominũ dixit diabolũ: nõ ex ipſo naſcendo: ſed ipſius nequiciam imitando: non qđ ex ipſo potuerint naſci: ſed quod eum voluerint imitari. Nã quod prius pat̃ noſter diabol⁹ fuerit: ex pſona dei loquẽtis ad eccleſiam: pſalmiſta cõmemorat dicens:
Ps. 44. Audi filia ⁊ vide: ⁊ obliuiſcere populũ tuũ: ⁊ domũ patris tui. Cõſiderate fratres quid dixerit: Audi inqt filia. Qui dicit: Audi filia: pater vtiq̧ eſt. Et cũ dicit: Obliuiſcere populũ tuum ⁊ domũ patris tui: patrẽ vtiq̧ admonet relinquẽdum. Inuitamur ergo a deo patre: vt beata et felici cõmutatione patrem diabolum relinquamus. Bene diabolum patrem relinquimus: ſi deo auxiliãte calliditatem ⁊ nequitias illius vitare ſemp vel fugere ſtudeamus. Hec ergo omnia fra-
D tres: id eſt vt exemplo beati abrahe de terra noſtra: cõuerſatione vtiq̧ carnali poſſimus exire: ⁊ cognationẽ noſtrã: vitia videlicet et peccata relinquere: ⁊ de domo diaboli pr̃is effugere: nõ noſtris viribus: ſed chriſti gratia donante meruim⁹. Et ideo quãtum poſſumus cum ipſius adiutorio laboremus: ne iterum ad conſortiũ vel ad amicitias diaboli: aut ad vitia vel ad carnales concupiſcentias redeamus: propter illud quod ſcriptũ

Job.5. eſt: Jam ſanus fact⁹ es: noli peccare ne qd tibi deteri⁹ cōtingat: ſed abrahę fidē potius imitādo: ⁊ bona iugiter opa faciēdo: nō ſolū ad veniā: ſed etiā ad cōſortiū vel amicitiā

E dei puenire poſſim⁹. Sʒ ⁊ illud frēs chariſſimi qd̄ de hac eadē re dn̄s locut⁹ eſt ad moyſen: cū grandi metu ⁊ tremore cōſiderare de

Deut.7. bem⁹. Sic em̄ ait: Cū tradiderit vobis dn̄s terrā chananęoꝝ: cauete ne vnq̄ cū habitatorib⁹ terrę illi⁹ iūgatis amicitias: q̄ vobis ptinus ſint in ruinā. Cū em̄ p gratiā baptiſmi a nobis oia crimina vel peccata expulſa eſſe credam⁹: ſi poſtea cū ipſis vitijs ⁊ peccatis amicitias iūgimus: dū eis ad cupiditatē vel luxuriā ꝯſentim⁹: ſine dubio eoꝝ amicitia nobis efficit in ruinā. Et ideo quātū poſſumus cū dei adiutorio p ſalute aię laboremus: ⁊ agro cordis nr̄i quę peccata vel crimina poſſederāt: virtutes intromittere feſtinemus: vt in nobis impleat illud qd̄ beatus iſaac in typo chriſti bn̄dicens filiū ſuū dixit:

Gen.27. Ecce odor filij mei: ſicut odor agri pleni cui bn̄dixit dn̄s: qd̄ ipe p̄ſtare dignet: cui honor et imperiū cum patre et ſpūſancto in ſecula ſeculoꝝ: Amen.

## Itē in eadē dn̄ica Homelia de eo qd̄ ſcriptū eſt in euāgelio ſm̄ Mattheū: Erūt q̄ ſemiat ⁊c. q̄ habet li.i. queſtionū euāgelioꝝ ca.x. et. xiij.

### Feria quarta poſt dn̄icā in ſexageſima: De charitate ⁊ dilectiōe dei ⁊ de ceco illuminato: Sermo I

Ser. LII. A D E charitate nobis paulo ante aplus loq̄bat: cū ei⁹ epl'a legeret: et eā nob ſic cōmēdabat: vt intelligerem⁹ cętera oia q̄uis magna dei dona: ſine illa nihil pdeſſe. Ubi aūt ipa eſt: ſola eſſe nō pōt. Et nos q̄ vr̄e charitati ſmonē de charitate reddam⁹. Charitas alia ē diuina: alia ē hūana:

In li.50.homeliarū.homel.38,a. alia ē hūana licita: alia illicita. De his q̄ tribus charitatib⁹ vel dilectiōib⁹: duo em̄ noia habet apud latinos: q̄ grece αγάπη dr: qd̄ dn̄s donauerit dicā. Hęc q̄ pria ē diſtributio mea: q̄ dixi aliā hūanā: aliā diuinā eē charitatē. Eandēq̄ hūanā i duo diſtribui: q̄ alia ſit licita: alia illicita. Prius q̄ loquor de hūana licita q̄ nō reph̄ēdit: Deinde d̄ hūana illicita q̄ dānat: Tertio de diuia q̄ nos pducit

B ad regnū. Ut q̄ breuit inſinuē: licita eſt hūana charitas q̄ vxor diligit: illicita q̄ meretrix vl' vxor aliena. In foro em̄ ⁊ plateis magl licita charitas diligit q̄ meretrix. In domo dei: i tēplo dei: in ciuitate chriſti: i corpe xp̄i etiā meretricis amor ad gehēnas amantē pducit. Licitā q̄ charitatē habete: hūana ē: ſʒ vt dixi licita eſt. Nō ſolū aūt ita licita eſt vt ꝯcedat: ſʒ ita licita ē vt ſi defuerit rep̄hēdat. Liceat vob hūana charitate diligē ꝯiuges: diligē filios: diligē amicos vr̄os: diligē ciues vr̄os. Oia em̄ iſta noia habēt neceſſitudinis viculū ⁊ glutē quodāmō charitatis: Sʒ videtis iſtā charitatē eſſe poſſe ⁊ impioꝝ: id ē paganorū: iudęoꝝ: hereticoꝝ. Quis em̄ eorū nō amat vxorē: filios: frēs: vicinos: affines: amicos ⁊c.? Hęc q̄ hūana eſt. Si q̄ tali quiſq̄ crudelitate efferat vt pdat etiā hūanū dilectionis affectū: ⁊ nō amet filios ſuos: ⁊ non amet cōiugē ſuā: nec int̄ hoies numerād⁹ ē. Nō em̄ laudādus ē q̄ amat filios ſuos: ſʒ dānādus ē q̄ nō amat filios. Adhuc em̄ videat cū quib⁹ debet ei eſſe dilectio iſta cōmunis. Amat filios: ⁊ ferę amāt filios: Amāt filios aſpides: amāt filios tigrides: amāt filios leones. Nulla em̄ beſtia ē q̄ nō filijs ſuis blāde murmuret. Nā cū terreat hoies: puulos fouet. Fremit leo i filios vt nemo trāſeat. Intrat in ſpeluncā vbi habet filios ſuos: omnē rabiē feritatis exponit. Ferio eā ponit: cum ipſa nō igredit. Ergo q̄ nō amat filios ſuos: etiā leone peior eſt: hūana ſūt iſta ⁊ licita ſ.

C Illicitū amorē cauete. Mēbra xp̄i eſtis: corpus chriſti eſtis. Audite apl'm ⁊ terremi. Nō potuit em̄ graui⁹ dicē: nō potuit vehemēti⁹: nō potuit acri⁹ deterrere xp̄ianos ab amore fornicationū: niſi vbi dixit: Tollēs q̄ mēbra 1.Cor.6. chriſti: faciā mēbra meretricis? Ut aūt h̄ diceret ſupius ait: Neſcitis q̄ q̄ adhęret meretrici vnū corp⁹ ē? Et teſtimoniū de ſcriptura dedit qd̄ ſcriptū ē: Erūt duo i carne vna. Dictū eſt em̄ h̄ diuinit⁹: ſʒ de viro ⁊ vxore vbi licet: vbi cōceſſū ē: vbi honeſtū ē: nō vbi turpe: nō vbi illicitū: nō vbi omi rōne dānabile. Sic aūt vna fit caro in ꝯmixtiōe licita viri ⁊ vxoris: ſic vna fit caro i ꝯmixtiōe illicita meretricis ⁊ amatoris. Cum q̄ vna fit caro: illud te terreat: illud exhorreat qd̄ addidit: Tollens q̄ mēbra chriſti. Mēbra chriſti: chriſtiane attende. Mēbra chriſti noli in altero: in te attēde mēbra xp̄i q̄ emptus es ſanguie chriſti. Tollēs q̄ mēbra xp̄i: faciā mēbra meretricis? Hoc q̄ nō horret: deo horret. Prorſus ꝓrſus obſecro vos frēs mei: Ecce ponamus: qd̄ nō eſt: ꝑmiſiſſe deū talib⁹ impunitatē et dixiſſe: Qui talia fecerint miſerebor eoꝝ: nō eos damnabo: Faciam⁹ hoc dixiſſe

deū. Et iā ꝓmiſſa impunitate tollit qſq; mē
bꝛa chꝛiſti: ꝛ facit iā mēbꝛa meretricis? Nō fa
cit ſi eſt ibi tertia diuina dilectio. Etenim tres
dilectiões cōmemoraui: de trib⁹ me qd dñs
daret dicturū eē ꝓmiſi. De licita hūana: de
illicita hūana: de illa excellenti atq; diuina.
D Interrogem⁹ diuinā charitatē: ꝛ ponam⁹ añ
illā duas hūanas charitates ꝛ dicam⁹ ei: Ec
ce licita charitas hūana q̄ vxoꝛ diligit et filij
alieq; neceſſitudines ſeclares: Ecce alia illici
ta q̄ diligit meretrix: q̄ diligit ancilla aliena:
q̄ diligit aliena filia nō petita: nō ꝓmiſſa: q̄
diligit vxoꝛ aliena. Ducāte te ſūt charita-
tes: cuz q̄ iſtarū vis manere? Qui eligit ma-
nere cū illa hūana licita: cū illa hūana illici-
ta non manet. Nemo ſibi dicat: ambas ha-
beo. Si ambas habes admittēdo ad te dile
ctionē meretricis: iniuriā facis matronę ꝛ q̄ ibi
habitat diuinę charitati. Puto enī qa ſi hō
cōiugatus es ꝛ diligas meretricē: nō mittis
meretricē in domū tuā vt habitet cū matro-
na tua. Nō vſq; adeo ꝓgrederis: Tenebras
q̄ris: latebras q̄ris: turpitudinē nō ꝓfiteris.
Sed ꝛ q̄ nō habēt vxores ꝛ ſūt q̄ſi meretricū
licētius amatores: ideo dixi q̄ſi: qꝛ ꝛ ipſi dā-
nant ſi iam ſunt fideles: puto qꝛ ꝛ adoleſcēs
nōdū habēs vxorē ſi diligat meretricē nō eā
facit habitare cū ſoroꝛe ſua: nō eā facit habi-
tare cū matre ſua: ne iniuriā faciat hūanę pu
dicitię: ne offendat dec⁹ ſanguinis ſui. Si ḡ nō
facis habitare meretricē quā diligis cū m̄re
tua: cū ſoroꝛe tua: ne ſicut dixi offendas de-
cus ſanguinis tui: facis habitare in coꝛde tuo
dilectionē meretricis cū dilectiōe dei: ꝛ offē-
dis decus ſanguinis chꝛiſti? Amate deū: nihil
meli⁹ inuenitis. Amatis argentū: qꝛ meli⁹ ē
ferro ꝛ ęramēto. Amatis plus aurū: qꝛ meli⁹
eſt argento. Amatis plus lapides ꝑcioſos:
qꝛ ꝛ auri ꝑciū ſupant. Amatis poſtremo iſtā
lucē quā dimittere foꝛmidat oīs q̄ moꝛtē ti-
E met: Amatis inquā iſtā lucē: quā cā amoꝛe
quodā ingēti deſiderabat q̄ poſt ieſū clama
Matth. 20. Marci. 10. bat: Miſerere mei fili dauid. Clamabat cęcus
chꝛiſto trāſeūte. Metuebat enī ne trāſiret: ꝛ
nō ſanaret. Et quātū clamabat: vt turba ꝓ-
hibēte nō taceret: vicit cōtradictoꝛē: tenuit
ſaluatoꝛē: obſtrepētib⁹ turbis ꝛ clamare ꝓhi
bentibus ſtetit ieſus: Uocauit eū ꝛ dixit ei:
Quid vis tibi fieri? Dñe: vt videā inqt. Re
ſpice: fides tua te ſaluū fecit. Amate chꝛiſtū:
deſiderate lumē qd ē chꝛiſt⁹. Si deſiderauit
ille lumē coꝛpis: quāto plus lumē coꝛdis de-
ſiderare debetis. Ad eū nō vocib⁹ ſꝫ moꝛib⁹

clamem⁹. Uiuam⁹ bñ: mūdū ꝯtēnam⁹. Ni- De v̄bis dñi Ser. 18. f.
hil nob ſit oīne qd trāſit. Rephēſuri ſūt nos
q̄ ſic vixerim⁹ quidā dilectoꝛes nři homies
ſeclares: amātes terrā: ſapiētes puluerē: ni-
hil de cęlo ducētes: auras liberas coꝛde na-
re carpētes. Rephēſuri ſūt nos ꝓculdubio
atq; dicturi ſi viderint nos iſta humana: iſta
t̄rena ꝯtēnere. Quid pateris? Quid inſanis?
Turba illa ē q̄ dicēs ne cęc⁹ clamet: ꝛ aliquāti
xp̄iani ſūt q̄ ꝓhibēt viuere chꝛiſtiane: qꝛ ꝛ illa
turba q̄ cū xp̄o ābulabat: ꝛ vociferātē hoīez
ad chꝛiſtū ac lucē deſiderantē ab ipi⁹ chꝛiſti
bñficio ꝓhibebāt: ſūt tales xp̄iani. Sꝫ vinca-
mus illos: viuam⁹ bñ ꝛ ipſa vita ſit vox nr̄a
ad chꝛiſtū: ſtabit q̄ ſtat. Nā ꝛ ibi magnū my
ſteriū ē. Trāſiens erat ille q̄ ille clamabat.
Qū ſanauit ſtetit. Trāſit⁹ xp̄i intētos nos fa
ciat ad clamandū. Quis ē trāſit⁹ xp̄i? Quic-
qd ꝓ nobis tpalit ꝑtulit: trāſit⁹ ei⁹ ē. Nat⁹ ē
trāſit: Nūquid adhuc naſcit? Creuit: trāſit:
Nūquid adhuc creſcit? Suxit: Nūqd adhuc
ſugit? Māducauit ꝛ bibit: Nūqd adhuc fac?
Defeſſus doꝛmiuit: Nunqd adhuc doꝛmit?
Poſtremo p̄ꝛēſus ē: vict⁹ ē: v̄berat⁹ ē: ſpinis
coꝛonat⁹ ē: alapis cęſus ē: ſputis illit⁹: ligno
ſuſpēſus: occiſus: lancea ꝑcuſſus: ſepult⁹: re
ſurrexit: Adhuc trāſit. Aſcēdit in cęlū: ſedet
ad dextrā pr̄is: Stetit. Clama quātū potes:
mō te illuminat. Nā in eo ipſo qd verbū erat Ioh. 1.
apud deū: vtiq; ſtabat: qꝛ non mutabat. Et
de⁹ erat v̄bū: ꝛ v̄bū caro factū ē. Caro ꝑ trāſi
tū multa fecit: ꝛ paſſa ē: Uerbū ſtetit. Ipſo
v̄bo coꝛ illuminat: qꝛ ipo v̄bo caro quā ſuſce-
pit honoꝛat. Tolle v̄bū: qd eſt caro? Hoc eſt
qd tua. Caro aūt xp̄i vt honoꝛet: v̄bū caro
factū ē: ꝛ hitauit in nob. Clamem⁹ ḡ ꝛ bñ vi-
uam⁹. Amate filios vr̄os: amate ꝯiuges ve- F
ſtras: ꝛ ſi ſeculariť. Nā ſm carnē amate debe
tis: vt ſm deū illis cōſulatis: et nō in eis niſi
chꝛiſtū diligatis: ꝛ oderitis i vr̄is ſi xp̄m bře
noluerint. Ipſa enī eſt charitas illa diuina.
Nā qd eis ꝓderit trāſitoꝛia ꝛ moꝛtalis cha-
ritas vr̄a? Tū q̄ ꝛ hūanit⁹ dilig vxorē: ſed
plus dilige chꝛiſtum. Nō dico vt nō diligas
patrem: non dico vt non diligas filios: ſed
plus dilige chꝛiſtum. Audi illum dicentem:
ne mea putes iſta verba: Qui amat patrem Matth. 10.
aut matrem plus q̄ me: non eſt me dignus.
Quādo audis: Non eſt me dignus: non ti-
mes? De quo dixit: Nō eſt me dignus: nō ē
cū illo. Qui cū illo non erit: vbi erit? Si non
amas cū illo eſſe: time ſine illo eē. Quare ti-
mes ſine illo eē: qꝛ cū diabolo eris ſi cū xp̄o

nō fuerı̄. Et vbi erit diabolꝰ? Audi ipſū chri-
Matth.25. ſtū: Ite in ignē ęternū: q̄ paratꝰ eſt diabolo
⁊ angelis eiꝰ. Si igne cęli nō accēderis: ignē
time gehennaꝝ. Si nō amas eſſe inter ange
los dei: time eſſe int̄ angelos diaboli. Si nō
amas eſſe in regno: time eſſe i camino ignis
ardētis inextinguibilis ſempiterni. Vincat
in te pius timor: ⁊ erit amor. Timor pędago
gus ſit. Non ipſe in te remaneat: ſ; te ad cha
ritatē quaſi ad magiſtrū ꝑducat.

## Item in eadem feria alius ſermo de Epiſtola diei: Quē diligit dominus caſtigat ⁊c̄. qui habet̄ in libro lxxxiij. queſtionū: queſtiōe lxxxij.

## Item in eadem feria Homelia de eo qđ ſcriptum eſt in euangelio ſ̄m Mattheum: Omne peccatū ⁊ blaſphemia remittet̄ hominibꝰ ⁊c̄: que habet̄ inter ſermones de Verbis domini. xj.

## Dominica in quinquageſima: De fide: ſpe ⁊ charitate: Sermo I.

Ser. LIII.

A Vicunqꝫ enim chriſtianū nomē te-
q net: ⁊ quicūqꝫ ſacramētis diuinis ē
imbutus fratres chariſſimi: neceſſe
eſt vt religionis chriſtianę rationē ſciat: ⁊ fi-
Gal.5. dei veritatē agnoſcat: eius quoqꝫ fidei q̄ vt
apl̄us ait ꝑ dilectionē operat̄: q̄ in p̄ſenti cō
fortat ac roborat credētes: et in futuro ꝑdu-
cit ad dei cōtemplationē. Nā tria quędā ꝓ-
poſuit animę nr̄ę neceſſaria beatꝰ et egregiꝰ
1.Corſ.13. gentiū doctor dicēs: Nūc aūt manēt fides:
ſpes: charitas: tria hęc Maior aūt horū eſt
charitas. Primū q̄ fides catholica chriſtia-
no neceſſaria eſt: q: in ipſa diſtinguunt̄ filij
dei a filijs diaboli: filij lucis a filijs tenebra-
rū: ꝑ ipſam renaſcimur in baptiſmate: ⁊ ſalu
Marci.16. tem ęternā impetramꝰ: ſicut ſcriptū eſt: Qui
crediderit et baptizatus fuerit: ſaluus erit.
Hęc porta eſt vitę: hęc ianua regni. Per ipſā
diſcit̄ veritatis ſciētia: ⁊ ꝑcipit̄ cognitio diui
nitatis: ꝑ ipſam gratiā dei inuenimꝰ. Aliter
Heb.11. aūt deo placere nō poſſumꝰ: q: ſine fide im-
poſſibile ē placere deo. Vere eñ beatus eſt
q̄ ⁊ recte credendo bñ viuit: ⁊ bñ viuēdo fidē
B rectā cuſtodit. Igit̄ ſicut ocioſa ē fides ſine
operibꝰ bonis: ita nihil ꝓficiūt opa bona ſi-
ne fide recta. Vñ beatus iacobus apl̄us di-
xit: Quid ꝓderit fratres mei ſi fidē ſe dicat Jacobi.2.
quis hr̄e: opa aūt nō habeat? Nū quid pote
rit fides ſaluare eū? Fides ſine operibꝰ ocio-
ſa eſt. Sicut eñ corpus ſine ſpū emortuū ē:
ita ⁊ fides ſine operibꝰ mortua ē. Fidē ante
omnia fratres mei rectā ⁊ imaculatā habere
cōtendite: ⁊ ſ̄m apoſtolicę inſtitutiōis nor-
mā: ſymbolū a ſanctis patribus conſtitutū
memoriter tenete: ⁊ religioſe viuētes obſer-
uare ſtudete: Hęreticorū dogmata peſtifera
fugite: maleficorum ⁊ incantatoruꝫ venena
mortifera horreſcite: diuinorū et ſortilegorū
nefandas traditiōes quę cū dęmonibꝰ ſocie
tatem habent penitꝰ reſpuite: vt nihil aliud
q̄ꝫ qđ catholica fides laudat: amat: prędicat
in mente ſiue in ꝓfeſſione ſeu moribꝰ tenea-
tis. Poſt hanc ergo fidem: ſpem firmam ha C
bere diſcite: quę animū noſtrum ad inuiſibi
lia trahit: ⁊ intentionē noſtram in cęleſtia et
ęterna inſerit: ⁊ quodāmodo nexibus inſo-
lubilibus ligat: quę nō decipit: ſed fideliter
obſequētes ad ęternaꝫ beatitudinē ꝑducit.
Nemo igit̄ q̄uis ingenti peccatoꝝ pondere
ꝑmat̄: de bonitate diuinę pietatis deſpera-
re debet: ſed ſpe certę miſericordię illiꝰ indul
getiā ſibi q̄tidianis depc̄ari lachrymis: quā
recte ſperare poſſunt ſi ab actiōe praui opis
ceſſabunt. Ideo nō propter ſpem venię: pſe
ueranter peccare debemus: neqꝫ q: deus iu-
ſte peccata punit: veniam deſperare debe-
mus: vt neqꝫ cum fiducia peccemꝰ: neqꝫ rur-
ſus peccata deſperemus: ſed vtroqꝫ pericu-
lo euitato: ⁊ a malo declinemꝰ: et de pietate
dei veniam ſperemus. Similiter ⁊ in omniū
tribulationū anguſtia: ſpe ad ſolacia ſupnę
pietatis currendū eſt: quia in illo ſolo om-
nis ſpes ⁊ ſalus ſine dubio conſiſtit: dicente
ꝓpheta: In deo ſalutare meū ⁊ gloria mea: Ps̄.61.
deus auxilij mei: ⁊ ſpes mea in deo eſt. Cuꝫ D
enim fidem rectā ⁊ ſpem firmam vobis fra-
tres pſuademus habere: hoc maxime horta
mur vt charitatem in vobis habere ⁊ opere
oſtendere per omnia ſatagatis. Per ipſam
enim ⁊ cum ipſa beatitudinē veram habitu-
ros vos eē ſciatis: quia ſine hac nemo vide-
bit deum. Hęc autē ideo maior fide ⁊ ſpe ab 1.Corſ.13.
apl̄o eſſe narrat̄: q: cęteris recedētibꝰ ipſa ſo
la ꝑmanebit. Fidei eñ ſuccedit ſpes: et ſpei
beatitudo: charitati aūt nō trāſmutatio ſed
ſola reſtat ꝑfectio. Hęc omniū ars ē virtutū:
hęc ꝓmiſſio regni: hęc ꝑmiū ſūmū eſt ſctoꝝ
in cęlo: quia in ꝑenni gaudio nihil gratius:

nihil dulcius habent ſancti perfecto amore
dei. Quē quia pſentem vident: ſuauius dili
E gunt: ⁊ dulcius fruunt̄ ipſo bono. Oportet
vos ſcire fratres: quia in omnibus pceptis
1.Cor.13. dei charitas obtinet principatū: ſine cuius
pfectione nihil deo placere poſſe: paul⁹ apo
ſtolus teſtatur: quia nec martyriū: nec ſeculi
cōtemptū: nec elemoſynarū largitionē ſine
charitatis officio quicq̄ pficere poſſe oſten
dit. Unde et ipſe domin⁹ a quodā ſcriba in
terrogatus: qđ eſſet mandatū maximū: re
Matth.22. ſpondit: Diliges dominū deū tuum ex toto
corde tuo: ⁊ ex tota anima tua: ⁊ ex tota mē
te tua. Addidit quoq̄: Secūdū ſile ē huic:
Diliges pximū tuum ſicut teipſum. In his
duobus mandatis tota lex pendet ⁊ pphe
tę. Quod vo ait: Ex toto corde: et toto ani
ma: ⁊ tota mente: id eſt toto intellectu: tota
voluntate: ⁊ ex omni memoria deum eſſe di
ligendū. Dei vo dilectio in obſeruatōe mā
Joh.14. datorū eius tota conſiſtit: ſicut alibi ait: Si
quis diligit me: ſermones meos ſeruat. Unī
Joh.13. ipſa veritas alibi ait: In hoc cognoſcēt om
nes quia mei eſtis diſcipuli: ſi dilectionē ha
Ro.13. bueritis ad inuicem. Item apoſtolus: Ple
nitudo legis eſt dilectio. Itē iohannes euā
1.Joh.4. geliſta: Hoc inqt mandatū habem⁹ a deo:
F vt qui diligit deū: diligat ⁊ pximū. Si forte
quiſlibet querat: quis ſit pximus: ſciat om
nē chriſtianū recte proximū dici: quia oēs
ī baptiſmo filij dei ſanctificamur vt fratres
ſimus ſpiritaliter in charitate pfecta. Nobi
lior eſt generatio ſpiritalis q̄ carnalis: de q̄
Joh.3. in euangelio ipſa veritas ait: Niſi quis re
natus fuerit ex aqua ⁊ ſpūſancto: nō poteſt
introire in regnum dei. Qui autē taliter in
telligens pximū diligit: ſine dubio charita
tem veram in ſemetipſo tenebit. Hęc igitur
fratres diligenter conſiderate: vt cum fide ⁊
dilectione veſtrā operemini ſemp ſalutem:
habentes ſpem firmā: quia quicquid boni ī
pſenti agitis: in futuro ab illo ineſtimabilit̄
remunerabimini: qui auctor ⁊ ptector eſt no
ſtrę ſalutis: ieſus chriſtus dominus noſter:
qui cum patre ⁊ ſpūſancto viuit ⁊ regnat.

## In eadem dominica de vacca: ariete vl' capra trium annorū: turture quoq̄ ⁊ columba: Sermo II

Ser. LIIII.
A
Udiuim⁹ fratres chariſſimi ſcriptu
a ram dicentē: Locutus eſt dominus
Gen.15. ad Abram dicēs: Sume mihi vaccā
triennē ⁊ caprā trimā: ⁊ arietem annorū triū:
turturē quoq̄ ⁊ columbā. Qui tollens vni
uerſa hec: diuiſit ea p mediū: et vtraſq̄ ptes
contra ſe altrinſecus poſuit: Aues autē nō
diuiſit. Deſcēderuntq̄ volucres ſup cadaue
ra: ⁊ abigebat eas Abram. Cūq̄ ſol occum
beret: ſopor irruit ſup Abram: et horror ma
gnus ⁊ tenebroſus inuaſit eum. Cum ergo
occubuiſſet ſol: facta eſt caligo tenebroſa: et
apparuit clibanus fumans: ⁊ lampas ignis
tranſiens inter diuiſiones illas. Quid ergo
ſignificent iſta frēs: breuiter quātū domin⁹
dederit: charitatis auribus veſtrę cupimus
intimare. Beatus abraham: pater multarū Gen.17.
gentiū a domino dict⁹ eſt. Omnes eīn gen
tes quę in chriſtū crediderunt et crediture ſunt:
filij ſunt abrahę: imitando fidem: nō naſcen
do p carnem. Nam ſicut iudei p infidelitatē
degeneres facti ex filijs abrahę filij diaboli. Joh.8.
⁊ pgenies viperarū ſunt in euangelio appel Matth.3.
lati: ita ecōtrario oēs gentes dum in chri
ſtū fideliter credūt: abrahę filij effici merue
runt. Uacca ergo triennis ⁊ aries annorum B
trium: ⁊ capra triennis: et turtur vel colum
ba: figuram omniū gentiū ptulerunt. Dicta
ſunt autē triū annorū: quia omnes gentes
in trinitatl' erāt myſteriū crediturę. Et quia
tota eccleſia catholica non ſolum habet ſpi
ritales: ſed habet etiā ⁊ carnales: q̄uis non
nulli in trinitatē ſe credere dicant: carnales
tamē ſunt: quia crimina ⁊ peccata vitare diſ
ſimulant. Quia ergo cum carnalib⁹ ſūt etiā
ſpiritales: ideo turtur ⁊ columba ſunt addi
tę. In turture ⁊ columba: ſpiritales poſſunt
ſignificari: vt in illis tribus aīalib⁹ carnales
intelligi. Ergo diligēter attēdite: q2 illa tria C
aīalia diuiſiſſe in duas ptes dicit abrahā: et
cōtra ſe inuicē poſuiſſe. Aues ſcriptura inqt Gen.15.
nō diuiſit. Quare hoc frēs? Quia in eccleſia
catholica carnales diuidunt̄: ſpiritales oīno
nō diuidunt̄: Et ſic vo dicit ſcriptura: ɔtra ſe
inuicē pparant̄. Quare carnales et diuiſi et
cōtra ſe poſiti ſunt? Quia oēs luxurioſi et
amatores mūdi: cōtra ſe inuicē diuiſiōes et
ſcandala hre nō deſinūt. Iſti ģ diuidunt̄: q2
ſibi inuicē aduerſant̄: aues aūt: id eſt ſpirita
les non diuidunt̄. Quare ſpiritales nō diui
dunt̄? Quia ē illis cor vnū: ⁊ aīa vna ī deū: Act.4.
Eſt in illis vnum velle ac nolle: Illis enim
quas ſupra dixim⁹ auibus: ſimiles ſunt tur
turi ſcilicet vl' columbę. In turture caſtitas:
in columba ſimplicitas deſignat̄. Omnes

enim in eccleſia catholica deum timentes:
⁊ caſti ſimpliceſq́ eſſe ſignantur: ⁊ cum pſal/
Pſ.54. miſta dicere poſſunt. Quis dabit mihi pen/
nas ſicut columbę: ⁊ volabo ⁊ requiſcaz? Et
Pſ.83. iterum: Turtur inuenit ſibi nidum vbi re/
ponat pullos ſuos. Et quādo carnales qui
diuidi poſſunt: grauibus vitiorum compe-
dibus ꝓmuntur in mundo: ſpiritales diuer/
ſarum virtutū pennis eleuant in altum: et
duabus velut alis: duobus ſcilicet ꝓceptis:
Matth.22. diligendo deum ⁊ ꝓximū: erigunt in cęlū:
Phil.3. ⁊ cum apoſtolo dicere poſſunt: Noſtra autē
cōuerſatio in cęlis eſt. Et quotiēs ſacerdos
dixerit: Surſum corda: ſecuri ⁊ fideliṫ dicūt
ſe habere ad deum: quod valde pauci ⁊ rari
in eccleſia fiducialiter ⁊ cum veritate dicere
Gen.15. poſſunt. Ideo ergo aues abraham non di-
uiſit: quia ſpiritales quibus ſicut dixi ē cor
Act.4. vnum ⁊ anima vna: diuidi ⁊ a dei vel a ꝓxi/
mi amore ſeparari nō poſſunt: ſed cum apo/
Ro.8. ſtolo clamant: Quis nos ſeparabit a chari/
tate chriſti? Tribulatio: an anguſtia: an ꝑſe/
cutio? Et cętera quę ſequūtur: vſq́ ad id qđ
dictū eſt: Neq́ creatura alia poterit nos ſe/
parare a charitate dei: quę eſt in chriſto ieſu
domino noſtro. Spiritales ergo: nec tor-
mentis ſeparantur a chriſto: carnales vero
interdum etiam ocioſis fabulis ſeparantur.
Illos non ſeparat nec crudelis gladi⁹: iſtos
xᵒ ſeparat carnalis affect⁹. Spiritales nec
dura frangunt: carnales etiam blanda cor-
rumpunt. Diuiſit ergo abrahā illa anima/
lia in duas partes: aues autem non diuiſit.
D. Cum autem occubuiſſet ſol: ſopor inquit ir/
Gen.15. ruit ſuper abraham: ⁊ horror magnus et te-
nebroſus nimis: et apparuit clibanus ardēs
et fumans: et lampas ignis tranſiens inter
diuiſiones illas. Videte fratres quid ignis
iſte inter diuiſiones illas tranſiēs dicit: Tur
turem quoq́ ⁊ columbam tetigiſſe non legi
tur. Veſpera illa: finem mundi ſignificauit:
Animalia illa: ſicut iam diximus: typum om-
niū gentium in chriſto credentiū ꝯtulerūt.
Quę tamen gentes: ſicut iam dictum eſt: qꝛ
in ſe non ſolum carnales: ſed etiam ſpirita/
les: id eſt non ſolum bonos: ſed etiam ma-
los habent: ideo animalia illa diuiſa ſunt: ⁊
ignis tranſiuit ꝑ ea: ſm illud quod dicit apo
1.Cor.3. ſtolus: Dies enim dñi declarabit: quia in
igne reuelabitur. Clibanus ille ardens ⁊ fu-
mās ⁊ lampas ignis: diem iudicij figurauit.
Et ideo ſuper beatum abrahā timor et hor/
ror tenebroſus incubuit. Unde intelligim⁹
ꝙ ſi in die iudicij iuſtus vix ſaluabit: pecca/ 1.Petri.4.
tor et impius vbi parebūt? Clibanus ergo
ardens et fumans ſignificauit diem iudicij:
Diem inquam iudicij ī quo erit fletus ⁊ ſtri/ Matth.8.
dor dentium: in quo erit vlulatus ⁊ lamen/
tatio ⁊ tarda pęnitētia: quando mouebunt
fundamēta montiū: et ardebit terra vſq́ ad
inferos deorſum: quando ſicut dicit beatus
petrus: Cęli ardētes ſoluent: elemēta ignis 2.Petri.3.
ardore tabeſcent: quando ſicut domin⁹ ipſe
in euangelio dicit: etiam virtutes cęlorū cō/ Matth.24.
mouebunt: quando ſol obſcurabit: quādo
⁊ luna non dabit lumen ſuum: ⁊ ſtellę cadēt
de cęlo: Ubi ſe tunc impij videbunt? Ubi
adulteri: vbi ebrioſi: vbi maledici ſe recog-
ſcent? Ubi amatores luxurię: vbi raptores:
vbi ſuperbi ⁊ inuidi apparebunt? Quid infę
lices ꝓ ſua defenſione dicturi ſunt: quos to/
tiens admonitos: ⁊ tamen imparatos dies
ille reppererit? Cum ad illam archangeli tu/ 1.Theſſal.4.
bam omni buccina clariorem: totus ſimul
cęperit mugire mūdus: cum ſicut dicit pro/
pheta: venerit dominus ponere orbem ter-
rę deſertum: et peccatores ꝑdere ex eo: quā/
do ſicut dicit ſcriptura: peccatores et impij Apoc.14.
mittent in ſtagnū ignis: ⁊ fumus tormēto/
rum illorū aſcendet in ſęcula ſęculorū: Qui
tunc tremor: quę caligo: quę tenebrę crimi/ E
noſos quoſq́ negligētes ac tepidos occupa
bunt? Ne ergo ⁊ nos in iſtū veniamus cruci
atū animę: expgiſcamur dū corrigendi tem/
pus eſt: ⁊ voluntatē domini noſtri tanq́ bo
ni ſerui ⁊ vtiles requiram⁹: vt cum dies ille
iudicij quē clibanus ille ardens ⁊ fumans ſi/
gnificauit: tremēdus ⁊ nimiū etiā bonis ex-
paueſcēdus aduenerit: nō cum mortalibus
quos illa animalia figurabāt: qui ꝑ diuer-
ſas voluptatū cōtentiones diuidi poſſunt:
flāmis vltricibus cruciemur in inferno: ſed
ſimplicitatē columbę ⁊ caſtitatē turturis ꝓ/
ferentes: ſpiritalib⁹ virtutū pēnis eleuemur
in cęlum: ſm illud qđ ait apſtus: Simul inqt 1.Theſſal.4.
rapiemur in nubib⁹ obuiā chriſto in aera: et
ſic ſemꝑ cum dño erim⁹: ꝓſtante dño noſtro
ieſu chriſto: cui eſt honor ⁊ gloria cū patre ⁊
ſpiritu ſancto in ſęcula ſęculorū: Amen.

## Item in eadem dominica Home lia de eo qđ ſcriptum eſt in euange- lio ſm Mattheum: Et ecce duo cęci ſedentes ⁊c̄. quę habet inter ſermo

nes de Uerbis dñi.xviij.

## Feria quarta In capite Ieiunij: Sermo I

Sermo.LV. A Ecce fratres chariſſimi: deo ꝓpitio tempus quadrageſimę venit: ⁊ ideo rogo dilectiſſimi: vt dies iſtos corporibus ſalubres et animę medicinales ita cum dei adiutorio ſancte ac ſpiritaliter celebremꝰ: vt obſeruatio ſanctę quadrageſimę non nobis iudicium pariat ſed ꝑfectum. Si enim negligenter agimus: ſi nos minus occupationibus implicamꝰ: ſi caſtitatẽ ſeruare nolumus: ſi ieiunijs ⁊ vigilijs ⁊ orationibus nõ inſiſtimus: ſi ſcripturas diuinas aut ipſi non legimus: aut legentes alios non libenter audimus: ipſa nobis medicamenta conuertunt in vulnera: et inde habebimus iudicium: vnde potuimus habere remediũ. Et ideo rogo vos fratres chariſſimi ad vigilias maturius ſurgite: ad tertiã: ad ſextam: ad nonam: ante omnia cõuenite. Nullus ſe a ſancto opere ſubtrahat: niſi quem infirmitas. aut publica vtilitas: aut forte certa et

B grandis neceſſitas tenuerit occupatũ. Nec ſolum vobis ſufficiat quod in eccleſia diuinas lectiones auditis: ſed etiã in domibus veſtris aut ipſi legite: aut alios legentes requirite: et libenter audite. Recolite fratres

Matth.16. ſententiã domini noſtri qua dicit: Si totũ mũdum lucretur homo: animę autẽ ſuę detrimentũ patiatur: quã dabit cõmutationẽ pro anima ſua? Et illud ante omnia memoriter retinete: ⁊ iugiter expaueſcite quod ſcriptum eſt: Impedimenta mũdi: fecerũt eos miſeros. Sic ꝙ te occupabis ĩ domo tua: vt non negligas animã tuam. Ad extremũ ſi amplius non: vel tantũ labora ꝓ anima tua: quãtũ pro carne tua laborare te conſideras.

1.Joh.2. Et idõ fratres chariſſimi nolite diligere mundum: neqȝ ea quę in eo ſunt: quia mundus tranſit ⁊ cõcupiſcentia eius. Quid autẽ permanet in homine: niſi qđ quiſqȝ aut legẽdo aut orando aut bona opera faciendo ꝓ animę ſalute in theſauro cõſcientię ſuę recondiderit? Infelix enim voluptas: infelicior cupiditas atqȝ luxuria: ꝑ tranſitoriam dulcedinẽ ꝑparant ſempiternã amaritudinem. Abſtinentia vero: vigilię: oratiões atqȝ ieiuniũ: per breuiſſimas anguſtias ꝑducunt ad paradiſi delitias: quia non mentitur veritas: quę in

Matth.7. euangelio dicit: Arta ⁊ anguſta via eſt quę ducit ad vitam: et pauci ſunt qui inueniunt eam. Nec ꝑ latam viam diu gaudet: nec per anguſtã ⁊ aſperam longo tempore laborat: quia ⁊ iſti poſt breuem triſticiam accipiũt vitam ęternam: ⁊ illi poſt paruum gaudiũ patiunt ſine fine ſupliciũ. Et ideo fratres chariſſimi in iſtis quadraginta diebus quaſi totius anni: cibaria animę noſtrę ieiunando: legendo: vel orando prouidere debemus. C

Nam licȝ per totum annum deo ꝓpitio lectiones diuinas frequẽter ⁊ fideliter audiatis: in iſtis tamen diebus de pelago et fluctibus mundi huius quaſi ad portum quadrageſimę cõfugientes: debemus requieſcere: ⁊ lectiones diuinas in exceptorio cordis noſtri cum ſilentio et pace ſuſcipere: vt deo ꝓpitio ꝓ amore vitę ęternę vacantes: quicquid in nauicula animę noſtrę ꝑ totũ annũ multis tempeſtatibus: id eſt peccatorũ fluctibus: aut fractum: aut diſſolutũ aliquid: aut corruptũ: aut perditũ eſt: omni ſollicitudine in iſtis diebus reparare ſtudeamꝰ atqȝ cõponere. Et quia nos neceſſe eſt dũ adhuc in iſto corpuſculo ſumus: ꝓcellas ⁊ turbines ſeculi iſtiꝰ ſuſtinere: quotienſcũqȝ nos aut ꝑ tempeſtates duriſſimas auertere: aut ꝑ voluptates molliſſimas decipere voluerit inimicꝰ: ſemꝑ nos adiuuãte deo: cõtra ſe inueniat ꝓparatos. Unde iterũ rogo vt occupatiões ſeculi huiꝰ in iſtis diebus ſanctę quadrageſimę ſi nõ poteſtis abſcidere: ſtudeatis vel ex parte aliqua tẽperare: vt pciſo damno et glorioſiſſimo fructu hoc ſeculũ fugiẽtes: ſubtrahatis aliquas horas occupationi terrenę: in quibꝰ deo vacare poſſitis. Nam iſte mũdus aut ridet nos: aut ridet a nobis: aut acqeſcimus ⁊ deſpicimur: aut cõtemnimus vt ęterna ꝓmia cõſequamur. Ac ſic aut contemnis ⁊ deſpicis mũdũ: aut acquieſcis et ꝓmeris vel calcaris a mũdo. Sed melius eſt vt calces mũdum: ⁊ calcato eo gradũ tibi facias ꝑ quẽ in ſublime cõſcendas. Hęc enim fratres chariſſimi quę pro ſalute cõmuni de veſtra obediẽtia ꝓſumentes ſuggerimus: ſi ſm veſtrã conſuetudinẽ ⁊ libenter auditis ⁊ fideliter implere contenditis: et paſcha cum gaudio celebrabitis: ⁊ ad vitam ęternã feliciter venietis. Qđ ipſe pręſtare dignet: qui cum patre ⁊ ſpũſancto viuit ⁊ regnat ĩ ſecula ſeculorũ: Amen. D

## Eodem die: Sermo II

Ser. LVI.
A D Ominus ⁊ ſaluator noſter qualiter
ad eũ poſt multas negligentias ve-
nire debeamus fratres chariſſimi: ꝑ
ꝓphetam nos hortatur ⁊ admonet dicens:
Ps̃. 94. Venite adoremus ⁊ procidamus ante dñm
⁊ ploremus coram domino qui fecit nos. Et
Iohel. 2. iterum: Cõuertimini ad me in toto corde ve-
ſtro: in ieiunio ⁊ fletu ⁊ planctu. Dies enim
ſanctę quadrageſimę fratres chariſſimi ſi di-
ligenter attendimus: vitã ſęculi pñtis ſi-
gnificant: ſicut ⁊ dies paſchę eternã beatitu-
dinẽ ꝑfigurant. Et quomodo in quadrage-
ſima quaſi triſticiã habemus: vt in paſcha
ordine legitimo gaudeamꝰ: ſic ⁊ in hoc ſęcu-
lo ꝙdiu viuimus pęnitentiã agere debemꝰ:
vt in futuro poſſimus pęccatorũ indulgen-
tiam accipere: et ad ęterna gaudia ꝑuenire.
Sed ita debet vnuſquiſꝙ ꝓ ſuis criminibꝰ
ſuſpirare: lachrymas fundere: elemoſynas
dare: vt deo auxiliante ꝙdiu viuit ſemꝑ cri-
mina ipſa conetur effugere. Sicut enim ſine
minutis peccatis nullus vnꝙ aut fuit aut
eſſe poterit: ita ſine capitalibꝰ criminibꝰ do-
nãte ⁊ auxiliãte deo oĩmodis eſſe poſſumꝰ ⁊
B debemꝰ. Et vt hęc obtinere poſſimꝰ: ſi nos
alio tẽpore impedimẽta mũdi detinẽt obli-
gatos: vel in diebꝰ ſanctę quadrageſimę: in
Ps̃. 1. domini lege ſicut ſcriptũ ẽ: die noctuꝙ me-
ditemur: ⁊ ita cor noſtrũ diuinę legis dulce-
dine repleamus: vt in nobis nullũ locũ vir-
tutibus vacuũ: quem obtinere poſſint vitia
relinquamus. Sicut enim tempore meſſiũ
vel vindemiarũ: vnde caro noſtra poſſit ſu-
ſtentari colligitur: ita in diebus quadrage-
ſimę quaſi in ſpiritali vindemiarũ vel meſ-
ſium tempore: vnde anima noſtra in ęternũ
poſſit viuere cõgregeť: Quia ſicut negligẽs
quiſꝙ ſi oportuno tempore nihil collegerit:
ꝑ totum anni ſpacium fame torquebiť: ita
qui hoc tempore ſpiritale triticum et cęleſte
muſtũ ieiunando: legendo: orando in hor-
reis animę ſuę ꝓuidere et cõgregare negle-
xerit: in ęternũ duriſſimã ſitim: et crudelem
inopiam ſuſtinebit. Certiſſime ſcitote fra-
tres chariſſimi: quia qualis eſt caro ꝙ̃ poſt
multos dies percipit cibum: talis eſt anima
quę aſſidue non paſcitur verbo dei. Et quo-
modo caro per famẽ ⁊ inopiam tenuis ⁊ ſic-
ca velut quoddam ſimulacrum efficitur: ita
⁊ anima ſi verbi dei cibo non paſcitur: arida
⁊ inutilis ⁊ ad nullũ opus bonum congrua
inueniť. Conſiderate fratres: et ſi horrea et
cellaria noſtra annis ſingulis replemus vt
vno anno cibum habeat caro noſtra: putas
quãtum debemus recondere vnde in ęter-
nam ſuſtenteť anima noſtra? Et ideo fratres C
vel iſtis paucis diebus recedant impedimẽ-
ta mundi: quia ſcd̃m quod ſcriptũ eſt: mul-
tos negligentes miſeros faciunt: Recedat
carnalis lęticia: recedant venenis plena mũ-
di huius blandimenta. Carnis gaudiũ mi-
nuatur: vt animę lucra ſpiritalia ꝑparent;
propter illud qđ ſcriptum eſt: Vę vobis qui Luc. 6.
ridetis nunc: quia lugebitis ⁊ flebitis. Et il-
lud: Beati qui lugent: quoniã ipſi conſola- Matth. 5.
bunť. Tempus quod nobis furioſus tabu-
lę ludus ſolebat auferre: lectio diuina inci-
piat occupare. Ocioſis fabulis: et mordaci-
bus iocis ⁊ detractiõibus venenatis: collo-
quia de ſcripturis ſancta ſuccedant. Horaꝝ
ſpacijs in quibus ſolebamus ſine vllo lucro
animę detineri: viſiteňť infirmi: requirant i
carcere cõſtituti: peregrini ſuſcipiant: ⁊ diſ-
cordes ad concordiam reuocent. Hęc ſi faci-
mus frẽs: inde nobis parare poſſumꝰ medi-
camenta: vnde nobis vulnera feceramus.
Ante omnia in diebus ieiuniorũ quod ſole- D
bamus prandere: pauperibus erogemus:
ne forte aliquis ſibi ſumptuoſas cęnas: ⁊ ex-
quiſitis ſaporibus epulas ſtudeat ꝑparare:
⁊ corpori ſuo magis cõmutaſſe ꝙ ſubtraxiſ-
ſe ciborum abundantiã videať. Nihil ꝓdeſt
tota die longum duxiſſe ieiunium: ſi poſtea
ciborum ſuauitate vel nimietate anima ob-
ruatur. Illico mens repleta torpeſcit: et irri-
gata corporis noſtri terra: ſpinas libidinũ
germinabit. Sit ergo temperatus cibus: et
nunꝙ nimium venter repleť: Et plus ſem-
per de cibo cordis ꝙ de cibo corporis cogite-
mus: quia intus ĩ homine interiore facti ſu-
mus ad imaginem dei: in carne autem de li-
mo terrę ſumus formati. Et videte fratres
ſi iuſtum eſt vt caro nr̃a de terra facta inter-
dum bis in die capiat cibum: ⁊ anima ĩ qua
imago dei eſt vix poſt plures dies accipiat
dei verbum: cum tamen expediat nobis:
vt amplius dei imaginem in nobis ꝙ no-
ſtrã carnẽ honorare debeamꝰ. Qui enim de
ſola carne cogitãt: beſtijs ⁊ pecoribꝰ ſimiles
ſunt: ⁊ q̃ ita agunt: iã in ſe dei imaginẽ cõtri-
uerunt. Caro ꝙ̃ velut ancilla guberneť: ⁊ aĩa
tanꝙ dña legitima reficiať. Nã ſi aliť factũ
fuerit: ſi non agnoſcimꝰ nos ad imaginẽ dei fa-
ctos: ⁊ plꝰ đ carne ꝙ de aĩa cogitamꝰ: timeo

ne nos ſpiritusſanctus per pphetam arguat
Ps.48. dicens: Et homo cum in honore eſſet nõ in-
tellexit: cõparatꝰ ē iumentis inſipientibus:
E τ ſimilis factus eſt illis. Lectiones diuinas
τ in eccleſia ſicut cõſueſtis audite: τ in domi
bus veſtris relegite. Si aliquis ita fuerit oc-
cupatus: vt ante refectionē ſcripturę diuinę
non poſſit inſiſtere: non eum pigeat in cõui-
uiolo ſuo aliquid de diuinis ſcripturis rele-
gere: vt quomodo caro paſcit cibo: ſic refici-
atur anima dei verbo: vt totus homo: id eſt
τ exterior τ interior: de ſancto τ ſalubri con-
uiuio ſatiatus exurgat. Nam ſi ſola caro re-
ficit: τ aīa dei verbo nõ paſcit: ancilla ſatiat
τ dña fame torquet. Et hoc ꝙ ſit iniuſtum:
ſanctitas veſtra nõ poteſt ignorare. Et ideo
ſicut iam dixi: lectiones diuinas illo deſide-
rio legere τ audire debetis: vt de ipſis in do
mibus veſtris: τ alibi vbicũ fueritis etiaꝫ
loqui et alios docere poſſitis: vt verbũ dei
velut munda animalia cogitatione aſſidua
ruminantes vtilem ſucum: id eſt ſpiritalem
ſenſum τ vobis ſumere τ alijs deo auxilian
te ppinare poſſitis: vt in vobis impleat il-
Ps.22. lud quod ſcriptũ eſt: Et calix tuus inebriãs
ꝙ pclarus eſt: Implẽtes illud quod beatꝰ
1.Cor.10. apoſtolus hortatur τ admonet dicẽs: Siue
mãducatis τ bibitis: ſiue aliud quid facitis:
omnia ad dei gloriã facite. Si infirmitas nõ
phibet: qtidie ieiunate: ad vigilias alacri τ
feruenti deuotiõe cõſurgite: pter illud qđ
ſcriptuꝫ eſt: De nocte vigilat ſpũs meus ad
Ps.5. te deus. Et iterũ: Ad te orabo dñe mane: et
Ps.118. exaudies vocẽ meã. Et iterũ: Media nocte
ſurgebam ad confitendum nomini tuo do-
mine. Ad quam rem etiam dominus et ſal-
uator noſter in euangelio hortat τ admonet
dicens: Vigilate τ orate: ne intretis in tem-
ptationē: quod ipſe pſtare dignet: cui eſt ho
nor τ imperiũ cum patre et ſpiritusſancto in
ſecula ſeculorũ: Amen.

## Item de Ieiunio alius ſermo factus ad fratres in heremo: qui habet inter ſermones ad eoſdeꝫ .xxiij. et .xxiiij. et .xxv.

## Item eodem die Homelia de eo qđ ſcriptũ eſt in euangelio ſm Matheum: Cum ieiunatis: Nolite τc. que habet libro ſecũdo de ſermone domini in monte ca.xiij.

## Feria quinta poſt dominicam in Quinquageſima de pęnitentia: Sermo I

Ser.LVII.

S Epe aduertimꝰ dilectiſſimi fratres A
nõnullos ex vobis cõmunionē eccle
ſiaſticã declinare: τ hoc intelligo fie-
ri ex cõſcientia grauium atq ingentiũ pecca
torum. Unde admoneo vos dilectiſſimi: qđ
prauum eſt hoc in ſalubri conſilio duplicat:
quia homines iſta facientes: τ delictorũ ſar
cinã cumulant: τ munus ęternę ſalutis amit
tunt. Hoc eſt enim reatum congregare: τ re-
mediũ deuitare. Ergo vos dilectiſſimi fra-
tres hortor atq cõmoneo: vt ſiquis ex vo-
bis cõſcius criminum ſuorum indignum ſe
cõmunione eccleſiaſtica putat: dignũ ſe eſſe
faciat. Dicitis: quomõ aliquis dignuꝫ ſe fa-
cere poſſit? Quomodo niſi vt errores priſti-
nos relinquat et pęnitentiam petat: vt qui
criminũ ſuorũ ſorde pollutus eſt: ex homo- id eſt cõfeſſio
logeſis ſatiſfactione mundet. Nec illud ſer- B
uet vt i extremo vitę ſuę tempore tũc pęni-
tentiam petat: quando iam agere non poſ-
ſit. Inutilis eſt eniꝫ dilectiſſimi iſta perſua-
ſio. Parum eſt peccatorē pęnitere: niſi pęni-
tentiã pegerit. Ad emẽdanda enim crimina
vox pęnitentis ſola non ſufficit: Nam in ſa-
tiſfactione ingentiũ peccatorum non verba
tm̃ ſed opera querunt. Datur quidem etiaꝫ
in extremis pęnitentia: quia non poteſt de-
negari: ſed auctores tamē eſſe non poſſumꝰ Nota
ꝙ qui ſic petierit mereat abſolui. Quõ eniꝫ
agit pęnitentiã lapſus? Quõ agit pęnitẽtiã
in extremis vitę finibꝰ pſtitutus? Quõ pęni
tentiã agere poſſit: qui nulla iam p ſe ope-
ra ſatiſfactionis operari poteſt? Et ideo pę-
nitentia que ab infirmo petitur: infirma eſt.
Pęnitentia quę a moriente tantũ petitur:
timeo ne ipſa moriatur. Et ideo dilectiſſimi
quicũq inuenire vult miſericordiã dei: ſanꝰ
agat pęnitentiã in hoc ſeculo: vt ſanus eſſe
valeat in futuro.

## Eodem die De pęnitentia: Sermo II

Ser.LVI

R Ogo vos fratres chariſſimi: vt ſi for A
te aliquis ex vobis vt ſe habet hũa-
na fragilitas calliditate diaboli ſu-
peratus: τ capitalibus criminibus inuolu-
tus: ſm qđ apſus ait: templũ dei in ſe violã- 1.Cor.3.

do deſtruxerit: de dei miſericordia nō deſpet:
ſed cito de malo iniquitatis ſue cōſurgat: ne
cōſuetudine peccandi in ipſis ſe ruinis ſuis
ſepeliat. Nō em̄ qui peccauerit: ſed q̄ in pec
catis pſeuerauerit: odibilis ⁊ abominabilis
deo erit. Nam vt de indulgentia diuina ne
mo diffidat: domin⁹ nos p ꝓphetā velut pr
Ezech.33. piiſſimus conſolat̄ dicens: Nolo mortē pec
catoris: ſed vt conuertat̄ et viuat. Et illud:
Ezech.18. Impietas impij non nocebit ei: in quacūq
die conuerſus fuerit ab impietate ſua. Sed
iſta tā magna miſericordia tunc nobis ꝓdeſt:
ſi non tardamus cōuerti ad dominū: nec cri
B mina criminib⁹ ſupaddim⁹. Deniq etiā in
ipſis vulneribus vel fracturis corporū: infir
mitates cognoſcere poſſumus animarū. Si
enim alicui pes frangatur aut manus: cum
labore ſolet ad priſtinū officiū reuocari. Si
vero ſecūdo ⁊ tertio ⁊ adhuc frequētius in eo
dem loco membra ipſa frangant̄: pōt intelli
gere charitas veſtra cum quātis doloribus
vulnera ipſa curanda ſunt: ⁊ tamē poſt lon
gas ⁊ multas tribulatiōes vix erit anteq̄ ad
priſtinū ſtatū membra ipſa valeāt reuocari.
Similis ratio in animarū fracturis ſeu vul
nerib⁹ eſſe credenda ē. Si ſemel aliqs vel ſe
cūdo peccauerit: ⁊ ſine aliqua diſſimulatiōe
ad penitentie medicamēta cōfugerit: priſti
nam incolumitatē ſine aliqua mora et forſi
tan ſine aliqua feditate recipiet. Si vero pec
catis peccata ceperint addi: ⁊ animarū vul
nera magis tegendo vel defendendo putre
ſcere: q̄ cōfitendo ⁊ penitendo curari: timen
dum eſt ne in illo impleat̄ illud qđ aplus di
Ro.2. xit: An ignoras quia benignitas dei ad pe
nitentiā te adducit? Tu aūt ſcđm duriciam
cordis tui ⁊ cor impenitēs theſaurizas tibi
irā in die ire ⁊ reuelationis iuſti iudicij dei.
C Sed forte cogitat aliquis tam grauia ſe ad
miſiſſe peccata: vt iam dei miſericordiā pro
mereri non poſſit. Abſit hoc a ſenſibus oīm
peccatorū. O homo quicūq illā peccatorū
multitudinē attendis: cur ⁊ oīpotentiā ce
leſtis medici nō attendis? Cum em̄ deus ve
lit miſereri quia bonus eſt: ⁊ poſſit q̄r omni
potens eſt: ipſe contra ſe diuine pietatis ia
nuā claudit: qui deū ſibi miſereri aut nō vel
le aut non poſſe credit: eūq aut bonum aut
oīpotentē eſſe diffidit. Nemo ergo nec poſt
centū peccata: nec poſt mille crimina de mi
ſericordia diuina deſperet. Sic tū nō deſpe
rēt: vt ſine vlla mora deū ſibi repropitiati fe
ſtinet: ne forte ſi cōſuetudinē peccandi fece
rit: etiam ſi velit de diaboli laqueis liberari
nō poſſit. Dauid em̄ qui ⁊ rex ⁊ ꝓpheta di 2.Reg.11.
uino munere fieri meruit: poſt tantā gratiā et.12.
ita preuentus eſt: vt nō ſolū adulteriū com
mitteret: ſed etiā homicidiū ꝑpetraret: nec
tū ſe ad hoc reſeruauit vt in ſenectute ſua ad
penitentie medicamēta cōfugeret: ſꝫ ſtatim
cilicio ꝓſtratus: cōſperſus cinere cū ingenti
rugitu ⁊ gemitu penitentiā agens: impleuit
illud qđ ipſe in pſalmis dixerat: Lauabo p Pſ.6.
ſingulas noctes lectū meū: lachrymis meis
ſtratū meū rigabo. Et iterū: Cinerē ſicut pa Pſ.101.
nem manducabā: et potum meū cum fletu
miſcebā. Et quia penitentiā agere mortife
ra ſecuritate nō diſtulit: cito in ſe dei miſera
tionē ita reuocauit: vt non ſolū regnum nō
amitteret: ſed etiā ſancti ſpūs donū recipere
mereret̄. Sꝫ forte eſt aliquis qui dicat: Ego D
in militia poſitus ſum: vxorē habeo: et ideo
penitentiā agere quomodo poſſum? Quaſi
nos quando penitentiā ſuademus hoc di
camus: vt vnuſquiſq magis ſibi capillos
ſtudeat auferre: ⁊ nō peccata dimittere: ⁊ ve
ſtimenta potius euellat q̄ mores. Qui hac
diſſimulatione decipere ſe magis q̄ excuſa
re conatur: attēdat: q̄r regem dauid nec ho 2.Reg.12.
nor regni: nec dignitas veſtimenti ad peni
tentiam agendam potuit impedire. Achab 3.Reg.21.
quoq rex ſacrilegus: de quo ſcriptura dicit:
q̄ nō fuerit alius talis q̄ venundat⁹ ſit vt fa
ceret malū contra dominū: poſteaq̄ depra
uatus ab vxore Iezabel abominabilis deo
factus ē: interfecto ⁊ lapidato naboth iezra
helita: cum vineā eius vellet inuadere: caſti
gatus a ſancto helia: ſciſſis veſtibus cilicio
indutus eſt: ⁊ inclinato capite penitentiam
egit. Pro qua re ſtatim ſermo dei ad heliam
factus eſt dicens: Nonne vidiſti humiliatū Ibi.s.
achab corā me? Quia inquit hūiliat⁹ eſt mei
cauſa: nō inducā in diebus eius malū. Con
ſiderate fratres: quia ⁊ ipſe qualibet ſacrile
gus: nō reſeruauit vt poſt lōga tēpora peni
tentiā ageret: ſed ſtatim ſacrificiū contriti ⁊
hūiliati cordis deo offerre nō diſtulit. Qui
vtiq ſi poſtea in illa hūilitate quā ceperat
perduraſſet: nunq̄ ab illo dei miſericordia E
diſceſſiſſet. Manaſſes quoq rex ſicut in ſcri 4.Reg.21.
pturis legimus: tam ſacrilegus ⁊ impiiſſim⁹
fuit: ſicut de illo ſcriptū eſt: vt totam hieru
ſalem omni iniquitate repleuerit: et tamen
poſt hec in captiuitatē ductus ⁊ in carcerem

Parali.36. miſſus: cum grandi humilitate penitentiam
agens: ita gratiā dei obtinuit vt mereret̄ int̄
dei amicos poſtmodū numerari. Meretrix
quoq; illa que pedes domini lachrymis la/
Luc.7. uit ⁊ capillis ſuis exterſit: vbi celeſtē medicū
veniſſe cognouit: vltro ſe ingeſſit in domū
vbi rogata non fuerat: et que prius fronto/
ſa erat ad perditionem: poſtea frontoſior fa/
cta eſt ad ſalutē: et ideo audire meruit qđ ei
oīa fuerint peccata dimiſſa. Nec ipſa ſe ad h
reſeruauit vt in fine vite ſue penitentiā age/
ret: ſed dum adhuc peccare poterat: ſic deo
inſpirante voluit peccata deſerere: vt illam
de adulterijs ſuis non neceſſitas ſubtrahe/
ret ſed voluntas. Multos adhuc in ſcriptu/
ris diuinis poteramus inuenire: qui poſt in
finita crimina penitentiaʒ agentes in ſe dei
miſericordiā ꝓuocauerint: et non ſolum ad
priorem ſed etiam ad meliorē ſtatum redie/
rint. Sed quia longū eſt ire ꝑ ſingulos: iſti
quattuor quos nominauimus ſatis abun/
deq; ſufficiunt: vt agnoſcamus qđ domin⁹
noſter qui et dauid poſt tam graue peccatū
indulſit: et achab ſacrilego rege pepercit: et
manaſſen poſt innumerabilia peccata peni/
tentiā agentē inter amicos ſuos reputauit:
et meretrici que lachrymis pedes rigauerat
⁊ capillis ſuis terſerat totum indulſit. Qui
eñ iſtis tantis ac talibus peccatorib⁹ veniā
dedit: paratus eſt ⁊ nobis ſi in veritate con/
uertimur nō ſolū peccata dimittere: ſed etiā
eternam beatitudinē dare. Hec ergo cogitā/
tes fratres chariſſimi: quātum poſſumus cū
dei adiutorio laboremus: ne nobis aliqua
crimina vel capitalia peccata ſurrepant. Si
xo in hoc malo fuerit aliquis diabolica cal/
liditate ꝓſtratus: priuſq; crimina ipa ꝑ con/
ſuetudinē conualeſcant: remediū ſibi in die
neceſſitatis acquirat: ⁊ cum ingenti rugitu
et gemitu deū ſibi recōciliari cōtendat. Nec
erubeſcat penitentiā agere: qui non erubuit
penitenda cōmittere: ſed cito i ſe bonis ope/
ribus cōtendat dei imaginē reparare: vt int̄
filios merear̄ agnoſci a prē: ne ab illa eter/
Matth.22. na beatitudine exclus⁹: ⁊ a cōuiuio nuptiali
ꝓiectus: ligatis manibus ⁊ pedibus ꝓijcia/
tur i tenebras exteriores: vbi ē fletus et ſtri/
dor dentiū: ſed magis medicamētis penitē/
tie humilitatis vel cōpunctionis ad ſanita/
tem priſtinam reuocatus: ⁊ bonorū operum
Matth.25. magaritis ornatus audire mereatur: Euge
ſerue bone ⁊ fidelis: intra in gaudiū domini
tui: Amen.

Item in eadem feria Homelia de
eo qđ ſcriptum eſt in euangelio ſm
Mattheum: Cum oratis: nō eritis
ſicut hypocrite triſtes ⁊c̄. que habe
tur libro. ij. de ſermone dñi in mon
te. ca. iiij. et. v.

Item in eadem feria alia Home/
lia de eo qđ ſcriptū eſt in euangelio
ſm Mattheum: Cum introiſſet ie/
ſus Capharnaū ⁊c̄. que habet̄ inter
ſermones de Verbis domini. vj.

Feria ſexta poſt dominicā i quin/
quageſima: de eo qđ ſcriptum eſt in
euangelio ſm Mattheū: Audiſtis
quia dictū eſt: Diliges ꝓximū tuū.
⁊c̄. Sermo I Sermo. LIX

Radum eſſe aliquē i phariſeorū iu/ A
g ſticia q̄ ad legē pertinet: hinc intelli/
gir̄: ꝙ iniuſti homīes eos etiā a quib⁹
diligunt̄ oderunt: ſicut luxurioſi filij paren/
tes coercitores luxurie ſue. Aſcēdit q̄ aliquē
gradum qui proximum diligit: q̄uis adhuc
oderit inimicū: eius autē imperio qui venit Matth.5.
legem implere nō ſoluere: perficiet beniuo/
lentiā ⁊ benignitatē cum eam vſq; ad inimi
ci dilectionē ꝑduxerit. Nā ille gradus q̄uis
nōnullis ſit tā paruus: eſt tamē vt cū publi/
canis poſſit eſſe cōmunis. Nec qđ in lege di
ctum eſt: Oderis inimicū tuuʒ: vox iubētis
iuſto eſt accipiēda: ſed ꝑmittentis infirmo.
Sic aūt diligēdus eſt inimicus: non inquā/
tū inimicus: ſed inquātū homo eſt: vt ei hoc
velis ꝓuenire qđ tibi: id eſt vt ad regnū cor/
rectus reuocatuſq; ꝑueniat. Proxim⁹ eſt au
tem omnis homo. Omnes ꝓximi ſum⁹ cō/
ditione terrene natiuitatis ⁊ mortalitatis: ⁊
etiā ſpe celeſtis hereditatis: quia neſcimus
quis quid futurus ſit: quoniam aut iudeus
aut hereticus: aut paganus: forte eñ ꝑ mi/
ſericordiā dei conuerter̄ ad deū: ⁊ inter ſan/
ctos primū locū habere merebit̄. Qđ in le/
ge dominus nō inimicos: ſed inimicū p̄eci/
pit odiri: vt qui ſpiritales erant in lege ſolū
diabolū odio haberent: cuius odiū chriſtus
non venit ſoluere: ſed adimplere. Ego autē B
dico vobis: Diligite inimicos veſtros: bene
facite illis qui oderunt vos. Multi ꝑcepta

dei:ſua imbecillitate non ſanctorū viribus:
eſtimātes:putant eſſe impoſſibilia que ꝑce/
pta ſunt:⁊ dicūt ſufficere virtutibꝰ nō odiſſe
inimicos:ceterū diligere plus ꝑcepi ꝙ hūa/
na natura patiat. Sciendū eſt ergo chriſtū
1.Regſ.24. nō impoſſibilia ꝑcipere:ſ ꝑfecta que dauid
2.Regſ.18. fecit in ſaul ⁊ abſalon. Stephanꝰ quoqꝫ mar
Act.7. tyr ꝓ inimicis ſe lapidātibus deprecatus ē:
Ro.9. et paulus anathema eſſe cupit ꝓ ꝑſecutori/
bus ſuis. Hec autē ieſus ⁊ docuit et fecit di/
Luc.23. cens: Pater ignoſce illis. In reliquis operi/
bus bonis interdū pōt aliquis qualēcunqꝫ
excuſationē ꝓtendere: habēda vo dilectiōe
nullus ſe poterit excuſare. Poteſt mihi ali/
quis dicere:non poſſum ieiunare: nunquid
poteſt dicere:non poſſum amare? Poteſt di
cere propter infirmitatem corporis mei non
poſſum a vino ⁊ carnibꝰ abſtinere: nūquid
poteſt dicere: non poſſum diligere? Poteſt
aliquis dicere: virginitatē nō poſſum ſerua/
re: pōt dicere nō poſſe res totas vendere et
paupibus erogare? Nūquid pōt dicere:non
poſſum diligere inimicos? Nō eñ ibi aut pe
des laborāt currendo:aut aures audiendo:
aut manꝰ operando laſſant: vt nos ꝑ ipſam
excuſationē laborare conemur. Non nobis
dicit: Ite ad orientē ⁊ querite charitatē: na/
uigate ad occidentē: ⁊ inuenietis dilectionē.
Intus in corde nr̄o eſt: vbi redire iubemur
Eſa.46. dicēte ꝓpheta: Redite ꝑuaricatores ad cor.
Nō eñ in longinquis regionibꝰ inuenit qd
Matth.5. a nobis petit. Et orate ꝓ ꝑſequētibus et ca/
lūniantibus vos. Quid aliud pro inimicis
2.Timoth.2. orandū ē:niſi hoc qd ait aplus: Ut det illis
deꝰ ꝑnitētiā ⁊ reſipiſcāt a diaboli laqueis a
C ꝗ capti tenent. Sed hic merito mouet: quō
huic ꝑcepto dñi nō ſit aduerſum: qd ⁊ in ꝓ/
phetis inueniunt multe imꝑcatiōes aduer/
ſus inimicos: ꝗ maledictiōes putant: ſicuti
Pſ.68. eſt illud: Fiat menſa eorū coram ipſis in la/
queū: ⁊ cetera ꝗ ibi dicunt: Et iohānes apo
1.Ioh.5. ſtolꝰ ait: Qui ſcit fratrē ſuū peccare peccatū
nō ad mortē: petat ⁊ dabit ei vita peccāti nō
ad mortem. Eſt peccatū ad mortē: nō ꝓ illo
dico vt roget quis. Ubi primo videndum:
quia ꝓphete ꝑ imꝑcationē quid eſſet futurū
cecinerūt: nō optātis voto ſed ſpū ꝓuidētis:
qui maxie ſolent figura imꝑcantis futura ꝑ/
dicere: ſicut figura ꝑteriti tpis: ea ꝗ ventura
erant ſepe cecinerūt. Deinde in apl'i verbis
intelligendū eſſe quoſdā fratres ꝓ quibꝰ nō
orare nobis ꝑcipit: cū dñs etiā ꝓ ꝑſecutori/
bus nr̄is nos orare iubeat. Que ſolui ꝗſtio
non pōt: niſi fateamur eſſe aliqua peccata in
fratribus inimicorum ꝑſecutione grauiora.
Fratres autē chriſtianos ſignificari: multis
diuinarū ſcripturaꝝ documētis ꝓbari pōt.
Peccatū ergo fratris ad mortē puto eſſe: cū
poſt agnitionē dei ꝑ gratiā dñi nr̄i ieſu chri/
ſti quiſqꝫ oppugnat fraternitatem: et aduer/
ſus ipſā gratiā qua recōciliatus eſt deo: in/
uidentie facibus agitat. Peccatū aūt nō ad
mortē eſt: ſi quiſqꝫ non amorē ad fratrē alie/
nauerit: ſed officia fraternitati debita: ꝑ in/
firmitatē aliquā animi nō exhibuerit. Qua
propter ⁊ dñs in cruce ait: Pater ignoſce il/ Luc.23.
lis: quia neſciūt quid faciūt. Nondū eñ grā
ſpūſſancti ꝑticipes facti: ſocietatem ſancte
fraternitatis inierant. Et beatꝰ ſtephanꝰ in Act.7.
actibus aploꝝ orat pro eis a quibꝰ lapidat:
quia nondū chriſto crediderāt: neqꝫ aduer/
ſus illā cōmunē gratiā dimicabāt. Apoſto/
lus vo paulus ꝓpterea credo non orat pro
alexādro: qꝛ frat erat et ad mortē: id eſt ꝙ in
fraternitatē inuidentia oppugnādo peccaue
rat. Pro his autē qui nō obruperāt amorē:
ſed timore ſubcubuerāt orat vt eis ignoſca/
tur. Sic eñ dixit: Alexāder erarīꝰ multa ma 2.Timoth.4.
la mihi oſtēdit: reddet illi deꝰ ſm opa illius
quē ⁊ tu deuita. Ualde eñ reſtitit ſermoni/
bus noſtris: Deinde ſubiūgit ꝓ quibꝰ orat
ita dicēs: In pma mea defenſiōe nemo mi/
hi affuit: ſed oēs me dereliquerūt: nō illis
imputet. Et nota ꝙ aplus non ait reddat: ſ
reddet illi deus ſm opa eius: qd verbū pre/
nūciantis eſt: nō imꝑcantis: ſicut de illa hy/
pocriſi iudeoꝝ eſt dictū: cui euerſionē īmine
re cernebat: Percutiet te deꝰ paries dealba/ Act.23.
te. Querit autē quō huic ꝑcepto quo nobis D
iubet: Orate pro ꝑſequētibꝰ ⁊ calūniātibus Matth.5.
vos: illud nō eſt cōtrariū: qd in Apocalypſi
legit: martyres orare deū vt vindicent? Sz Apoc.6.
hoc quēpiam mouere nō oportet. Quis eñ
audeat affirmare cū illi ſancti cādidati ſe vi/
dicare petiuerūt: vtrū cōtra ipſos homines
an ꝯtra regnū peccati petierint? Nā ipſa eſt
ſincera ⁊ plena iuſticie ⁊ miſericordie vindi/
cta martyꝝ: vt euertat regnum peccati: quo
regnāte tanta perpeſſi ſunt. Ad cuiꝰ euerſi/
onem nititur aplus dicens: Nō ergo regnet Ro.6.
peccatū in veſtro mortali corpore. Deſtruit
aūt ⁊ euertit peccati regnū: ptim correctiōe
hoim vt caro ſpūi ſubijciat: ptim deprauatione ꝑſeuerantiū i peccato: vt ita ordinent

vt iuſtis cū chriſto regnātibꝰ moleſti eſſe nō
poſſint. Quis ꝗ͂ cōuincit ſanctos: nō talem
ſuā vindictā a dño eſſe depcatos? Qꝫ autē
Matth.5. ꝓſequēter poſitū eſt: Ut ſitis filij patris vr̃i
qui in celis eſt: ex illa regula intelligendū ē:
Joh.1. qua iohānes dic: Dedit eis poteſtatē filios
dei fieri. Unius eñ naturaliter filij dei qui
neſcit omino peccare nos poteſtate accepta
efficimur filij: inquātū ea que ab illo ꝑcipiū
tur implemus. Unde aplica diſciplina ad-
optionē appellat: qua in eternā hereditatem
Ro.8. vocamur: vt coheredes chriſti eſſe poſſimꝰ.
Filij ergo efficimur regeneratiōe ſpirituali vt
adoptemur regnū i dei: nō tanꝗ̃ alieni: ſed
tanꝗ̃ ab illo facti ꝛ conditi. Itaqꝫ nō ait fa-
cite iſta qui eſtis filij: ſꝫ facite vt ſitis filij pa-
tris veſtri. Nos aūt cū patimur inimicos ħ
Luc.23. clamare debemus: Pater ignoſce illis. Fre-
netici eñ ſunt: a contrario ſpū poſſidenꝶ: vt
nos pſequanꝶ: ꝛ maiorē pſecutionē a diabo-
E lo patiunꝶ. Qui ſolem ſuū oriri facit ſup bo-
Matth.5. nos ꝛ malos: ꝛ pluit ſuper iuſtos ꝛ iniuſtos.
Malachie.4. Scriptū eſt: Orieꝶ timētibus vobis nomen
dñi ſol iuſticie: vt etiā pluuiā accipias irriga
tionē doctrine veritatis: qꝛ ꝛ bonis ꝛ malis
apparuit: bonis ꝛ malis euāgelizatus ē chri-
ſtus. Siue iſtū ſolē mauis accipe non ſolum
hoim: ſed etiā pecorū corꝑis oculis ꝓpatū: ꝛ
iſtā pluuiā qua fructus gignunꝶ ꝗ ad refecti
onē corꝑis dati ſunt: qđ ꝓbabilius intelligi
exiſtimo: vt ille ſol ſpiritalis nō oriaꝶ niſi bo-
nis ꝛ ſanctis: qꝛ hoc ipſū eſt qđ plangūt iniq
in illo libro ꝗ ſapientia ſalomonis inſcribiꝶ:
Sap.5. Et ſol nō ortus ē nobis: ꝛ illa ſpiritalis plu-
uia nō irriget niſi bonos: qꝛ malos ſignifica-
Eſa.5. bat vinea đ qua dictū eſt: Mādabo nubibꝰ
Matth.5. meis ne pluāt ſup eam imbrē. Si eñ diligi-
tis eos qui vos diligūt: quā mercedē habe-
bitis? Filios ꝛ parētes amat latro: amat et
leo: amat ꝛ draco: amāt ꝛ vrſi: amāt et lupi.
Si eñ amātes nō diligimꝰ filios vꝉ parētes:
peiores leonibꝰ vꝉ ſupradictꝭ beſtijs ſumus.
Si vero amātibꝰ vicē reddimꝰ: adhuc nihil ab
iſtis beſtijs diſtare videmur. Nōne ꝛ publi-
cani ħ faciūt? Publicani ſūt ꝗ ſectanꝶ lucra
ꝛ exigūt vectigalia ꝑ negatiōes et fraudes et
furta ſceleraqꝫ ꝛ ꝑiuria. Et ſi ſalutauerꝭ frēs
Ibi.5. vr̃os tm̄ quid ampliꝰ facitis? Nōne ꝛ ethni-
ci hoc faciūt? Ethnici ex greco in latinū inꝶ-
ꝑtanꝶ gētiles. Ethnos eñ grece gens dicꝶ.
Si ꝗ̃ inꝗt etiā ꝑtōres publicani ethnici erga
dilectores ſuos natura duce norūt eſſe bñfi-
ci: quāto magis vos quibꝰ vt gradus ꝓfeſſi
onis eximior: ita cura neceſſe eſt ſit veritatis
vberior: latiori ſinu dilectiōis āplecti debe-
tis ꝛ nō amātes? Nā diligere inimicos deus
ꝑcipit. Et petulātes hūanarū mentiū motꝰ
publice charitatis frāgit affectū: nō ſolū irā
ab vltiōe depellēs: ſed etiā i amorē mitigās
iniurioſi: qꝛ gentiū ē amātes amare: ꝛ cōmu
ne eſt diligere diligētes. Plus diligēdi ſunt
inimici ꝙ̃ amici. Qui eñ inimici ſunt corꝑi
aduerſanꝶ ꝛ aie ꝑparant eterna ꝑmia: qꝛ qui
carnalia nr̃a ꝛ terrena rapiūt: celeſtia nobis
ꝛ ſpiritalia cōgregant. Nōne magis diligē-
dus ē ꝙ̃ odiēdꝰ: ꝗ nobis dat eternas opes?
Amici vero carnis nr̃e nobis ſuauia ſuadere
cōtendunt ꝗ aie nr̃e ꝑparant eternā mortē.
Eſtote ꝗ͂ vos ꝑfecti ſicut ꝛ pr̃ veſter celeſtis F
ꝑfectus eſt. Quis aūt hec facit: niſi plene ꝑ-
fecteqꝫ miſericors? Quo vno cōſilio miſeria
denitaꝶ: opitulāte illo qui ait: Miſericordiā Oſee.6.
magis volo ꝙ̃ ſacrificiū. Perfectio nāqꝫ mi-
ſericordie ꝙ̃ plurimū aie laborāti cōſuliꝶ: vl-
tra dilectiōꝫ inimicoꝝ porrigi nō pōt. Jōqꝫ
ſic cōcludiꝶ: Eſtote vos ꝑfecti: ſicut ꝛ paꝶ ve-
ſter ꝑfectus eſt. Ita tn̄ vt deꝰ intelligaꝶ ꝑfe-
ctus tanꝗ̃ deus: ꝛ aia ꝑfecta tanꝗ̃ aia. Attē- Matth.6.
dite ne iuſticiā veſtrā faciatis corā hominibus
vt videamini ab eis: alioqn mercedē nō habe
bitis apud patrē veſtrū ꝗ in celis eſt. Caue-
te inꝗt iuſticiā veſtrā facere corā homibꝰ: id
eſt hoc aio iuſte viuere ꝛ ibi cōſtituere bonū
veſtrū vt vos videāt homies. Aliqñ merce-
dē nō habebitꝭ apud patrē vr̃m ꝗ in celis ē:
nō ſi ab homibꝰ videamini: ſed ſi ꝓpterea iuſte
viuatis vt ab homibꝰ videamini. Nā ꝛ apꝉus
dicit: Si adhuc homibꝰ placerē chriſti ſeruꝰ Gal.1.
nō eſſem: cū alio loco dicat: Sicut ꝛ ego oibꝰ 1.Cor.10.
ꝑ oia placeo. Omnē curā rerū ꝑſentiū amo-
uet ꝛ attētos tm̄ eſſe in ſpe futuri iubet: neqꝫ
ſectari vel hoim fauorē oſtētatione bonitatꝭ
vel iactantiā religiōis orōnis publice copia
ſed intra cōſcientiā fidei fructū boni oꝑis cō
tinēdū: qꝛ hūana laudis cōſectatio eā tantū
quā ab homibꝰ expectat mercedē ſit receptu
ra. Juſticia nō aliud ē ꝙ̃ nō peccare: nō pec-
care aūt legis ꝑcepta ſuare. Preceptoꝝ aūt
obſeruatio duplici genere contineꝶ: vt nihil
coꝝ que ꝓhibenꝶ facias: ꝛ oia ꝗ iubenꝶ im-
plere cōtendas. Hoc eſt eñ qđ pſalmiſta di-
cit: Recede a malo ꝛ fac bonū. Si a malo re- Pš.33.
ceſſeris: ꝛ nō feceris bonū: trāſgreſſor es le-
gis: que nō tm̄ in maloꝝ actuū abominatiōe:

ſed in bonoꝝ pfectione complet᷑. Nec hoc ſolum tibi pcipit᷑ vt veſtitū ſuis nō ſpolies indumentis: ſed vt ſpoliatos operias tuis.

G Cum ergo facis elemoſynā: noli tuba canere
Matth.6. ante te: ſicut hypocrite faciūt in ſynagogis ⁊ vicis vt honorificent᷑ ab hominibus. Hypocrita greco ſermone ſimulator interptat᷑: qui dū intus malus ſit: bonū ſe palā oſtēdit. Hypo em̄ falſū: criſis ꝟo iudiciū ſonat. Nomē autē hypocrite tranſlatū eſt a ſpecie eoꝝ q̄ ſpectaculis tecta facie incedunt: diſtinguentes vultū ceruleo niueo ꝗ colorē ⁊ ceteris pigmētis: habētes ſimulacra oris: linthea gipſata ⁊ vario colore diſtincta: nōnunꝗ colla ⁊ manus creta pungētes: vt ad pſone colorē peruenirent: ⁊ pſm dū in ludis agerent fallerēt modo in ſpecie viri: modo in forma femie et reliqꝺ pſtigijs. Que ſpecies argumēti trāſlata eſt in his qui falſo incedūt vultu: ⁊ ſimulant qꝺ nō ſūt. Sed hypocriſeoꝝ macula nō habere: aut paucoꝝ aut nulloꝝ eſt. Nā quicūꝗ vult ſe videri: qꝺ nō eſt: hypocrita eſt. Qui tuba canit faciens elemoſynā: hypocrita eſt. Qui i ſynagogis ⁊l plateaꝝ angulis orat vt videat᷑ ab homibꝰ: hypocrita ē. Qui ieiunans demolit᷑ faciē: vt ventris inanitatē demōſtret i vultu: et hic hypocrita eſt. Ex quibꝰ omibꝰ intelligit᷑ hypocritas eſſe: q̄ faciūt qꝺlibet vt ab homibꝰ glorificent᷑. Mihi videt᷑ ⁊ ille hypocrita eē q̄ dic̄ fratri ſuo: Dimitte vt tollā feſtucā de oculo tuo ꝓpt̄ gl'iā hoc facere: vt ipſe eē iuſtꝰ videat᷑. Unde ei a
Matth.7. dn̄o dicit᷑: Hypocrita eijce pus trabē de oculo tuo. Nō itaꝗ virtꝰ: ſ; cauſa virtutis apud deū mercedē habet. Et ſi a recta ſemita paululū deuiaueris: nō intereſt vtrū ad dextraꝫ vadas an ad ſiniſtrā: cū verū iter nō amiſe-
Matth.6. ris. Signāter aūt dicit: Receperūt mercedē ſuā: hoc eſt nō dei ſed ſuā. Laudati em̄ ſunt ab homibꝰ: quoꝝ cauſa exercuere virtutes.

H Te autem faciēte elemoſynā neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextra. In dextra intelligit᷑ amor dei: in ſiniſtra vanitas vel cupiditas mūdi. Si ꝓ hūana laude dederis elemoſynā: totū eſt ſiniſtra. Si ꝟo ꝓ remiſſiōe peccatorū: totū dextra facit. Quid ē ḡ: Neſciat ſiniſtra qꝺ faciat dextra: niſi qꝺ facit dei amor nō corrūpat inanitas vel cupiditas mundi? Nā ſi hoc aliquis ſm litteram impleri poſſe credit quid faciet? Si em̄ manus dextra doluerit: nūquid ꝺ ſiniſtra elemoſynā dare nō
Matth.6. debet? In ſupioribus: Cauete inqt ne iuſticiam veſtrā faciatis corā hominibꝰ: vbi iuſticiam generaliter nomiauit: deinde particilarit᷑ exequit᷑. Eſt eteni pars aliqua iuſticie opus quod ꝑ elemoſynā fit: et ideo cōnectit dicēdo: Cū ergo facis elemoſynā: noli tuba canere ante te. Ad hoc reſpicit qꝺ ſupiꝰ ait: Cauete facere iuſticiā veſtram corā homibꝰ vt ſcꝫ videami ab eis. Qꝺ aūt ſequit᷑: Amē dico vobis: perceperūt mercedē ſuā: ad illꝺ reſpicit qꝺ ſupra poſuit: Alioquin mercedē non habebitis apud patrē veſtrū qui in celis eſt. Deinde ſequit᷑: Te autem faciēte eleſynā. Cū dicit: Te aūt: quid aliud dic̄: ꝗ nō quō illi? Quid ergo mihi iubet. Te igit᷑ inqt faciente elemoſynā: neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextra tua. Ergo illi ſic faciūt vt ſciat ſiniſtra eorū quid faciat dextra. Quod igit᷑ in illis culpatū eſt: hoc tu facere vetaris. In eis autē hoc culpatū eſt qꝺ ita faciūt vt laudes hominū querāt. Quapropter nihil cōſequētius ſiniſtra videt᷑ ſignificare ꝗ ipſā delectationē laudis. Dextra aūt ſignificat intētionē implēdi pcepta diuina. Neſciat ḡ ſiniſtra quid faciat dextra: id eſt nō ſe miſceat cōſciētie tue laudis humane appetitio: cū in elemoſyna faciēda diuinū pceptū cōtendis implere: vt ſit elemoſyna tua i abſcōſo. Quid eſt in abſcōſo: niſi in ipſa bona cōſciētia que oculis hūanis demōſtrari nō pōt nec verbis aperiri? Multi foras faciūt elemoſynā: ⁊ intus nō faciūt: qui vel ambitiōe vel alicuius tempalis rei gr̄a miſericordes volūt videri.
Et pater tuus q̄ videt in abſconſo reddet ti- Matt.6.
bi. Rectiſſime oīno ⁊ veriſſime. Si em̄ pmiū ab eo expectas q̄ pſciētie inſpector eſt: ſufficiat tibi ad ꝓmerendū deū ipſa pſciētia.

I Et cū oratis nō eritis ſicut hypocrite: qui amāt in ſynagogis ⁊ in angulis plateaꝝ ſtantes orare: vt videant᷑ ab hoibꝰ: Nec hic ab hominibus videri nefas eſt: ſed ideo hec agere vt videaris ⁊ fructꝰ in eis expectet᷑ placendi homibꝰ. Platee ppetue ac latiores ciuitatū vie ſunt iuxta ꝓprietatē lingue grece a latitudine noiate. Platon em̄ latū dicit᷑. Amen dico vobis pceperūt mercedē ſuā. Et ꝭ oſtēdit dn̄s id ſe ꝓhibere vt ea merces appetat᷑ q̄ gaudent ſtulti cū laudant᷑ ab hominibus. Tu aūt cū orabis: intra i cubiculū: ⁊ clauſo oſtio ora patrē in abſcōſo. Cubiculū qꝺ noiat nō occultā domū oſtēdit: ſed cordis nr̄i ſecretū.
Hinc pſalmiſta dicit: Que dicitis in cordibꝰ Pſ.4.
veſtris: ⁊ in cubilibus vr̄is cōpūgimini. Et

Matth. 6. claudētes oſtia: orate in qt ad patrē veſtrū i abſcondito. Parū eſt intrare in cubicula ſi oſtiū pateat importunis: ꝑ qđ oſtiū ea q̄ foris ſunt improbe ſe īmergūt et interiora nr̄a aperiūt. Foris aūt dicim⁹ eſſe oīa tpalia ꝛ viſibilia: q̄ ꝑ oſtiū: id eſt carnalē ſenſū in cogitatiōes nr̄as penetrant: ꝛ turbe vanoꝝ fantaſmatū oratib⁹ obſtrepūt. Claudēdū eſt q̄ oſtiū: id eſt carnali ſenſui reſiſtendū: vt oratio ſpiritalis dirigat̄ ad patrē q̄ fit in intimo cordis vbi orat̄ pr̄ in abſcōſo. Qui v̄o vult orationē ſuā volare ad deū: faciat illi duas alas: id ē elemoſynā ꝛ ieiuniū ꝛ aſcēdat celeriter ꝛ exaudiet̄. Et pr̄ tuus q̄ videt i abſcōſo reddet tibi: Et h̄ tali clauſula t̄minādū fuit. Nō eīm monet nūc vt orem⁹ ſed quō orem⁹: neq̄ vt ſupius vt elemoſynā faciam⁹: ſ₃ quo aīo faciam⁹: qm̄ de corde mūdādo ꝑcipit qđ nō mūdat niſi ſimplex intentio: in eternā vitam ſolo et puro amore ſapiētie.

## In eadē feria: de eo qđ ſcriptū eſt in euāgelio ſm Mattheū: Neſciat ſiniſtra tua q̄d faciat dextera tua ꝛc.

Ser. LX. Sermo II

A

Euangelica lectio fratres chariſſimi que nobis modo recitata eſt: videt̄ mihi q̄ ſm litterā non poſſit intelligi: ꝛ ideo deo auxiliante requiramus qualiter ad eius ſpiritalē ſenſum peruenire poſſi- Matth. 6. mus. Sic eīm ait dn̄s: Attendite ne iuſticiā veſtrā faciatis corā hominib⁹: vt videamini ab eis. Et iterū: Cum facis elemoſynā neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua: vt ſit elemoſyna tua in abſconſo. Quomō hoc ſm lrām accipere poſſum⁹: cū ipſe dn̄s iterū Matth. 5. dicat: Sic luceat lux vr̄a corā homib⁹ vt videant vr̄a bona opa: ꝛ glorificent patrē vr̄m q̄ in celis eſt? Quō hic dicit: Neſciat ſiniſtra tua q̄d faciat dextera tua: cū alibi dicat: Sic luceat lux vr̄a corā homib⁹ vt videāt opa veſtra bona? Diligēter attēdite frēs: ꝛ intellectū diuine ſcripture hūiliter ꝛ ſapiēter reqrite. Nō eīm ſibi ipſe dn̄s in euāgelica lectione cōtrari⁹ eſſe pōt. Nā q̄ elemoſynā ꝛ occulte fieri ipſe dixit et publice ipſe admonuit vt ſibi ꝑcepta ei⁹ nō videant̄ eſſe cōtraria: intel-

B lectū ſobriū q̄rit. Qui eīm ideo facit elemoſynā vt ab homib⁹ ſe laudari deſideret: etiā ſi occulte fecerit: publice facit: q̄ laudē ab hominibus querit. Qui v̄o elemoſynā ꝓ ſolo amore dei facit: vt ad opus bonū illū reliqui imitent̄: ꝛ non ipſe ſed dn̄o collaudet̄: etiā ſi publice faciat elemoſynā abſcōſe facit: q̄ ꝓ elemoſyna illa nō hoc qđ videt̄: ſed qđ non videt̄ deſiderat: nec ab homib⁹ laudē ſ₃ mercedē a deo optat accipe. Hoc etiā et de ieiunio debem⁹ accipere. Cū eīm ipſe dn̄o dicat: Unge caput tuū et faciē tuā laua ne videaris ieiunās hominib⁹: (Matth. 6.) Ergo cōtra chriſti p̄cepta facim⁹ q̄ publice ieiuniū indicimus: et vidēte toto ꝑplō parit̄ cū ipſo ieiunam⁹? Et ī hoc ſenſu oportet intelligi vt nemo ꝓ laude hūana ſ₃ ꝓ pctōꝝ indulgētia vl̄ ꝓ miſericordia diuina ieiunet: ꝛ vnuſq̄ſq̄ interroget cōſcientiā ſuā: et ſi ꝓ ſolo deo facit elemoſynā ſecurus ꝛ publice faciat: vt quicūq̄ viderint imitent̄.

C Nā ꝛ illud qđ dicit dn̄o: Neſciat ſiniſtra tua q̄d faciat dextera tua: ad h̄ qđ ſupra diximus ꝑtinere cog̃ſcit̄. In dextera eīm intelligitur amor dei: in ſiniſtra vanitas vel cupiditas mūdi. Si ꝓ laude hūana dederis elemoſynā: totū ſiniſtra facit: dextera oīno nihil facit. Si v̄o ꝓ remiſſiōe pctōꝝ ꝛ amore vite eterne elemoſynā dederis: totū dextera facit. Quid ē q̄: Neſciat ſiniſtra tua q̄d faciat dextera tua: niſi qđ facit amor dei: nō corrūpat aut perdat vanitas vel cupiditas mūdi? Nā ſi h̄ aliq̄s ſm litterā impleri poſſe credit: q̄d faciet ſi ei man⁹ dextera doluerit? Nū quid de ſiniſtra elemoſynā dare nō pōt? Aut ſi vult captiuū redimē: quomō aut ſacculū ſoluere aut arcā aperire poterit: ſi ſiniſtrā manum dextere ſue non iunxerit? Aut ſi peregrinū optat excipere ꝛ ſm p̄ceptum dn̄i ſanctoꝝ pedes abluere: non video quō hoc neſciēte ſiniſtra manu poſſit impleri.

D Ad h̄ ꝑtinet etiā illud qđ dixit: (Matth. 6.) Cū oratis nolite i angulis plateaꝝ orare: ſed intra in qt i cubiculū tuū: ꝛ clauſo oſtio ora patrē tuū in abſcōdito. Ecce ipſi bene agnoſcitis: q̄ nō hoc ſemꝑ ſm litterā poterit adimpleri. Nā ꝛ nos ipſi ꝛ totus populus nō ſolum in cubiculis noſtris oramus: ſed etiā publice ad eccleſiā cōuenimus: ꝛ ſimul cū omni populo genua flectimus. Et nū quid hec facientes p̄ceptis chriſti cōtrarij ſumus: qui dixit: vt in cubiculis clauſo oſtio orare debeamus? Nō ita eſt. Unde etiā ꝛ iſte ſenſus ſuperiori ſentētie cōueniens eſt. Qualiter ergo hoc intelligi debeat attēde. Si quādo oras deum ꝛ hoc ab illo petis qđ videtur: publice ꝛ aperto oſtio oras: quia hoc a deo vis accipere qđ videt̄. Si v̄o pro indulgentia peccatoꝝ ꝛ pro vita

eterna volueris ſupplicare: etiã ſi publice ora ueris clauſo oſtio oras: q2 nõ petis qđ videt ſed qđ non videt. Que em̃ vident tẽporalia ſunt: que aũt nõ vident eterna ſunt. Si tem poralia queris: ſicut iã dixi publice 7 aperto oſtio oras: ſi eterna queris: ſecreta eſt oratio tua: q2 non q̃ videut: ſed q̃ nõ vident optas accipere. Qui q̃ illa q̃ nõ vident in veritate queſierit: 7 illa q̃ vident deo remunerãte p̄cipiet: q2 nõ mẽtit qui dicit: Querite primũ regnũ dei 7 iuſticiã eius: et hec oĩa adijcient vobis. Nec hoc ſic dicim⁹ frẽs vt ꝓ reb⁹ tẽporalib⁹ deũ nõ orem⁹: id eſt ꝓ ſanitate corporũ: aut ꝓ pace tempoꝝ: aut ꝓ abundãtiã fructuũ. Debem⁹ 7 iſta a deo petere: ꝫ ſecũdo 7 tertio loco: vt p̄mas ptes in omni intẽtione nr̃e orationis amor aie et deſideriũ vite eterne obtineat. Orem⁹ q̃ pro corpe: ſed ſine vlla cõparatiõe ampli⁹ ꝓ animã ſupplicem⁹. Et ideo chariſſimi quotiẽs vobis iſta euangelica lectio legit: ordine quo ſupra ſuggeſſimus intellectũ ei⁹ debetis accipere: vt ſiue ĩ elemoſynis ſiue in ieiunijs ſeu in orationib⁹ ſiue in dextera vel in ſiniſtra hoc ſeruare ſtudeam⁹: vt quicqđ agim⁹ nõ ꝓ vanitate vel cupiditate ſeculi: ſed ꝓ amore eterne beatitudinis faciam⁹. Qđ ipſe p̄ſtare dignet qui cũ patre 7 ſpũſancto viuit 7 regnat.

2. Cor. 4. — C — Matth. 6. — D

## Sermo. LXI. Eodem die Sermo III

A

Scio 7 credo charitatẽ veſtrã ſapient intelligere: nõ eſſe ſine cauſa q̃ vos de vera 7 p̄fecta charitate tã freq̃nter admoneo. Hoc em̃ idõ facio: q2 ad omniũ peccatoꝝ vulnera nullũ medicamentũ tã ſalubre 7 tã efficax eſſe cognoſco. Addit 7 hoc qđ cũ tã magnũ ſit vere et p̄fecte charitatis remediũ: null⁹ tñ inuenit qui eã cũ dei adiutorio nõ poſſit habere. In reliquis operib⁹ bonis interdum poteſt aliquis qualẽcunq̃ excuſationẽ p̄tendere: in habẽda xp̄o dilectione nullus ſe poterit excuſare. Poteſt mihi dicere aliqs: nõ poſſũ ieiunare: nũquid põt dicere: nõ poſſũ amare? Põt dicere ꝓpt infirmitatẽ corporis mei nõ poſſum a vino vel a carnib⁹ abſtinere: nũquid poteſt dicere: non poſſum diligere? Poteſt quiſq̃ dicere ſe virginitatẽ nõ poſſe ſeruare: Põt dicẽ nõ poſſe rẽs totas vendere ac paupibus erogare: nũquid põt dicere: nõ poſſũ inimicos meos diligere: 7 eis qui in me peccauerũt indulgere? Nemo ſe circũueniat fratres chariſſimi: q2 deus neminem fallit. Cum enim multa ſint que ꝓpter fragilitatẽ humanã corporaliter implere non poſſumus: charitatem tamẽ in corde noſtro deo inſpirante ſi in veritate voluerimus ſine aliqua dubitatiõe habere poterimus. Multa em̃ ſunt que de horreo: canabo vel cellario aliquotiens proferre non poſſumus: de theſauro xp̄o cordis nimis ſedum 7 turpe eſt ſi aliquã excuſationẽ p̄tendere videmur. Nõ em̃ ibi aut pedes laborãt currendo: aut oculi videndo: aures audiendo: aut manus operando laſſantur: vt nos p ipſam fatigationẽ excuſare conemur. Nõ nobis dicit: Ite ad orientem 7 querite charitatem: nauigate ad occidentem 7 inuenietis dilectionem: Intus in corde noſtro eſt vnde nos iracundia excludere ſolet: 7 redire iubemur: dicente ꝓpheta: Redite p̄uaricatores ad cor. Non em̃ ſicut iam dixi: in longinqs regionibus inuenit: qđ a nobis domin⁹ petit: intus ad cor noſtrũ nos mittit. In nobis enim ponit quod requirit: vbi tota charitas profecto in animi bonitate vel voluntate cõſiſtit: de qua volũtate angeli paſtoribus clamauerũt: Pax in terra hominibus bone voluntatis: Et ideo q2 nlla nobis ante tribunal chriſti excuſatio poterit eſſe: cũ dei adiutorio totis viribus laborem⁹ vt in animis noſtris plus p̄ualeat bonitas q̃ malicia: plus patientia q̃ iracũdia: plus benignitas q̃ inuidia: plus humilitas q̃ ſuperbia. Et vt totum breui ſermone concludã: ſic totum cor noſtrum obtineat charitatis dulcedo: vt in nobis locum habere nõ poſſit odij amaritudo. Sed dicit aliquis: nulla ratione poſſum inimicos meos diligere. In omnibus ſcripturis deus tibi dicit: quia potes. Tu econtrario reſpondes: nõ poſſe. Conſidera nũc vtrum tibi an deo debeat credi. Et ideo q2 veritas mẽtiri nõ poteſt: iam vanas excuſationes ſuas relinquat humana fragilitas: quia nec impoſſibile aliquid potuit imperare: quia iuſtus eſt. Nec damnaturus eſt hominẽ pro eo qđ non potuit vitare qui pius eſt: Quid tergiuerſamur in caſſum? Nemo em̃ quãtum poſſumus melius nouit q̃ qui nobis ipſũ poſſe donauit. Tot viri: tot mulieres: clerici: pueri: tante 7 tã delicate puelle flãmas 7 ignes 7 beſtias equanimiter pertulerunt: 7 nos ſtultoꝝ hominũ cõuitia dici mus tolerare nõ poſſe: q̃ nob malorũ hoim neqcia inferũt: ſi poſſum⁹ etiã vſq̃ ad mortẽ

Eſa. 46. — Luc. 2. — B

illoꝝ nſas iniurias vindicamus: Unde ne/
ſcio qua fronte vel qua cõſciẽtia cũ omnib⁹
ſanctis in eterna beatitudine partẽ habere
deſideram⁹: quorũ exempla ſequi in rebus
C minimis non acquieſcim⁹. Sed ſunt aliqui
qui teſtimonio diuine ſcripture iracũdie ſue
eſtimãt ſuffragari. Dicunt eñ: Amat anima
mea amantẽ ſe. Et dũ auctoritatẽ diuinam
male intelligũt: de medicamẽtis ſibi vulne/
ra faciũt. Qualiter aũt hoc ⁊ debeat ⁊ poſſit
intelligi: attendat charitas vr̃a. Amat inqt
anima mea amantẽ ſe: Licet et de omnibus
littera ſentiri ⁊ debeat ⁊ poſſit: tamẽ certius
de deo intelligendũ eſt: qꝛ null⁹ nos melius
ꝙ ipſe diligit. Nã ſi boni tantũmõ amandi
ſunt: quid dicem⁹ de deo noſtro de ꝗ ſcriptũ
Joh.3. eſt: Sic deus dilexit mũdũ vt filiũ ſuũ vni/
cũ daret? Quid eñ boni fecerat mũd⁹ vt il/
lũ ſic dilexerit deus? Omnes eñ homies nõ
ſolũ malos ſ etiã impios et originali pecca/
to mortuos in anima chriſtus inuenit: Et tñ
etiã cũ tales eſſem⁹ dilexit nos ⁊ tradidit ſe/
metipſum ꝑ nobis: ⁊ per hoc amauit etiam
Ro.5. nõ amãtes: ſicut ⁊ paulus aplus dicit: Chri/
ſtus ꝑ impijs mortuus eſt: ac ſic ꝑ ineffabili
pietate vniũſo hũano generi ħ exemplũ de/
Matth.11. dit dicens: Diſcite a me qꝛ mitis ſum ⁊ hũi/
lis corde. Qm̃ ⁊ beat⁹ petrus aplus in ep̃la
1.Petri.2. ſua ſilr̃ ꝑcipit dicens: Chriſtus inqt paſſus ẽ
ꝑ nobis relinquẽs vobis exẽplũ vt ſequami
veſtigia eius. Qđ exẽplũ dñi ſecuturi ſum⁹:
Nũqđ vt mortuos ſuſcitem⁹? Nũqđ vt ſup
mare pedib⁹ ambulem⁹? Nõ vtiqꝫ: ſ vt ſim⁹
mites ⁊ hũiles corde: ⁊ nõ ſolũ amicos: ſ etiã
inimicos toto aĩo diligam⁹: Et ſequami ve/
D ſtigia eius. Dixit ħ etiã beat⁹ euãgeliſta Jo/
1.Joh.2. hãnes: Qui dicit ſe in chriſto manere: debet
quõ ⁊ ille ambulauit: ⁊ ipſe ambulare. Quõ
eñ chriſtus in cruce fixus erat: ⁊ tñ ꝑ viã cha
Luc.23. ritatis currebat dicens: Pater ignoſce illis
qꝛ neſciũt quid faciũt. Et nos ꝙcũ patimur
ab inimicis hoc clamare debem⁹: qꝛ neſciũt
quid faciũt. Frenetici eñ ſunt ⁊ a contrario
ſpũ poſſident: vt ⁊ nos pſequant: maiorẽ ꝑ/
ſecutionẽ a diabolo patiunt: et iõ magis vt
liberent ꝙ damnent orare debem⁹. Sic fecit
beatus Stephan⁹ ꝗ glorioſiſſime ꝑm⁹ chriſti
Act.7. veſtigia eſt ſecut⁹. Cũ eñ duris ſaxoꝝ imbri
bus cederet: ſtans orauit ꝑ inimicis ſuis: et
poſitis in terra genib⁹ totis viribus clama/
uit ⁊ dixit: Dñe ne ſtatuas illis hoc peccatũ.
Si ergo putamus nos non poſſe imitari do

minũ noſtrũ: imitemur talem conſeruũ no/
ſtrũ. Imitemur quippe beatũ Jacobum qui
cum a iudeis lapidaret: flexis genibus pro
impijs pſecutoribus ſupplicauit. Dominus Matth.5.
quoqꝫ in euangelio vt inimicos diligere de/
beam⁹ non dedit conſiliũ ſed ꝑceptũ. Aliud
eſt conſiliũ: aliud ꝑceptũ. Conſiliũ datur vt
virginitas cõſeruet: vt a vino et a carnibus
abſtineat: vt vendant omnia et pauperib⁹
erogent. Preceptũ ṽo datur vt iuſticia cu/
ſtodiat: vt omnis homo diuertat a malo et
faciat bonum. Deniqꝫ de virginitate dicit:
Qui poteſt capere capiat. De iuſticia ṽo nõ Matth.19.
dicitur: qui poteſt facere faciat: ſed omnis Matth.3.
arbor que non facit fructũ bonũ excidet ⁊ in
ignem mittetur. Conſiliũ qui libẽter audie/
rit ⁊ fecerit: maiorem habebit gloriam. Pre/
ceptũ qui nõ impleuerit: niſi penitẽtia ſub/
uenerit euadere penam non poterit. Sic eñ
ꝑcepit domin⁹: Diligite inimicos veſtros: Matth.5.
benefacite his qui oderũt vos. Et orate pro
pſecutoribus veſtris ⁊ maledicẽtib⁹ vobis.
Et ſi queras: quã mercedem accipies? Audi
qđ ſequit: Ut ſitis filij patris veſtri. Aduer E
tite qꝛ ſi inimicos nõ diligim⁹: filij dei eẽ nõ
poſſum⁹. Et qua fronte dicimus in oratiõe:
Pater noſter qui es ĩ celis: ſanctificet nomẽ Matth.6.
tuum? Aut qua cõſciẽtia dicere poterimus:
Dimitte nobis debita noſtra: ſicut ⁊ nos di
mittim⁹? Sed dicit aliquis: Ego audiã ſcri/
pturam dicentẽ: Amat anima mea amantẽ
ſe. Amas amantes te filios ⁊ parẽtes: amat
⁊ latro: amat ⁊ draco: amant ⁊ lupi: amãt ⁊
vrſi. Si enim amantes non diligamus: ſi fi/
lios vel parentes deſpicimus: peiores leoni/
bus et ſupradictis beſtijs exiſtere videmur.
Sic ⁊ ipſe dominus dicit: Si enim diligitis Matth.5.
eos qui vos diligũt: quã mercedẽ habebi/
tis? Nõne ⁊ publicani hoc faciũt? Et ſi ſalu/
taueritis fratres veſtros tñ: quid ampli⁹ fa/
citis? Nõne et ethnici hoc faciũt? Qui ergo
ſolos amicos diligũt: ſic ⁊ ipſi videtur: adhuc
ĩ hac pte publicanis ⁊ gentib⁹ ⁊ beſtijs ſiles
ſũt. Ut ꝙ ſuperiores ſim⁹ ⁊ gentib⁹ ⁊ beſtijs
etiã inimicos ⁊ aduerſarios diligam⁹. Et ti/
meam⁹ illud qđ dñs ĩ euãgelio dicit: Serue Matth.18.
nequã oẽ debitũ dimiſi tibi qm̃ rogaſti me:
nõne oportuit ⁊ te miſereri conſeruo tuo: ſic
⁊ ego tui miſert⁹ ſũ? Et qđ poſtea: Tradidit
eũ tortorib⁹ donec redderet vniũſũ debitũ.
Sic inqt dñs: pater meus celeſtis faciet vo/
bis: ſi nõ dimiſeritis vnuſqſqꝫ fratri ſuo de

Job.15. cordibus vris. Et iterū ipſe dñs ait: In hoc
cognoſcent oēs q2 mei diſcipuli eſtis: ſi vos
Jacobi.2. inuicē diligatis. Et iterū: Qui vniūſā legē cō
pleuit offēdat aūt i vno fact⁹ ē omniū reus.
Quid eſt hoc vnum: niſi qḋ ſupra diximus:
Job.13. Mādatū nouū do vobis vt vos inuicē dili
gatis? Quid inq̄ ē hoc vnum: niſi illud qḋ
Gal.5. apl'us dicit: Oīs lex in vno ſermone cōplet:
Diliges ꝓximū tuū ſicut teipm? Sed ne for
te aliquis dicat: locum hūc nō ſic debere in
telligi: Audiat de h mādato iterū aplm ſubli
1.Corī.13. mi voce clamantē: Et ſi tradidero corp⁹ meū
vt ardeat: charitatē aūt nō habeā: nihil mi
hi ꝓdeſt. Iſta eſt vera ꝛ germana charitas:
q̄ nō ſolū vſq3 ad amicos: ſed etiam vſq3 ad
ipſos ꝑuenit inimicos: Sic dñs nr̄ tantā cir
ca gen⁹ hūanū cognoſcit habere charitatē:
Matth.5. vt nō ſolum ſupra bonos ſed etiā ſupra ma
los pluuiā dare: ꝛ ſolē ſuū quotidie oriri cō
cedat. Etiā illud ante oīa cū grādi reuerētia
ꝛ timore recolere ꝛ retinere debem⁹: qḋ dñs i
Matth.6. euāgelio dixit: Si dimiſeritis inqt homib⁹
peccata eoꝝ: dimittet et vobis pater veſter
cęleſtis peccata vra. Si nō dimiſeritis: nec pr̄
veſter cęleſtis dimittet debita vra. In pote
ſtate nra poſitū eſt qualit in die iudicij iudi
cemur. Unde neſcio qua fronte indulgētiā
peccatoꝝ ſuoꝝ ante tribunal chriſti obtine
re poterit: q̄ deo ꝓcipiente inimicis ſuis ve
niā dare non acq̄eſcit. Apl'us etiā ꝓdicat di
Ro.12. cēs: Nemini malū ꝓ malo reddētes: Bene
dicite ꝑſequētib⁹ vos: bñdicite ꝛ nolite ma
Ibi.5. ledicere. Et iterū: Noli vinci a malo: ſed vin
1.Petri.3. ce in bono malū. Et iterū: Nō reddētes ma
ledictū ꝓ maledicto: ſed ecōtrario bñdicen
Job.13. tes. Beat⁹ q3 euāgeliſta Johēs q̄ ſup pect⁹
dñi i cęna recubuit: i ep'la ſua ita nos admo
1.Job.3. net dicens: Qui odit fratrē ſuū homicida ē:
Et ſcitis q2 oīs homicida nō habet in ſe vitā
1.Job.2. ęternā. Et iterū: Qui dicit ſe in lumine ma
nere ꝛ fratrē ſuū odit: in tenebris ē: ꝛ in tene
bris ambulat: ꝛ neſcit quo vadat: q2 tenebrę
obcęcauerūt oculos eius. Hoc loco fratrem
omnē hoīem debem⁹ accipere. Dicit etiā ipſe
1.Job.4. beat⁹ Johēs: Si qs dixerit: diligo deū: ꝛ fra
trē ſuū odit: mēdax ē. Qui eīm nō diligit fra
trē ſuū quē videt: deū quē nō videt quō pōt
diligere? Sz etiā ſi iubetis ſufficiūt iſta: Sūt
eīm innumerabilia tā in nouo q3 i veteri teſta
mēto: q̄ cauſā de q̄ loquimur validiſſimis te
ſtimonijs cōfirmare longū ē: et nūc oīa cha
ritatis vrę aurib⁹ nō intimentur. Nā in ſanctis
aīabus etiā parua ꝓ magnis accipiunt: q2 ꝛ
reuera cui pauca nō ſufficiūt: magna nō ꝓſūt:
plura ꝓdeſſe nihil poterūt. Uos aūt fratres
chariſſimi cōſiderātes: q2 oīa lex vno ſermo Gal.5.
ne implet in nobis: id eſt: Diliges proximū
tuū ſicut teipm: nō ſolū amicos ſed etiā ini
micos diligite: q2 quicūq3 h implere nolūt:
reliquia illis opera bona ꝓdeſſe nō poterūt.
Et ideo ita omib⁹ inimicis vris dimittite vt
cū ſecura ꝯſciētia poſſitis in oratiōe dicere:
Dimitte nobis debita nra: ſicut ꝛ nos dimit Matth.6.
timus debitorib⁹ noſtris

## Item eodē die alius ſermo q̄ habet inter ſermones de Uerbis domini.ij.

## Item eodem die alius ſermo de Epiſtola diei: qui habetur in libro Quinquaginta homeliaꝝ: Homelia.vij.et.xviij.

## Sabbato poſt dominicā in quinquageſima: Sermo I Ser.LXII.

A

Rogo vos fratres chariſſimi ꝛ admo
neo: vt in iſto legitimo ac ſacratiſſi
mo tpe exceptis dñicis dieb⁹ nullus
prandere ꝓſumat: niſi forte ille quē ieiunare
infirmitas nō ꝑmittit: q2 alijs dieb⁹ ieiunare
remediū eſt aut ꝓmiū: in quadrageſima nō
ieiunare peccatū eſt. Alio tpe q̄ ieiunat acci
piet indulgentiā: in quadrageſima qui non
ieiunat ſentiet pęnā: ꝛ tamē qui ieiunare nō
ꝓualet: ſecreti⁹ ſibi ſoli: aut ſi eſt ali⁹ infirm⁹
cū ipo i domo ſua ꝓparet qḋ accipiat: ꝛ illos
q̄ ieiunare ꝓualēt ad prādiū nō inuitet: q2 ſi
h fecerit: nō ſolū deus ſʒ etiā homies poſſūt
intelligere illū nō ꝓ infirmitate nō poſſe: ſed
ꝓ gula ieiunare nō velle. Sufficiat illi quod
ipſe ieiunare nō ꝓualet: et magis cū gemitu
et ſuſpirio ꝛ animi dolore māducet: ꝓ eo qḋ
alijs ieiunātib⁹ ille abſtinere nō poteſt. Nō
opus ē vnicuiq3 infirmo: ſecreti⁹ aut ſibi ſoli
aut cū alio ſilr infirmo faciat ꝓparari: q2 nō
ei oportet vt aliquē ſanū roget ad prādiū: ne
ſibi etiā de alteri⁹ gula augeat peccatū. Pro B
eo tū qḋ nō pōt ieiunare: ampli⁹ debet ero
gare paupib⁹: vt peccata q̄ nō pōt ieiunādo
curare: poſſit i elemoſynis dando redimere.
Bonū eſt ieiunare frēs: ſed meli⁹ ē elemoſy
nā dare. Si aliqs vtrūq3 pōt: duo ſūt bona.
Si vo nō poteſt: melius ē elemoſynā dare.
Si poſſibilitas nō fuerit ieiunādi: elemoſy

na ſufficit ſibi ſine ieiunio: ieiunium vero ſine
elemoſyna oĩno non ſufficit. Ergo ſi aliquis
ieiunare non poteſt: elemoſyna ſine ieiunio
bonũ eſt. Si vero ꝑualet ieiuniũ cũ elemoſy-
na: duplex bonũ eſt. Jeiuniũ vero ſine elemo
ſyna nullũ bonũ eſt: niſi forte ita ſit aliquis
C paup: vt nõ habeat oĩno qð tribuat. Jlle ꝯ
q̃ nõ habuerit vnde tribuat: ſufficit volũtas
Luc. 2. bona ſm illud qð ſcriptũ eſt: Glia i excelſis
deo: ⁊ i tra pax hoib⁹ bonę volũtatis. Sꝫ q̃s
Matth. 10. erit q̃ ſe poſſit excuſare: cũ etiã ꝓ calice aquę
frigidę mercedẽ ſe dño redditurũ ꝓmiſerit?
Et q̃re frigidę dixit? Ne forte ſe poſſet aliq̃s
pauper de lignorũ penuria excuſare: aut cer-
te dicere ſe vaſculũ vbi aquã calefaceret nõ
habere. Deniq; ⁊ p beatũ ꝓphetam fratres
chariſſimi dñs ita hortat̃ ⁊ admonet elemo-
ſynã fieri: vt ꝓpe nullus pauper ſit q̃ ſe va-
Eſa. 58. leat excuſare. Sic enim ait: Hoc eſt ieiuniũ
qð elegi dicit dñs: Frange eſurienti panem
tuũ. Nõ dixit vt integrũ daret cũ forte paup
ille aliũ nõ haberet: ſed frange inquit: hͦ eſt
dicere: Etiã ſi tanta pauptas tibi eſt vt non
habeas niſi vnũ panem: ex ipſo tamẽ fran-
ge ⁊ pauperi tribue. Et egenũ inquit ac ſine
tecto induc in domum tuam. Si aliquis ita
pauper eſt vt nõ habeat vnde tribuat pau-
peri cibũ: vel in vno angulo domus ſuę pe-
D regrino ꝑparet lectulũ. Quid nos ad hęc di
cturi ſumus fratres: vel quã excuſationẽ ha
bere poterimus: qui amplas ⁊ ſpacioſas do
mus habentes: vix aliquãdo dignamur ex-
cipere peregrinũ: ignorãtes immo nõ credẽ-
tes quod in omnib⁹ peregrinis chriſtus exci
Matth. 25. pitur: ſicut ipſe dicit: Hoſpes fui ⁊ ſuſcepiſtiſ
me: ⁊ q̃ꝫdiu vni ex minimis iſtis feciſtis: mi-
hi feciſtis? Laborioſum ⁊ faſtidioſum nobis
eſt in pauperib⁹ recipe chriſtũ i patriã nrãꝫ:
timeo ne nob ille vicẽ reddat i cęlo ⁊ nõ nos
recipiat in beatitudinẽ ſuã. Cõtẽnim⁹ illũ in
mũdo: timeo ne nos ille iterũ cõtẽnat i cęlo
ſm illud qð ipſe dixit: Eſuriui ⁊ nõ dediſtis
mihi mãducare: hoſpes fui: et nõ accepiſtis
me. Et q̃ꝫdiu nõ feciſtiſ vni ex minimis iſtis:
nec mihi feciſtis. Et qð poſt hęc frẽs ſequit̃:
auertat deus a nobis. Hoc enim poſtea ad-
didit dicẽs: Diſcedite a me maledicti i ignẽ
ęternũ: qui paratus eſt diabolo et angelis
eius. Hęc ergo fratres nõ tranſitorie nec ſo-
lis corporis audiamus auribus: ſed fideliter
audientes etiam vt alij teneant ⁊ impleant
verbo pariter ⁊ exemplo doceamus: ꝑſtante
dño nr̃o ieſu chriſto: q̃ cũ patre et ſpũſancto
viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ: Amen.

## Eodem die de neceſſitate Jeiunij cũ mititate ⁊ largitate: Sermo II

Ser. LXIII.

Poſtolica dilectiſſimi doctrina nos A
a admonet: vt deponẽtes veterẽ ho- Col. 3.
minẽ cũ actibus ſuiſ: de die in diem
ſancta cõuerſatiõe renouemur. Si eñ tem-
plũ dei ſum⁹: et mentiũ noſtrarũ ſpũſanct⁹
habitator eſt dicente apl̃o: Vos enim eſtis 1. Cor. 6.
templũ dei viui: multa nobis vigilantia la-
borandũ eſt: vt cordis noſtri receptaculũ tã-
to hoſpite non ſit indignũ. Et ſicut in domi
bus manufactis laudabili diligentia ꝓuidẽ
dum eſt vt ſi quid aut infuſione imbriũ aut
turbine ꝓcellarum: vel ipſa fuerit antiquita
te corruptũ: cita in integrũ cura reſtituat: ita
iugi oportet ſollicitudine pręcaueri: ne quid
in noſtris animis incompoſitũ: ne quid in-
ueniat̃ immũdũ. Quia ędificium noſtrum
ſine ope ſui nõ ſubſiſtat artificio: nec fabrica
noſtra poſſit eſſe incolumis niſi ei protectio
ꝑfuerit cõditoris: tamẽ q2 rationabiles lapi
des ſumus ⁊ viua materies: ſic nos auctoris
nr̃i extersuit man⁹: vt cũ opifice ſuo etiã is q̃
reparat̃ operet̃. Gratię dei igit̃ obediẽtia ſe
hũana nõ ſubtrahat: nec ab illo bono ſine q̃
nõ põt bona eſſe deficiat: aut ſi quid ſibi im
poſſibile aut arduũ in mãdatoꝝ effectib⁹ ex
perit̃: nõ in ſe remaneat: ſed ad adiuuãtẽ re-
currat: qui ideo ꝑceptũ dat vt excitet deſide
riũ: ⁊ ꝑſtet auxiliũ dicente ꝓpheta: Jacta co Pſ. 54.
gitatũ tuũ in dño: ⁊ ipſe te enutriet. An for- B
te quiſq; tam inſolẽter ſuperbit: et ita ſe il-
ſum: ita imaculatũ eſſe pſumit: vt nulli⁹ iam
renouatiõis indigeat? Fallit̃ prorſus iſta p-
ſuaſione: et nimia vanitate veteraſcit: q̃ int̃
temptatiões iſtius vitę ab omni ſe vulnere
credit imunem. Plena ſunt oĩa piculis: ple-
na laqueis: incitant cupiditates: inſidiant̃
illecebrę: blandiunt̃ lucra: damna deterrẽt.
Amare ſunt obloquẽtium linguę: nec ſemp
veracia ſũt ora laudantiũ. Inde ſeuit odiũ:
hinc decipit mẽdax officiũ: vt facili⁹ ſit vita-
re diſcordẽ q̃ꝫ declinare fallacẽ. In ipſis aũt
virtutib⁹ obtinẽdis tam dubius modus eſt:
et tam incerta diſcretio eſt: vt ſi quiſq; inter
bonorũ malorũq; cõfinia ſubtiliſſimi diſcri-
minis poterit ſeruare menſuras: difficile ſit
vt bene ſibi cõſciam probitatẽ obtrectantiũ
lingua non mordeat: ⁊ iniquoꝝ euadat ob-

probria: cui amica eſt iuſticia. Jam cum ad
ipſas rerum temporaliū varietates cogita/
tio humana conuertit̄: quante ſe opponunt
caligines: quanti prauarū opinionū obori/
untur errores: vt de obiectu contrariorū ſu/
C matur materia querelarū. Nam licet omniū
fideliū corda nō dubitēt nullis mūdi huius
partibus: nulliſqꝫ temporibꝰ ꝓuidentiā ab/
eſſe diuinā: nec de ſtellarū poteſtate que nul
la eſt ſecularīū negociorū pendere ꝓuectus:
ſed equiſſimo ꝛ clementiſſimo ſummi regis
arbitrio cūcta diſponi: quā ſicut ſcriptū eſt:
Ps.24. Uniuerſe vie domini miſericordia ꝛ veritas:
tamē cū quedam nō ſ̄m deſideria noſtra ꝓ/
cedunt: ꝛ ſub humani errore iudicij ſuperior
eſt plerūqꝫ iniqui cauſa q̄ iuſti: vicinū nimis
atqꝫ contiguū eſt vt etiam magnos animos
iſta cōcutiant: ꝛ in aliquod illicite cauſatio/
nis murmur impellant. Siquidem iſtis va/
rietatibus etiā excellētiſſimꝰ ꝓpheta dauid
vſqꝫ ad periculū ſe turbatum profiteat̄ ꝛ di/
Ps.72. cat: Mei autez pene moti ſunt pedes: pene
effuſi ſunt greſſus mei: quia zelaui in pecca/
toribus: pacē peccatorꝫ videns. Unde quia
paucorū eſt tam ſolida fortitudo: vt nulla in
equitatū ꝑturbatione quatiant̄: et multos
fidelium non aduerſa tantū ſed etiā ſecūda
corrumpant: ſanandis vulneribus quibus
humana infirmitas ſauciat̄ diligens eſt ad/
hibenda curatio. Ideo enim de ꝑiculis qui/
bus mūdus hic plenus eſt quedam breuiter
Prouer.20. ꝓcurrit: vt dicēte ſcriptura: Quis gloriabit̄
caſtū ſe habere cor: aut mūdum ſe eſſe a pec/
cato? Omnes ſibi intelligāt delictorū indul
gentiā ꝛ reparationis neceſſariā eſſe medici/
D nam. Quando autē dilectiſſimi ad remedia
diuina aptius recurrimus q̄ cuz ipſa nobis
ſacramenta redemptionis noſtre temporū
lege reſerant̄? Que vt dignius celebremus
ſaluberrime nos quadraginta dierū ieiunio
ꝑparemus. Nō enim ſoli tantū qui per mor/
tis chriſti reſurrectioniſqꝫ myſteriū in nouā
vitam baptiſmo ſunt regenerante venturi:
ſed etiam omnes populi renatorū vtiliter ꝛ
neceſſitarie ꝑſidium ſibi huius ſanctificati/
onis aſſumunt: illi vt que nondū habēt ac/
cipiāt: iſti vt accepta cuſtodiāt: dicēte aplo:
.Cor.i.10. Qui ſtat videat ne cadat. Nemo tanta ē fir/
mitate ſuffultꝰ vt d̄ ſtabilitate ſua debeat eē
ſecurꝰ. Utamur igit̄ dilectiſſimi ſaluberrimi
tpis venerabilibꝰ inſtitutis: ꝛ ſollicitiori cura
cordis noſtri ſpecula tergamꝰ. Quātūlibet

enī caſte ꝛ ſobrie mortalis hec vita ducitur:
quodam tamē puluere terrene cōuerſatiōis
aſpergit̄: ꝛ nitor mentium ad dei imaginem
conditarū nō ita fumo totius vanitatis ali/
enus eſt: vt nulla poſſit ſorde fuſcari: et non
ſemꝑ indigeat expoliri. Quod ſi etiā cautiſ/ E
ſimis animis neceſſariū eſt: quāto illis am/
plius eſt expetendū: qui tota forte anni ſpa/
cia aut ſecuriꝰ aut negligentius tranſierūt?
Quos charitate debita cōmonemus: vt nō
ideo ſibimet blandiant̄: quia nobis cōſcien/
tie ſingulorꝫ patere nō poſſunt: cum oculos
dei ſimul vniuerſa cernētis nō abdita loco/
rum: nō parietū ſepta ſecludant: nec ſolū ei
acta ꝛ cogitata: verū et agenda ꝛ cogitanda
ſint cognita. Iſta vera ſcientia ſummi iudi/
cis: iſte eſt tremēdus aſpectus: cui peruiū eſt
omne ſolidum: ꝛ apertū omne ſecretum: cui
obſcura clarent: muta reſpondēt: ſilentiū cō
fitet̄: ꝛ ſine voce mens loquit̄. Nemo patien
tiā bonitatis dei de peccatorꝫ ſuorꝫ impuni/
tate ꝯtemnat: nec ideo illū eſtimet nō offen/
ſum: quia necdum eſt exꝑtus iratum. Non
ſunt longe mortalis vite inducie: nec diutur
na eſt licentia inſipientiū voluptatū in eter/
narum dolorem tranſitura penarū: ſi dū iu/
ſticia ſuſpendit̄: penitētie medicina nō que/
ritur. Confugiamus ergo ad ꝑſentem vbiqꝫ F
miſericordiā dei: ꝛ vt ſanctū paſcha dn̄i digna
obſeruātia celebret̄: cūctorꝫ ſe fideliū corda
ſanctificēt. Miteſcat ſeuicia: māſueſcat ira/
cundia: remittant ſibi omnes culpas inuicē
ſuas: nec exactor ſit vindicte qui petitor eſt
venie. Dicentes eī: Dimitte nobis dn̄e de/ Matth.6.
bita nr̄a ſicut et nos dimittimꝰ debitoribus
noſtris: duriſſimis nos vinculis alligamus:
niſi qd̄ ꝓfitemur impleamus. Unde ſi orati
onis huiꝰ ſacratiſſimū pactū nō tota ſui cō/
ditione ſeruatū eſt: nūc ſaltem ꝯſcientiā ſuā
vnuſqꝫ cognoſcat: ꝛ alienis ignoſcēdo de/
lictis: abolitionē ſuorꝫ obtineat peccatorū.
Dicēte naqꝫ dn̄o: Si dimiſeritis hominibꝰ pec Ibi.E.
cata eorū: dimittet et vobis p̄r veſter qui in
celis eſt. Non longe eſt ab vno quoqꝫ quod
poſcit: cū de benignitate ſupplicis ſententia
pendeat iudicantis: qui humanarum pre/
cum miſericors et iuſtus auditor equitati
ſue de noſtra lenitate ꝑſcribit: vt non habe/
ret i eos ius ſeueritatis: quos nō inueniſſet
cupidos vltionis. Clemētes autem ꝛ mites G
animos: etiā largitas decet. Nihil enim di/
gnius eſt q̄ vt homo ſui auctoris ſit imita/

toꝛ: ꝛ ſm modū ꝓprię facultatis diuini ſit
operis executoꝛ. Nam cum alunt̄ eſuriētes:
veſtiunt̄ nudi: fouent̄ infirmi: nonne auxi-
lium domini manus explet miniſtri: ꝛ beni-
gnitas ſerui munus eſt domini? Qui cū ad
affectus miſericoꝛdię ſuę adiutoꝛe nō egeat:
ita ſuam omnipotenciā temperauit: vt labo-
ribus hominū per homines ſubueniret. Et
merito deo gratię referunt̄ de pietatis offi-
cijs: cuius opera vident̄ in famulis. Propt̄
quod ipſe dominus diſcipulis ſuis ait: Sic
Matth.5. luceat lumē vr̄m coꝛā homib⁹ vt videāt opa
vr̄a bona: et magnificēt patrē vr̄m q̄ in cęlis
eſt: per chriſtū dominū noſtrū. Amen.

## Itē eodē die Homelia de eo qḋ ſcriptū eſt i euāgelio ſm Mattheū: Et dimiſſa turba aſcendit in montē ſolus oꝛare ꝛc. quę habet̄ inter ſermones de Verbis dn̄i xiij. et xiiij.

## Ser.LXIIII. Dominica ꝓma in quadrageſima: De myſterio ieiunij quadrageſimalis: fructu ꝛ modo: Sermo I

A O Mne vitę noſtrę tempus: ſtadium
quoddā debemus putare virtutum
ꝛ ad celeſte brauiū tota virtute con-
tendere. Sed hoc ꝓcipue in quadrageſimę
diebus implendū eſt: qui abſtinētia ac ieiu-
nijs dedicati: tantū nobis ad virtutē animi
cōferunt: quātum ꝛ de coꝛpoꝛe voluptatem
decerpunt. Eſt aūt legitim⁹ numerus iſte ie-
iunij et qui in ſanctis celebratur exemplis.
Exo.34. Moyſes legē accepturus a deo quadragin-
ta dies ac noctes abſqꝫ cibo potuqꝫ trāſegit:
ꝛ ad ſuſcipiendā dn̄i voluntatē ieiunus pre-
3.Reg.19. paratus eſt. Helias poſt quadraginta dierū
ieiunia curru igneo ad ſuperna celoꝝ de hoc
mūdo trāſlatus eſt. Ipſe q̄ꝫ dn̄s ac ſaluatoꝛ
Matth.4. noſter q̄draginta dieb⁹ ieiunans de diaboli
tēptatiōibus triūphauit: vt ad ꝓdicationē
euāgelij iā victoꝛ accederet. Merito ꝯ etiā
nos hūc dierū numerū cuſtodire debem⁹ ie-
iunijs quē ꝑ talia exempla legim⁹ cōſecratū.
Celebrem⁹ ꝰ hos dies cū omī alacritate mē-
tis ꝛ gaudio ꝛ eos omnib⁹ epulis ꝛ coꝛpali-
B bus delitijs ꝓferamus. In his em̄ pręcipue
dieb⁹ ad implēdā dn̄i voluntatē accēdimur:
qꝛ maxīe ꝑ abſtinentiā voluptas carnis ex-
tinguit̄. Tunc em̄ ad dominū ꝛ ad eius futu-
ra ꝓmiſſa tota mens purioꝛ faciēda feſtinat
cū nulla crapula: nulla cibi ac potus ſacieta-
te craſſat̄. Unde ꝛ ſaluatoꝛ in euangelio di-
xit: Attendite itaqꝫ vobis ne grauent̄ coꝛda Luc.21.
veſtra in crapula ꝛ ebrietate et in cogitatio-
nibus ſecularibus: et ſupueniat in vos dies
illa repentina: tanq̄ laqueus em̄ ſupueniet
vniuerſo mūdo: ꝛ nemo effugiet. Sed ꝛ illa C
eſt in quadrageſimę diebus grādis vtilitas
qḋ etiam dum a licitis abſtinem⁹: magis ac
magis admonemur illicita vitare. Qui em̄
abſtinem⁹ nos a carnib⁹ quibus alijs dieb⁹
vti licet: Qui nos abſtinemus a vino quo
moderate vti licet. Qui ꝗſi a vitam⁹ q̄ ali-
quādo licēt: in primis peccata fugiamus: q̄
oīno nunq̄ licent. Itaqꝫ volum⁹ bene ieiu-
nare a cibis: ante omia ieiunem⁹ ꝛ a vitijs.
Quid enim ꝓdeſt vacuare coꝛpus ab eſcis:
ꝛ animā replere peccatis? Quid enim ꝓdeſt
pallidū eē ieiunijs ſi odio ꝛ inuidia liueſcas?
Quid em̄ ꝓdeſt vinum nō bibere: ꝛ iracun-
dię veneno inebriari? Quid ꝓdeſt abſtinere
a carnibus ad edendum creatis: ꝛ malignis
obtrectationib⁹ fratrum membra lacerare?
Quid prodeſt ſi abſtineam⁹ ab his quę ali-
quādo licent: et faciamus illa quę nunq̄ li-
cent? Deus em̄ illos honoꝛat ꝛ diligit q̄ illi-
cita fugiunt. Sic ergo vt dixi ieiunem⁹ a ci-
bis: multomagis ieiunemus a vitijs: vt ſan-
ctoꝛum moꝝ vbertate ſaturemur: vt ꝛ in fu-
turo mereamur ipſoꝝ operum retributione
ſatiari: Sicut in euāgelio legimus: Beati q̄ Matth.5.
eſuriūt et ſitiūt iuſticiā: qm̄ ipſi ſaturabunt̄.
Illā em̄ cōpēſationē magis eligere debem⁹ D
vt cibis quib⁹ nos abſtinem⁹: eos pauperi-
b⁹ ac debilib⁹ largiamur: ſm illud qḋ ſcriptū
eſt: Beati q̄ cōtenti ſunt eſurire vt alibi refi-
ciant̄. Satis deo acceptū eſt munus quādo
indigēs ſaturat̄: qm̄ nudus veſtit̄: qm̄ ira nō
ꝑficit̄: et iracūdię temp⁹ nō reſeruat̄: qm̄ ma- Ro.12.
lū ꝓ malo nō reddit̄. Tūc grata ſūt deo nr̄a
ieiunia: ſi illi q̄ neceſſitate ieiunant reficiant̄
a nobis. Tūc illā dn̄i ſententiā audire mere-
bimur: Amē dico vobis: q̄diu feciſtis vni ex Matth.25.
minimis iſtis: mihi feciſtis. O benigniſſimū
dn̄m ad hedomādā hoīm auariciā: q̄ ſibi da-
ri dicit: qḋ vł minimo paupi donatū fuerit.
Uobis aūt frēs ꝓſtet dn̄i miſcḋia: vt ei ieiu-
nijs ꝛ elemoſynis in bonis opibus ſeruiat̄:
vt ad ęternā ꝛ verā vitā vos ꝓducat: ipſe q̄
viuit ꝛ regnat in ſecula ſeculoꝝ: Amē.

## In eadem dominica de Ieiunio ꝛ eius effectibus: Sermo II

Ser.LXV.
A a Deſt nobis venerabile ⁊ medicina/
le tempus quadrageſimę chariſſimi
ꝑ quod ieiunātes peccatorū noſtro/
rum vulnera curare debemus. Quātum ſit
ergo bonū ieiunij: breui ſermone exemplis
Exo.24. additis diſſeram⁹. Moyſes p̄mus quadra/
ginta diebus ac noctib⁹ cū ieiunaſſet: legē
domini accipere meruit: ꝑ quā populis im/
peraret. Impetrauerūt vnius hominis ieiu
nia: quod totius populi ſaturitas deſpera/
uerat. Aduertamus ergo quāta ſit inter ie/
iuniū ⁊ ſaturitatē diſtantia: inter ventrē va/
cuum ⁊ pulmones epulis ęſtuantes. Moy/
ſes ergo quia ieiunauit dominū vidit: popu
Exo.32. lus q̄ māducauit ⁊ bibit idola fabricat⁹ eſt.
Sed q̄d de moyſe et iſraelitica multitudine
Gen.3. loquar? Princeps ille humani generis adā
q̄diu ieiunauit ſeruans mandatū: in para/
diſo fuit. Ubi vō comedit: eiectus eſt de pa
radiſo. Et qui in paradiſo dei virgo fuerat:
Gen.4. eiect⁹ de padiſo cognouit vxorē. Semꝑ em̄
55.diſ.venter iuncta eſt ſaturitati laſciuia. Uicina ſibi ſūt
44.diſ.cū aūt. venter ⁊ genitalia: ⁊ ꝑ mēbrorū ordine ordo
vitiorū ītelligit̃. Eiecit ḡ nos de padiſo cib⁹:
reducat eſuries: reducat ieiuniū. Diximus ḡ
quid ſanctus moyſes meruit ieiunando: de/
B inde ⁊ cunctos videam⁹. Sancto helię ieiu/
3.Reg.17. nāti etiā elemēta famulata ſunt. Hic deniq̄
Jacobi.5. tribus annis ⁊ ſex menſibus cęlum clauſit:
4.Reg.1. Ad cui⁹ vocē etiā ſupnū deſcēdit incendiū.
3.Reg.19. Et cum eum iezabel regina vellet occidere:
⁊ feſſus ſub arbore frondoſa iaceret in ſolitu
dine: angelus ad eū mittit̃ ⁊ dicit ei: Sume
paululū panis ⁊ aquę. Uidete quāta ſit dei
clemētia erga ieiunātes chariſſimi: Nō ſuffi
ciebat: q̄ angelū ad ieiunantē domin⁹ miſe
rat qui eum vt cibū ſumeret iuberet: ſed etiā
pręcepit: vt longius fugiat ꝑſequētem. Ait
ergo: Sume paululū panis et aq̄: Quadra/
ginta enim dierum ieiunio ꝑrecturus erat ꝑ
deſertum vſq̄ ad moatē ſua. Nū quid eniz
dominus qui cęlum ⁊ terrā fecerat: cui⁹ om/
nis eſt creatura: non potuit in heremo ꝑ an/
gelum prandiū mittere: ſicut danieli in lacū
leonū ꝑ abacuk miſit? Sed ſciebat de⁹ pro/
phetā ſuum temptantē diabolū aliter ſupe/
rare non poſſe: in ieiunijs eruditus inſidian
tis inimici temptamenta repelleret. Daniel
quoq̄ ille futurorum gnarus: et aduentus
domini cōſcius: et euerſionis hieruſalē ma/
Daniel.9.⁊.10. nifeſtiſſimus p̄dicator: ideo vir deſideriorū
appellatus ē: quia panem deſiderij nō come/
dit: ⁊ potum cōcupiſcentię nō bibit: q̄ ma/ C
gis chriſtū q̄ epulas deſiderabat. Johānes Matth.3.
quoq̄ p̄curſor domini locuſtis in heremo et
agreſti melle nutrit̃: nō animaliū carnibus:
nō volucrum ſuauitatibus paſcitur. Pote/
rat vtiq̄ iuxta iordanē poſitus piſcium ſibi
exhibere delitias: ſed penitentiā p̄dicatur⁹
rigorem ieiunij exemplo ſuo magis debuit
⁊ factis oſtendere q̄ voce. In euangelio q̄ Matth.17.
cum quidā demone plenus domino fuiſſet
oblat⁹: quē apoſtoli curare nequiuerant: in/
terrogantes audiunt a domino iſtiuſmodi
genus non poſſe eijci niſi orationibus et ie/
iunijs. Uidete ergo chariſſimi quāta ſit ie/
iuniorū virtus: vt id facere ieiunia valeant:
quod apoſtoli nequiuerāt. Omitto cętera: D
ſed vnuſquiſq̄ cōſideret quanta ſit inter ie/
iuniū ⁊ ſaturitatē diſtantia: inter ventrē va/
cuum ⁊ refertum: inter rubentē faciem ⁊ ora
pallentia: inter os ieiuuum et labia crapula
diſſoluta: int̄ oppreſſū epulis ⁊ inedię tenui/
tate vigilātē. Nō dico hebdomadas: nō du De cōſe.diſ.
plicata: nō multiplicata ieiunia: ſed vel ſingu/ 5.non dico.
los dies abſq̄ ciborū nimietate tranſeam⁹.
Ceſſent lauacra: vina vel carnes: nō q̄d crea
turam dei iudicemus eſſe damnādā: ſed qui
toto anno nobis vixim⁹: ſaltem vel paucos
dies viuam⁹ ⁊ domino. Sed ieiunia noſtra
vt plena ſint ⁊ ſuffarta: miſericordię pingue/
dine ſaginent̃: demus eſurientibus prandiū
noſtrum. Nec putes ieiunia ſola ſufficere ad
ſananda vulnera peccatorū: in medicamēto
elemoſynę recreent̃. Jeiunium ergo tuū te
caſtiget: ſed lętificet alterum: ⁊ ita fructuoſę
erunt anguſtię tuę: ſi alteri latitudinem pręſ/
ſtent. Sic ieiuna vt in alio manducāte pran
diſſe te gaudeas. Hilarem em̄ datorem dili/ 2.Cor.9.
git deus. Nam manducante paupere de bo
nis tuis: prandet chriſtus qui ſe in paupere
eſurire teſtatur.

## In eadem dominica De cōfeſſione peccatorū: Sermo III

Ser.LXVI.

A b Ortatur nos ſępius ſancta ſcriptu/
ra ad medicamēta fugere ꝯfeſſiōis:
nō q̄ deus indigeat cōfeſſiōe noſtra
cui omnia pręſto ſunt quę cogitam⁹: loqui/
mur aut agimus: ſed nos aliter ſalui fieri nō
poſſumus: niſi ꝯfiteamur penitentes q̄d ini/
quę geſſimus negligentes. Qui ſeipſum ac/
cuſat in peccatis ſuis: hunc diabolus nō ha/

bet iterum accuſare in die iudicij: ſi tamē cō-
fitens pęnitendo deleat que fecit: nec iteruꝫ
Jacobi.5. renouet quę egit. Cōfitemini: dicit Jacobꝰ
apoſtolus: alterutrū peccata veſtra: et orate
pro inuicem vt ſaluemini. Iterū beatꝰ apo-
Ro.10. ſtolus: Ore autē confeſſio fit ad ſalutē. Sed
Prouer.28. ⁊ ſalomon de cōfeſſiōe peccatorū dicit: Qui
abſcondit ſcelera ſua non dirigeť: Qui autē
confeſſus fuerit ⁊ reliquerit ea: miſericordiā
cōſequeť. Magnū eſt ſalutis medicamen-
tum non iterare quę impie geſſimus: nec pri
orū cicatrices vulnerū reſauciare. Sicut aūt
1.Joh.1. dicit Johannes euangeliſta: Si cōfiteamur
peccata noſtra: fidelis ē deus ⁊ iuſtus vt re-
mittat nobis peccata noſtra: ⁊ emūdet nos
ab omni iniq̄tate. Similiť et Pſalmiſta ait:
Pſ.31. Dixi cōfitebor aduerſum me iniuſticiā meā
B dño: et tu remiſiſti impietatem peccati mei.
Uiuens cōfiteať peccator quę fecit: quia nō
Eccl.17. eſt fructuoſa cōfeſſio apud inferos: nec pęni
2.Cor.6. tentia ad ſalutem ꝓficiens. Ecce nunc tem-
pus ſalutis: Ecce tunc tempus acceptabile
deo. Tēpus eſt nūc remiſſionis pęnitētibꝰ:
ſed tempus erit poſt mortem vindicationis
negligentibus confiteri ſcelera ſua. Omnes
enim impij amarā habent in tormētis pęni-
tentiā: ſed non ꝓficit eis ad remiſſionē: ſed
conſcientia torquet ad augmentū penarum
quas patiunť. Potuerūt eñ ſibi per confeſ-
ſionē p̄cauere tormentorū imanitatem ⁊ ne-
glexerūt: ita ſicut foris flāmis: ita intus cō-
ſciētia ꝓpria torquenť. Quomō poteſt me-
dicus vulnus ſanare qđ ęgrotus oſtendere
erubeſcit? Deus cōfeſſionē noſtrā deſiderat
vt iuſtam habeat cognoſcēdi cauſam. Qui
peccata ſua occultat et erubeſcit ſalubriť cō-
fiteri: deum quē iudicē habebit: habebit et
vltorem. Optime ſe iudicet homo in hac vi-
ta ne iudicetur a deo damnatiōe perpetua.
C Duplicem habere debet fletum in pęniten-
tia omnis peccator: Siue quia ꝑ negligen-
tiam bonū non fecit: ſeu per audiciam malū
ꝑpetrauit. Qđ eñ oportuit non geſſit: ⁊ qđ
nō oportuit egit. Cōfeſſio iuſtificat: cōfeſſio
veniam peccatis donat: omnis ſpes venię ī
confeſſione conſiſtit. Confeſſio opus eſt mi-
ſericordię: ſalus ęgroti: vnicū eſt viribus no
ſtris medicamentū cum pęnitentia. Cuius
ipſe ſaluator in euāgelio virtutem oſtendit
Matth.4. dicēs: Pęnitentiā agite: aꝓpinquabit eñ
Matth.3. regnum celorū. Et iohannes baptiſta: Fa-
cite fructus dignos pęnitentię. Fructus di-
gnus eſt pęnitentię: tranſacta flere peccata:
⁊ eadem iterum non agere: ſicut ſcriptū eſt:
Ne adijcias peccatū ſuper peccatum. Laua Eccl.5.
mini: dicit dominus per Eſaiam ꝓphetam: Eſa.1.
⁊ mundi eſtote. Lauať itaqꝫ et mūdus eſt q̄
⁊ p̄terita plangit ⁊ iterum non admittit. La-
uatur et non eſt mūdus qui plangit qđ geſ-
ſit nec deſerit: ſed poſt lachrymas flēda hęc
quę fleuerat repetit. De his beatus petrus
terribiliter ait. Canis reuerſus ad vomituꝫ 2.Petri.2.
ſuūꝫ. Fili peccaſti: dicit ſcriptura ſancta: ne Eccl.21.
adijcias iterum: ſed de priſtinis deprecare
vt dimittantur tibi. Pęnitentia vera nō an D
norū numero cenſetur: ſed amaritudine ani-
mi. Unde beatꝰ petrus: mox a domino in- Matth.26.
dulgentiam recepit: quia amariſſime fleuit
trinę negationis culpam. Pęnitentia q̄uis
ſit exigui temporis ſi intimā cordis amari-
tudine agitur: non deſpicitur apud iudicem
iuſtum deum: qui cordis ſecreta conſiderat.
Non enim longitudinem temporis tantuꝫ
requirit deus: quantum affectum ſincerita-
tis pęnitētis penſat. Qui enim in chriſtum
tota mente confidit: etiam ſi multis cōmo-
riatur peccatis: fides ſua viuet in ęternum.
Sicut ipſe dominus in euāgelio dicit: Ego Joh.11.
ſum reſurrectio et vita: Qui credit ī me etiā
ſi mortuꝰ fuerit viuet: Et omnis qui viuit ⁊
credit in me nō morietur in ęternū: De mor-
te animę dixit: quę propter peccatoruꝫ ęgri-
tudines eueniet illi. Deus in natura miſeri-
cors eſt: paratus eſt ſaluare ꝑ miſericordiaꝫ
quos nō inuenit ſaluare per iuſticiam. Qui 1.Timoth.2.
vult omnes homines ſaluos fieri: ⁊ neminē
perire. Qui per prophetā ait: In quacunqꝫ Ezech.33.
die conuerſus fuerit peccator: vita viuet et
nō morieť. Quis q̄ſqꝫ ſit peccator et impiꝰ:
ſi ad pęnitentiam conuertitur: conſequi per
miſericordiam veniam non dubitet. In hoc
ſeculo pęnitentiam facientibus dei miſeri-
cordia ſubuenit: In futuro autem pęniten-
tia non proficit: ſed rationē noſtrorum ope-
rum reddituri ſumus. In hac vita tantum
pęnitentię patet libertas: poſt mortem nul-
la correctionis eſt licentia.

## Feria ſecunda poſt primā dominicā in quadrageſima: De extremo iudicio cogitando: Sermo I Ser.LXVI

r Ego vos fratres chariſſimi et cum A
grandi hūilitate admoneo: vt mihi
nullus ex vobis ſuccēſeat: aut forte

incõgruũ me ſuꝑfluũq; iudicet: quare vobis tã frequẽter tremendũ ⁊ vtiliter expaueſcẽdum diẽ iudicij inſinuare cõtendo. Si quis eñ eſt cui forte in hac parte diſpliceã: conſideret periculũ meũ: ⁊ audiat dominũ ꝑ pro-
Ezech.3. phetã ſacerdoti terribiliter cõminantẽ: Si nõ annũciaueris iniquo iniquitatẽ ſuã: ſanguinẽ eius de manu tua requirã. Et iterum:
Eſa.58. Clama inqt ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuã: ⁊ annuncia populo meo ſcelera eo-
B rum. Sed forte aliquis dicit: Quare nobis tã dura aſſidue ꝑdicant᷑? Quia meli⁹ eſt hic paruã amaritudinẽ ſuſtinẽ ⁊ poſtea ad ęternã dulcedinẽ ꝑuenire: q̃ hic habere falſum gaudiũ: ⁊ illic ſuſtinere ſine fine ſupplicium. Audite fratres nõ me ſed dominũ in euãge-
Matth.5. lio dicentẽ: Beati qui lugent: qm̃ ipſi conſo-
Luc.6. labunt᷑: Et vę vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis ⁊ flebitis. Et hoc attẽdite fratres: quia oẽs carnales medici quotiẽs ad eos qui in corpore ęgrotare vident᷑ veniunt: oĩa quę eis delectabilia eſſe videbant᷑ abſcidũt: ⁊ qđ dulce eſt ad integꝝ interdicũt. Aliquotiẽs etiã frigidũ accipere nõ ꝑmittũt: interdũ et amariſſimas potiones bibere cogũt: ⁊ aſperrimis ferramẽtis eorũ vulnera frequẽter incidũt. Hoc ergo qđ ꝓ ſanitate corpoꝝ carnales medici faciũt: ꝓ animaꝝ ſalute ſpiritales medici exercere contendũt. Hęc ego cogitãs fratres chariſſimi ⁊ tam ꝓ mea q̃ ꝓ veſtra ſalute rationẽ me redditurũ eſſe ante tribunal ęterni iudicis non ignorans: eligo aſpera quidẽ: ſed ſalubria vobis medicamẽta ingerere: vt vobiſcum poſtea in angeloꝝ conſortio ꝑpetua merear incolumitate gau-
C dere. Et hęc quidẽ nõ ideo ſuggero qđ vos admonitiones noſtras ſenſerim non libẽter accipere: ſed qꝛ me neceſſe ẽ ⁊ ꝓ vr̃a ⁊ ꝓ mea ſalute frequẽtius ꝑdicare: ſtudeo vr̃os aĩos ⁊ ad timendũ iudiciũ: ⁊ ad deſiderandũ pręmiũ excitare: vt exceptoria ſancti pectoris veſtri ad recõdendã ſpiritalẽ vindemiã ſicut ſemꝑ feciſtis: auxiliante dño fideliter ꝑparetis. Quotiẽs vobis durũ aliqđ ꝑdicam⁹: nõ hoc ideo dicimus qđ a vobis tale aliqđ fieri ſuſpicemur: ſed ideo iterũ illa quę nõ facitis denũciam⁹: vt illa in quib⁹ forte ꝑuenti fueritis: ſanare poſſim⁹. Solet eñ fieri: vt dum maiora timent᷑: minora celerius caueantur. Quo eñ tiriaca bibit᷑ ne corporib⁹ poſſint ꝑualere venena: hoc auſtera ꝑdicatione ge-
D ritur: vnde animaꝝ ꝑparent᷑ antidota. Certũ eſt fratres chariſſimi: q̃ ſi ſemꝑ beneficia dei noſtri quę nobis nullis ꝑcedẽtibus meritis noſtris collata ſunt aſſidue cogitam⁹: peccata nr̃a nobis aut nõ dominant᷑: aut ſi forte ſurrepſerint cito ꝑ pęnitentiã corriguntur. Quis eñ vel mente cõcipere: nõ dicam verbis poſſit exponere: quãta circa nos ſint dei noſtri beneficia? Fecit enim nos cum nõ eſſem⁹: reparauit nos poſtea cũ periſſemus. Mortẽ ſuſcepit: ꝑcioſo nos ſanguĩe liberauit: ad inferna deſcẽdit: de faucib⁹ nos ęternę mortis eripuit: cęlorũ nobis etiã pręmia ꝓmiſit. Hęc oĩa fratres dilectiſſimi pio ⁊ benigno animo cogitãtes: quãtum poſſumus cũ ipſius adiutorio beneficijs ſuis vicẽ repẽdere feſtinem⁹. Non reddamus mala ꝓ bonis: ſed quãtum poſſumus voluntati illius obtemperare fideliter ſtudeam⁹: totis viribus innitẽtes vt ꝑcepta ipſi⁹ magis nobis pariant de ſequacitate remediũ q̃ de tranſgreſſione iudiciũ. Nam quid faciemus cha- E
riſſimi in illo metuẽdo iudicij die: cũ tremẽte mũdo dñis ꝑcinẽtibus angelorũ buccinis in illo maieſtatis ſuę throno circũdatus cęleſtis militię luce cõſederit: ibiq; de terrę gremio ⁊ antiquo puluere ſuſcitato hũano genere: aſtante teſtimonio cõſciẽtię ſinguloꝝ: poſitis i cõſpectu peccatoꝝ pęnis iuſtorũq; ꝑmijs: rationẽ vitę cęperit poſtulare: ⁊ plus iam iuſt⁹ q̃ miſericors: ſeueritate iudicis cõtemptę miſericordię reos cęperit accuſare et dicere: Ego te o homo de limo manib⁹ meis feci: ego terrenis artub⁹ infudi ſpm̃: ego tibi imaginẽ noſtrã ſimilitudinẽq; ꝯferre dignatus ſum: ego te inter paradiſi delitias collocaui: tu vitalia mãdata cõtemnẽs: deceptorẽ ſequi q̃ deũ maluiſti? Cũ expulſus de paradiſo iure peccati mortis vinculis tenereris: virginalẽ vterũ ſine diſpendio virginitatis pariẽdus introiui: in ꝑſepio expoſitus et pannis obuolutus iacui: infantię cõtumelias hũanoſq; dolores quib⁹ tibi ſiſis fierẽ ad hoc ſcilicet vt te mihi ſimilẽ facerẽ ꝑtuli: irridentiũ palmas ⁊ ſputa ſuſcepi: acetũ cũ felle bibi: flagellis cęſus: vepribus coronatus: cruci affixus: vulnere ꝑfoſſus: vt tu eripereris morti: animã in tormẽtis dimiſi. En clauorũ veſtigia quibus affixus pependi: En ꝑfoſſum vulneribus latus. Suſcepi dolores tuos: vt tibi gloriã darem: Suſcepi mortem tuam: vt in ęternũ viueres. Conditus iacui i ſepulchro: vt tu regnares in cęlo. Cur qđ ꝑ

te ꝑtuli ꝑdidiſti? Cur ingrate redemptionis tuę munera renuiſti? Non te ego de morte mea quero: redde mihi vitam tuam ꝓ qua meā dedi. Redde mihi vitā tuā: quā vulneribus peccatorū indeſinēter occidio. Cur habitaculū qd̄ mihi in te ſacrauerā luxurię ſordibus polluiſti? Cur corpus meū illecebrarꝫ turpitudine maculaſti? Cur me grauiore criminū tuorū cruce ꝙ illa ī q̄ quōdā pependerā afflixiſti? Grauior em̄ apud me peccatorꝫ tuorū crux eſt in qua inuitus pendeo: ꝙ illa in qua tui miſert⁹ mortē tuā occiſurus aſcēdi. Cū eſſem impaſſibilis: ꝓ te pati dignat⁹ ſū: ſed tu deſpexiſti in homie deū: in infirmo ſalutē: in via reditū: in iudice veniam: in cruce vitā: in ſupplicijs medicinā. Et quia poſt oīa mala tua ad medicamēta pęnitentię cōfugere noluiſti: ab auditu malo nō mereberis liberari. Qui tūc erit ſtridor dentiū: cū ſanctorū multitudine ad dexterā regis ⁊ ad gloriā ſegregata: peccati ipſus in ꝓfundo tartari ſine vlla miſeratiōis ac venię ſpe demerſus: excludi ſe tenebris ſuis a beata ſanctorꝫ luce viderit: ⁊ in ꝓfundi ſinū ſine fine deſcēdens vrgente os ſuū puteo: ęterna ſupplicia ⁊ perpetuā mortē nō moritur⁹ aſpexerit? Fruſtra autem a paupere quem in hac vita deſpexit miſericordiā poſtulabit: fruſtra extremū lazari digitum quo ardens refrigereť ardentibus labijs rogabit apponi. O ꝙ vellet miſer cum pauperū gloriā viderit duris quōdam pauptatis ſubiacuiſſe laborib⁹: ⁊ in illa vita quę cum vita morerenť mala portaſſe: ne ad illa ęťna mereret̄ ſupplicia ꝑuenire. Ut ꝗ hęc tam dura et tam terribilia ante illud tribunal ęterni iudicis audire nō mereamur: duꝫ adhuc licet ⁊ cum dei adiutorio in poteſtate noſtra eſt cōſideremus cōſcientias noſtras: ⁊ ſi aliqua crimina vel peccata capitalia necdum elemoſynis ⁊ oratiōib⁹ purgata nobis adhuc dominari cognoſcim⁹: portū pęnitentię deuictis peccatorꝫ fluctib⁹ chriſto iuuante feſtinemus intrare: Et ſi quid in nauicula animę nr̄ę multis tēpeſtatib⁹ peccatorꝫ aut ꝑ ſupbiā fractū: aut ꝑ auariciā ruptū: aut ꝑ luxuriā reſolutū eſſe cognoſcim⁹: cōponere vel reparare bonis operib⁹ feſtinem⁹. Studeamus iugiter vitiorū exhaurire ſentinaꝫ. Non em̄ nocent peccata ꝑterita: ſi non placent ꝑſentia. Sicut em̄ nulli iuſtorū ſufficit iuſticia ſua ſi nō ꝑſeuerauerit vſqꝫ in finem: ita nulli peccatorꝫ nocere poterit iniquitas

Ps.68.

Luc.16.

ſua: ſi anteꝙ de corpore iſto diſcedat: ad elemoſynarū remedia vel ad pęnitentię medicamēta cōfugerit. Sed quia quādo vel qua hora de hoc ſeculo rapiamur ſcire nō poſſumus: ſine vlla dilatione vel mora de ſiniſtra fugere feſtinem⁹ ad dexteram. Nō ſanitati: nō etati credendū eſt. Non in remediū ſalutis ſuę ſemꝑ tardādus eſt: qui vitę ſuę ſemꝑ incertus eſt: q2 qui nos ſecuros fecit dicēdo: Peccator in qua die cōuerſus fuerit: omnes iniqtates illius obliuioni tradunť: ipſe nos etiā cautos eſſe voluit dicens: Nolite tardare cōuerti ad dominū: nec differatis de die ī diem. Sed forte quādo generaliter oēs ad pęnitentiā ꝓuocamus: aliquis intra ſe cogitet dicēs: Ego iuuenis homo vxorē habēs: quomō poſſū aut capillos minuere: aut habitū religionis aſſumere? Nec nos hoc dicimus fratres chariſſimi: nō hoc ꝑdicamus vt iuuenes qui cōiugia habere videnť habitū magis ꝙ mores habeant cōmutare. Quid em̄ homini vxorē habēti nocet: ſi mores ꝑditos voluerit ad opera bona vel honeſta conuertere: ſi peccatorꝫ ſuorū vulnera elemoſynis: ieiunijs ⁊ oratonib⁹ ad ſanitatē priſtinā ſtudeat reuocare? Uera em̄ cōuerſio ſine veſtimētorꝫ cōmutatiōe ſufficit ſibi. Ueſtimēta ꝟo religioſa ſine bonis operib⁹ nō ſolum remediū habere nō poterūt: ſed etiā iuſtum dei iudiciū ſuſtinebūt. Cōuertamur ergo ad meliora: dum in nr̄a ſint poteſtate remedia. Hic extinguamus mortē moriēdo peccatis: hic vitā vitę meritis acqramus: ꝑſtante domino nr̄o ieſu chriſto: cui eſt honor et imperium cum patre ⁊ ſpū ſancto in ſecula ſeculorum: Amen.

Ezech.18.

Eccl.5.

## Feria tertia poſt primā dominicā ī quadrageſima: de beato Abraham: Sermo I

Sermo LXVIII. A

Gen.15.

e Redidit abrahā deo: ⁊ deputatū eſt illi ad iuſticiā. Ecce ſine opere iuſtificať ex fide: ⁊ quicqd illi legali poſſet obſeruatiōe cōferri: totū credulitas ſola donauit. Ipſe ſibi fuerat lex qui legē nō acceperat: natura tn̄ quicqd legis fuerat obſeruabat. Abrahā pater nr̄ radicē fidei nominiſqꝫ chriſtiani habebat: qui cū ex ꝓprietate genuina ad incerta atqꝫ peregrina iubereť exire: tota deuotiōe cōpleuit: Cui in re tam dura nulla dubitatio fuit: ſed ſententiā dei

Gen.12. tanq̃ qui optare videret̃ accepit. Exi inquit
dominus de terra tua: ⁊ de cognatione tua:
B ⁊ veni in terrã quã monſtrauero tibi. Nouũ
ꝓbatiõis genus: habẽti ꝓpria exilia indice-
re ꝑegrina: ingerere laborẽ itineris q̃eſcẽti:
impare penuriã poſſidẽti: ⁊ tantarũ facilta-
tũ dño: neceſſitatẽ imponere ꝑegrinãdi. Li-
benter tamen fides accepit: quicq̃d arduum
videbat̃ incredulis. Cui nõ eſt magis dulce
proprium tugurium q̃ palacia peregrina: ⁊
voluntaria caſa q̃ digeſta prętoria? Leue
cuiq̃ non eſt dimittere ꝓpria et ſectari alie-
na incerta: dimittere quod ſciaſ: quęrere qđ
ignoras. Quis enim propria ſine dolore de-
ſeruit: aut ſine lachrymis dereliq̃t? Cui nõ ẽ
durum illos conſcios nataliũ parietes: dul-
cia illa limina atq̃ amabilem larem: quem
⁊ parentum memoria: ⁊ ipſius infantię rudi-
menta cõmendant: vbi cunabula illa noui ⁊
mox orientis hominis famulabant̃: vbi ſe-
cura alludẽs infantia inter lucis primordia:
aut pueriles anni ſimplicitate fęliceſ: q̃s ſibi
inter laſciuos atq̃ ipi⁹ ętatis luſus v̄naculo
genuina ſola neceſſitas exhibebat? Int̃ hęc
ergo tam blanda: tam dulcia: quę omni fue-
rant difficultate relinquẽda: Exi ait de terra
tua. Quis hoc ſine fidei viribus libẽter au-
diret? Leuius probaret̃: ſi vl̃ nomẽ loci quo
C perrexiſſet audiret. Proficiſcit̃: pergit ſocia
ſcilicet credulitate: coniuge comite it ſecur⁹:
it fretus: ꝓmiſſum ſibi fidei laborib⁹ exacru-
rus: plus ſperans de incerto q̃ fuerat ſecu-
rus de proprio. It ergo per deſertas ſolitu-
dines: ꝑ inuias ſedes: ꝑ naturę ſecreta: vbi
hominis veſtigiũ necdum rudis terra cogno
uerat: ⁊ inter illa omnia q̃ dei imperio dere-
liquerat: non tuguriũ: non caſam: ſed inter
ipſa camporũ ſileſcentiũ formidoloſa ſecre-
ta hoſpes tantũmodo cęli terręq̃ nullũ ſuf-
fugium quo diuerteret inueniebat. Excepit
tamen abraham peregrinum quercus arbor
humana: quę venientem abraham atq̃ ęſti-
uo ſole decoctum amęnitatis ſuę vmbracu-
lo refoueret: cuius ſylueſcentis nemoris co-
mata luxuries in ęſtiuum tempus diem et
vrentis ſolis vaporiferos radios ramorum
frequentia ſuſpẽdebat: vt quicquid iniuria
temporis irrogabat: omne auferret ⁊ ramo-
rum ⁊ foliorũ dẽſitas. Ingredit̃ ergo lucum
arboris abraham: ſub qua conſtruit̃ quale-
cunq̃ ſuffugium: anguſtũ quidem homini:
ſed ſufficiens maieſtati. Dignum tamẽ deo
palatium fides deuota pingebat: in quo fu-
iſſet maieſtas ſuperna pranſura. Cum ergo D
illic poſitus curioſis oculis cęlũ intentaret:
ecce ſubito in trium virorũ ꝑſona maieſtas
incorporea deſcendit. Accurrit: ꝓperat: ma-
nus ſupplices tendit: ⁊ tranſeuntium genua
oſculat̃. Domine ait ſi inueni gratiã corã te: Gen.18.
ne tranſieris puerum tuum. Videtis: abra-
ham tribus occurrit ⁊ vnum adorat. Trina
vnitas: ⁊ vna trinitas. Sumat̃ aqua: lauẽ-
tur pedes veſtri: ⁊ refrigerate ſb arbore iſta:
⁊ afferam panem ⁊ manducabitis: et poſtea
tranſibitis in viam veſtram. Et dixerunt ei:
Fac vt dixiſti. Seruat ſemꝑ in bonis tenorẽ
ſui perfecta iuſticia: offert peregrinis hoſpi-
tium qui non habet tectũ: et cũ ſit omni do-
micilio viduat⁹: domiciliũ quale neceſſitas
ꝓcurabat exhibuit tranſeuntib⁹. Et licꝫ illa
minora fuerint quę offerebant̃: locorũ angu-
ſtijs magnitudinẽ dederat fides: q̃ contem-
ni nõ meruit a deo. Diuertũt ad arboris ho-
ſpitium: qđ abrahã deo iam fecerat dignũ.
Interea cõſpergit̃ ſimilago: fiunt encriſię:
mactat̃ et vitulus. Et ſi illis diuinitas non
eguit: iuſticia tamẽ quod optabat impẽdit.
Ecce ad humanã mẽſam cęleſtis ſublimitaſ
recũbebat: cibus capit̃: pranſitat̃ ⁊ cõtuber-
nali colloquio inter hominẽ et deũ familia-
ria verba miſcent̃. Et quia apud deũ infru- E
ctuoſa hoſpitalitas eſſe non potuit: ſtatim
preciũ mercedis accepit. Datur filius ſeni:
dat̃ poſteritas deſperanti: accepit ſenectus
qđ minime potuit habere iuuẽtus. Ad hoc Gen.18.
inquit tempus veniã: ⁊ erit ſarę filius. Cũq̃
ſeniles anni ⁊ emortua ſarę viſcera hoc poſ-
ſe fieri denegarent: dedit tamẽ diuinę pro-
miſſioni credulitas fidem. Patrẽ inq̃t mul- Gen.17.
tarũ gentiũ poſui te. Repletus eſt bonis: q̃
qđ ei ꝓmiſit impleuit. Ecce in ipſo vitę mar
gine ſenectutis nondũ ꝓlatis legibuſq̃ reci
tatis: aſſerimus abrahã q̃ fuerat religioſuſ:
⁊ qui fuerat in cultura iuſtior: fuerit in credu
litate ꝓbatior. Ecce eñi ſenex ille maritus: q̃
cũ adhuc vnũ non habebat: in vno tñ deus
innumerabiles ꝓmittebat. Ecce exhauſtis
viſceribus dixit deus ad abrahã: Suſpice i Gen.15.
cęlũ et numera ſtellas: ſic erit ſemen tuũ. Et
credidit abrahã deo: ⁊ deputatum eſt illi ad F
iuſticiã. Defecerũt ſarę venire muliebria: q̃ Gen.18.
iam laſſa defecerant membra. Totũ corpus
ſulcat̃ in rugas: fit parata fronte ⁊ exhauſta
ſenectute. Deficiẽte ſanguĩe in venis triſtis

ſenectus delaſſatur: ſed diuino iudicio eta-
tio feruor accendit. Meliorem facit diuina
ꝓmiſſio matrem: quã etas nõ fecerat gene-
rare. Accepit genitrix nomen quod ei ſterili-
tas temporis ſubtraxerat: Longe deficiẽti-
bus membris iſaac concipit: ſubito inanes
ac marceſcentes vene rediuiuo ſanguine fer
buerũt: ⁊ emortua ſeni viſcera calefacto ſan-
guine vaporata vſ ad partum inquilinis
ſunt caloribus animata. Juuenilis etas in-
caluit: et calefacto ſanguine vaporauit. Fit
anus feta: fit ſenex grauida: creſcit venter ꝑ
dies ſingulos: ⁊ cõualeſcẽte partu tumeſcen
tis vteri capax ſinus extendit. Fit ſarcina ⁊
deſideratus affectus ex viſceribus laſſis:
onus nimiũ exoptata poſteritas. Portabat
vterum grauem talis mater: que inanis am
bulare vix poſſet. Sed quia credulitatis fue
rant que acceperat: defecta viſcera fides va-
lidior animabat. Marcide mamme quas in
vacuos folles ſubducti ſuci detrimẽta laſſa-
uerant: lactei fontis vbertate tendunt. Fit
mater in pectore: fit mater i partu: fit inquã
mater que auia fuerat per etatem. Dedit fi-
des vetuſtis nouorũ viſceribus igneos. Sic
iſaac credulitate naſcitur: vt eorum fideo in
ꝓgenie enarret in ſecula: Amen.

## Feria quarta poſt primã dominicã in quadrageſima: de Jeiunio: cataclyſmo ⁊ arca Noe: Sermo I

Ser.LXIX.

A b Os ſancte quadrageſime dies fra-
tres chariſſimi debemus omni cum
veneratione ſuſcipere: nec longiorẽ
numerũ huius temporis faſtidire: qa quãto
plures dies ſunt ieiunij: tanto maior eſt cau
ſa remedij. Quanto prolixior abſtinẽtie cur-
ſus: tanto redemptio copioſior eſt ſalutis.
Quanto auſterior cura vulnerũ: tanto me-
dicina eſt ſalubrior peccatorꝫ. Deus eñ qui
eſt noſtrarũ medicus animarũ: congruens
tempus inſtituit: qd ⁊ iuſtis ſatis ſit ad ado
randum: ⁊ peccatoribꝰ ſufficiat ad rogandũ.
Jlli requiem poſtulantes: hi veniã depcan-
tes. Congruens enim tempus eſt quadrage
ſime nec breue eſt ad exorandũ: nec longum
eſt ad promerendum. Quadraginta enim
dierum ieiunijs: queuis iniquitas pecca-
toris exorari poteſt: et quantauis ſeueritas
iudicis mitigari. Jlli longum ⁊ faſtidioſum
forte ſit tempus: qui nec orat de culpa: nec
ſperat de venia. Deſperatio enim nec confi-
teri de ſcelere: nec indulgentiã nouit ſperare
de iudice. Sanctus igit ⁊ ſalutaris quadra- B
geſime curſus eſt: quo adducit ad miſericor-
diam peccator per penitentiã: iuſtus ad re-
quiem. His enim diebus ſolito amplius et
diuinitas miſeret et delinquentia deprecat
⁊ iuſticia ꝓmeretur. Patent enim omnia: et
celi ad indulgentiã: et peccator ad confiten-
dum: ⁊ lingua ad poſtulandum. Salutaris
inquã ⁊ myſticus eſt quadragenarius nume
rus. Nam primũ cum mundi faciem iniqui- Gen.7.
tas hominũ poſſideret: tot dierum curricu-
lo deus effuſis de celo imbribus: vniuerſam
terrã diluuio ſupfudit. Uides ergo iam illo
tempore myſteriũ in figura diſpoſitũ. Nam
ſicut tunc quadraginta diebus pluit ad pur
gandum mũdum: ita et nunc quadraginta
diebꝰ miſeret ad hominẽ purificandũ: qꝗ
⁊ illius temporis diluuiũ miſericordia dicẽ-
da eſt: quo iniquitas oppreſſa eſt: et iuſticia
conſeruata. Pro miſericordia enim factum
eſt: vt ⁊ iuſti euaderent: ⁊ iniqui amplius nõ
peccarent. Pro miſericordia plane vidimus
illud fuiſſe diluuium: quo veluti baptiſmo
quodã totius eſt mundi facies innouata: ſci
licet vt qui perditorũ hominũ ſcelere ſorde-
bat ad crimina: beati Noe habitatione flo-
reret ad gratiã: ⁊ qui iniquitatis erat purga
torium tunc: modo fieret domiciliũ ſanctita
tis. Diluuium inquã illud: huius noſtri fuit
ſimilitudo baptiſmatis. Hoc eñ tunc geſtũ
eſt quod nunc agit: hoc eſt vt exuberantibꝰ
aquarum fontibus periclitarent vitia: iuſti-
cia ſola regnaret: mergerent in ꝓfundũ pec-
cata: ſanctitas vicina celo portaret. Modo
enim ſicut dixi hoc quod nunc agit in eccle-
ſia chriſti: ſicut Noe arca ſubmerſis omnibꝰ
vitijs peccatorũ: ita baptiſmatis fonte celo
vicina portat eccleſia: et deletis omniũ ſup-
ſtitionibus idolorum: fides regnat i terris:
que de ſaluatoris arca ꝓcedit. Sanctũ ergo C
⁊ ſacratum quadrageſime tempus eſt: quod
ſtatim ab initio cepit inter iuſtos ⁊ iniuſtos
diſcernere: bonos a malis quodam iudicio
ſeparari. Quod quidem ſimiliter fieri etiam
in hac noſtra quadrageſime obſeruatione
pſpicimus. Nam per hos quadraginta dies
ſeparant mali a bonis: hoc eſt luxurioſus a
caſto: a ieiuno intemperãs: a chriſtiano gen
tilis. Separatur inquã malus a bono: hoc
eſt peccator a iuſto: diabolus a ſancto: here-

ticus a fideli. Relictis enim his omnibus ad
ſimilitudinem diluuij tanq̃ in naufragio ſe-
culi: ſola ad inſtar arce illius in altum cum
D ſuis virtutib⁹ eleuatur eccleſia. Nam et nos
etſi peccatores: ad imitationem ſancti Noe
annũciamus vobis mundi futurum eſſe ex-
cidium: ⁊ illos tantũmodo dicimus pericu-
lis euaſuros: quos triplex arca inter ſe gre-
mio religionis incluſerit. Triplex enim arca
eſt eccleſia: que trinitatis continet ſacramẽ-
Gen.6. tum. Nam cum dicit ſcriptura: Bicameratã
et tricameratam eam fuiſſe: vtriq̃ demõſtrat
tripliciter diuinitatis illam gratiam eſſe di-
ſtinctam. Annũciamus igitur ſicut noe mũ-
di futurum eſſe naufragiũ: ⁊ ad hanc domũ
confugere omnes homines admonemus.
Et ſicut noe filios ſuos in arca recepit: ita et
nos filios noſtros optemus in iſta arca ſuſci-
pere. Quiſq̃ enim in hac domo vult habi-
tare nobiſcu͠: noſter eſt filius. Sed dicit ali-
quis: ſancti noe p̄dicationis vocem in ſcri-
pturis minime eſſe deſcriptam. Audi igitur
Noe ⁊ ſi tacebat voce: opere loquebat̃: ſile-
bat lingua: fabricatione clamabat. Nã vti-
q̃ cum operaretur opus nouum ⁊ nulli ali-
quando compertũ: admonebat cunctos no-
uis periculis: noua tabernacula preparari.
Loquebat̃ ergo opere: ⁊ dicebat illud euan-
Iob.10. gelicum domini dictum: Si mihi non credi-
tis: operibus credite: ⁊ credendo periculum
euadere poteritis: preſtãte domino nr̃o ieſu
chriſto q̃ viuit ⁊ regnat cum patre ⁊ ſpũſan-
cto in in ſecula ſeculorũ: Amen.

## Item eodem die de Jeiunio ali⁹ ſermo factus ad fratres in heremo: qui inter ſermones ad eoſdem habetur. xxv.

## Item eodẽ die Homelia de euãgelio dici: que habet̃ de queſtionibus euangeliorũ libro. j. capi. vij. et. ix.

## Feria quinta poſt primam dominicã in quadrageſima: de tribus viris qui beato Abrae apparuerunt:

Ser.LXX. Sermo I

A Requẽter admonui charitatem ve-
ſtram fratres dilectiſſimi: vt his le-
ctionibus que diebus iſtis in eccle-
ſia recitantur: non hoc tantũ attendere de-
beam⁹ quod ex littera ſonare cognoſcim⁹:
ſed remoto velamine littere: viuificantẽ ſpi-
ritum fideliter requiramus. Sic enim dicit
apoſtolus: Littera occidit: ſpiritus autem 2.Cor.3.
viuificat. Deniq̃ infelices iudei ⁊ plus infe-
lices heretici: dum ſolum littere aſpiciunt 1.Retrac.13.
ſonum: quaſi corpus ſine anima: ita ſine vi-
uificante ſpiritu mortui remanſerunt. Nos
audiamus apoſtolum dicentem: Quia hec 1.Cor.10.
omnia in figura contingebant illis: ſcripta
ſunt autem propter nos. Videamus ergo B
quid ſit quod modo cum diuina lectio lege-
tur audiuimus. Viſus eſt inquit deus abra- Gen.18.
he cum ſederet ad oſtium tabernaculi ſui
ad ilicem mambre. Ecce inquit tres viri aſti-
terunt ſup eum: ⁊ exijt in occurſum eius. At-
tendite fratres ⁊ videte qualiter deus appa-
ruit abrahe: ⁊ qualiter apparuit loth. Ad ab-
raham tres veniunt et ſtant ſuper eum: ad Gen.19.
loth duo veniunt ⁊ ſedent in platea. Vide-
te fratres: ſi non diſpenſatione ſanctiſpirit⁹
pro meritis res geruntur. Etenim loth lon-
ge inferior erat abraham. Niſi enim inferior
fuiſſet: a beato abraham ſeparari non meru-
iſſet: nec ei ſodomoru͠ habitatio placuiſſet.
Veniunt ergo ad abraham tres viri in me-
ridie: venerunt ad loth duo ⁊ veſpere veni-
unt. Non enim ſuſtinebat meridiane lucis
magnitudinẽ loth: abraham vero poterat ple-
num fulgorem lucis excipere. Nunc videa- C
mus qualiter abraham: ⁊ qualiter loth ſuſce-
perunt venientes. Preſumpſit abraham et
occurrit obuiam eis: ⁊ cum occurriſſet: feſti-
nat ad tabernaculũ: et dicit ad vxorem ſuã:
Feſtina inquit et conſperge tres menſuras Gen.18.
ſimilaginis: ⁊ fac ſubcinericios panes: q̃d
grece engriphias dicit̃: occultos videlicet et
abſconditos indicans panes. Ipſe autem
abraham ad armentũ cucurrit: et accepit vi-
tulum. Qualem vitulum? Forte qui potuit
primus occurrere: non ita eſt: ſed vitulũ bo-
num et tenerum. Tulit ergo vitulum: et de-
dit puero. Puer inquit feſtina facere eum.
Videte fratres: attendite q̃ feruenti animo
hoſpites debeatis excipere. Ecce ipſe abra-
hã currit: vxor feſtinat: puer accelerat. Nul-
lus eſt piger in domo ſapientis. Ecce equa-
lia ſunt abrahe et ſare hoſpitalitatis officia.
Loth vero excepit quidem: ſed duos tm̃ et
nõ integram trinitatem: nec in meridie: ſed
ad veſperum. Et quid eis appoſuit? Coxit

Gen.19. inquit azyma: ⁊ comederunt. Et quia meritis multo inferior erat abraham: nec vitulum ſaginatum habuit: nec in tribus menſuris ſimilaginis myſterium trinitatis agnouit: Attamen quia vel hoc quod potuit benigno animo obtulit: de perditiōe ſodomorum liberari promeruit. Attendite fratres: quia etiam ⁊ loth dum hoſpites non repellit: angelos excipere meruit. Ecce hoſpitalem domum angeli ingrediuntur clauſe hoſpitibus domus flammis ſulphureis cōcre-
D mantur. Venerunt ergo tres viri ad abraham: ⁊ ſteterunt ſuper eum. Hoc ipſum videte: quare ſit ꝙ ſuper eū veniunt: non contra eum. Subiecerat ſe voluntati dei: ⁊ ideo ſuper eum ſtare dicitur deus. Aſtiterunt inquit ſuper eum: non contra eum ad repellendum: ſed ſuper eum ad protegendum. Tres viros ſuſcepit: tribus menſuris panes apponit. Quare hoc fratres: niſi quia myſterium trinitatis intelligit? Apponit ⁊ vitulum: qui vitulus non eſt durus ſed tener. Et quid tā tenerum: quid tam bonum: ꝙ̄ eſt ille qui ſe
Luc.15. ꝓ nobis humiliauit vſqꝫ ad mortem? Ipſe eſt ille vitulus ſaginatus: quem pro recepto
Joh.3. pœnitente filio iugulat pater. Sic enim dilexit deus mundum: vt filium ſuum vnigeni-
Gen.18. tum daret. Tribus ergo occurrit abraham: ⁊ vnum adorat. In eo autem ꝙ tres vidit: ſicut iam dictum eſt: trinitatis myſteriū intellexit: Ꝙ autē quaſi vnū adorauit: in trib⁹ ꝑſonis vnū deū eē cognouit. Ad vnū loquit̄ dicēs: Declina ad puerū tuū. Adeſt etiā ꝙ̄ſi ad homies loquēs: Accipiā inqͭ aquā: et la-
E uentur pedes veſtri. Diſcite fratres a beato abraham: hoſpites libenter excipere: pedes eorum cū humilitate ⁊ pietate abluere. Lauate inquit ſanctorū peregrinantiū pedes: ne forte in illis remaneat puluis: quem ad iudicium veſtrum poſſint de pedibus ſuis
Matth.10. excutere. Sic enim in euangelio dixit: Qui non ſuſceperit vos: exeuntes excutite puluerem de pedibus veſtris. Amen dico vobis: tolerabilius erit terrę ſodomorum in die iudicij: ꝙ̄ illi ciuitati. Hoc ergo preuidebat in ſpiritu abraham: et ideo volebat ꝯuenire et lauare pedes: ne quid forte pulueris reſideret: quod ad teſtimonium incredulitatis excuſſum poſſet in die iudicij reſeruari. Propterea ergo dicit ſapiens abraham: Accipiā aquam: ⁊ lauentur pedes veſtri. Diligenter hęc audite fratres qui hoſpitalitatem exercere nō vultis: qui hoſpitē velut hoſtem excipitis: Ecce beatus abrahā dum homines ferueter exciperet: ipſum deum ſuſcipere hoſpitalitatis contemplatione ꝓmeruit. Hoc etiam in euangelio chriſtus confirmauit dicens: Hoſpes fui: ⁊ ſuſcepiſtis me. Nolite ꝙ̄ Matth.25.
negligere peregrinos: ne forte quem nō excepiſtis ipſe ſit chriſtus. Vbi tamen factum F
ſit hoc? Ad ilicem mambre: quod in latina lingua interpretat̄ viſio: ſiue ꝑſpicacia. Vides qualis ſit locus in quo dominus poteſt habere conuiuiū? Delectauit enim eū viſio ⁊ ꝑſpicacia abrahę. Erat enim mundus corde: vt poſſet deum videre. In tali ergo loco ⁊ in tali corde: poteſt dominus habere cōuiuium. De iſta viſione dominꝰ in euangelio locutus eſt ad iudeos dicens: Abraham ex- Joh.8.
ultauit vt videret diem meum: vidit ⁊ gauiſus eſt. Diem inquit meū vidit: quia myſterium trinitatis agnouit. Vidit patrem diē: filium diem: ſpiritū ſanctū diem: ⁊ in his tribus vnum diem: ſicut ⁊ pater deus et filius deus et ſpiritusſanctꝰ deus: et hi tres vnus deus. Nam ⁊ ſingillatim ſingulę queqꝫ perſonę plenꝰ deus: ⁊ totę tres ſimul vnus deꝰ. Nam et illis tribus menſuris ſimilaginis: propter vnitatem ſubſtantię non incōgrue pater ⁊ filius ⁊ ſpiriſſanctus intelligit̄. Nō tamen ⁊ alio modo poteſt accipi: vt ſaram intelligamus eccleſiam: tres menſuras ſimilaginis fidem: ſpem et charitatem. In his enim tribus virtutibus: vniuerſe fructus cōtinent̄ eccleſię. Qui hec tria i ſe meruerit habere: ſecurus poteſt ad cōuiuium cordis ſui totam trinitatē excipere. Poſt hęc dixit do- G
minus ad abrahā: Clamor ſodomorū et go- Gen.18.
morrę aſcendit ad me: deſcendi ergo vt viderem: ſi ſermo qui venit ad me opēre compleatur: an non eſt ita vt ſciam. Hęc ſcripturę ſunt verba: videamus quid in his intelligi dignum ſit. Deſcendi inquit vt viderem. Quando ad abraham reſponſa redduntur: non dicit̄ deſcendere deus ſed ſupra ipſum aſtare: nunc autē quia peccatoꝝ cauſa agit̄: deſcendere dicitur deus. Vide ne aſcenſionem ⁊ deſcenſionem localem ſentias. Indignum eſt hoc de incorporea ⁊ vbiqꝫ tota ſentire ſubſtantia. Sed deſcendere dicit̄ deus: quando curam humanę fragilitatis habere dignat̄. Quod ſpecialius de domino ac ſaluatore noſtro ſentire debemus: qui ſemet- Phil.2.
ipſum exinaniuit: ſerui formam accipiens.

Gen.18. Sed videamus quid eſt quod dicit: Deſcendi vt viderem: vtrum ſermo qui ad me peruenit opere completus ſit: an non eſt ita vt
H ſciam. Solent eñ nos hinc impugnare pagani: ꝛ maxime imundiſſimi manichei dicẽtes: Ecce neſciebat deus legis: quid ageret in ſodomis. Nos enim ſano intellectu reſpondemus et dicimus: quod aliter dicitur deus noſſe iuſtos: aliter nouerit peccatores.
2.Timoth.2. Deniq̧ de iuſtis quid dicit? Nouit domin⁹ qui ſunt eius. De peccatoribus quid dicit?
Matth.7. Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quia nõ noui vos. Et iterum paulus
1.Corf.14. apoſtolus: Si quis ẽ domini: intelligit que dico: qui autẽ ignorat ignorabit. Quid eſt ergo: Neſcio? Nõ noui vos: non vos agnoſco in regula mea: non in vobis recognoſco imaginem meã. Cognoſcit in vobis iuſticia mea quod puniat: ꝛ non cognoſcit miſericordia qđ coronet: ac ſic quoꝝ act⁹ indigni deo ſunt: indigni etiam noticia dei dicunt. Deſcendi ergo vt videam: nõ vt ego quid agũt ſciam: ſed vt ipſos ſcientia mea dignos efficiam: ſi quos ipſorũ inueniã iuſtos: ſi quos inueniam penitẽtes: ſi quos tales quos debeam ſcire. Deniq̧ quia nullus qui peniteret: nullus qui conuerteret inuentus eſt preter loth: ipſe ſolus cognoſcit: ipſe ſolus de incendio liberatur. Nos xo fratres demus operã: ꝛ tales eſſe cũ dei adiutorio laborem⁹ vt digni habeamur noticia dei: vt nos ꝛ agnoſcere digne et ſcire: ꝑſtante dño nřo ieſu ꝛc.

Item eodem die alius ſermo factus ad fratres i heremo: qui inter ſermones ad eoſdem habet. xlvi.

Item eodem die Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Johannem: Dicebat ieſus ad eos qui crediderũt ex iudeis ꝛc. que habet in expoſitiõe doctoris Ibidẽ.

Item eodem die alia Homelia de eodem: que habet inter ſermones de Verbis domini: xlviii.

Feria ſexta poſt primã dominicã in quadrageſima: De immolatione
Ser.LXXI. Iſaac: Sermo I
A Ectio illa fratres chariſſimi in qua
1 beatus abraham iſaac filium ſuum in holocauſtũ legitur obtuliſſe: ideo in ordine ſuo diebus quadrageſime non recitatur: quia ſicut ipſi noſtis: in vigilijs paſche ꝓpter ſacramentũ dominice paſſionis reſeruat. Et quia tunc nõ eſt in ſpacio: vt de ipſa poſſit aliquid dici: nũc ſi iubetur: expoſitionem eius ſm quod eam patres noſtri inſpirante domino tractauerũt: charitatis veſtre auribus quãtum poſſumus breuiter intimemus. Dixit ergo domin⁹ ad abrahã:
Gen.22. Tolle filium tuũ quem diligis iſaac: ꝛ offeres eum mihi in holocauſtũ ſuper vnũ montium quem monſtrauero tibi. At ille ſurgẽs ſtrauit aſinam: ꝛ tulit ſecum duos pueros ꝛ iſaac filium ſuũ: ꝛ puenit ad locum quem ei oſtenderat domin⁹: die tertia. Abrahã enim
B quando iſaac filium ſuũ obtulit: typum habuit dei pr̃is: Iſaac xo typum geſſit domini ſaluatoris. Quod autẽ ad locum imolationis die tertia puenitur: myſteriũ trinitatis intelligit. Nam qđ dies tertius in ſacramẽto vel myſterio accipi debeat trinitatis: frequẽter in voluminibus ſacris inuenit: ſicut in Exodo. Viam inquit trium dieꝝ ibimus
Exo.5. in deſertũ. Et iterum quãdo ad montẽ ſina
Exo.19. ventũ eſt: dictũ eſt populo: Sanctificamini ꝛ eſtote parati in diem tertiũ. Et ioſue trãſi
Joſue.1. turus iordanem: vt in die tertia popul⁹ paratus ſit admonuit. Et domin⁹ die tertio re
Matth.28. ſurrexit. Hoc ideo diximus: qꝛ beatus abraham die tertio venit ad locum: quem ei oſtẽderat dominus. Duo pueri quos cum aſina abraham remanere iuſſit: typum habuerũt populi iudeorũ: qui ꝓ eo quod in chriſto nõ erant credituri: ideo ad locum vbi immolandus erat: aſcendere vel peruenire non poterant. Aſina illa ſignificauit ſynagogam: aries xo ille qui inter ſpinas cornibus tenebatur: ꝛ ipſe typum domini habuiſſe videtur. Nam ꝛ chriſtus quaſi cornibus inter ſpinas
Matth.27. herebat: quãdo ad crucis cornua clauorum cõfixione pendebat. Q̄ xo iſaac ipſe ſibi ad
C imolandum ligna detulit: ꝛ in hoc chriſtum dominũ figurauit: qui ad locum paſſionis crucem ſuam ipſe portauit. De quo myſterio multo ante dictum fuerat per ꝓphetam: Et
Eſa.9. erit inquit principatus eius ſuper humerũ eius. Tunc enim chriſtus principatũ ſup humerũ eius habuit: quando crucem ſuam admirabili humilitate portauit. Nõ incõgrue crux chriſti ſignificat principatum: Nam p ipſam ꝛ diabolus vincit: ꝛ totus mũdus ad chriſti noticiam vel gratiã reuocat. Deniq̧ ſic ꝛ paulus dicit: cum de paſſiõe domini loqueret: Factus inquit obediens patri vſq̧
Phil.2.

ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis: ꝓpter quod et deus illum exaltauit: ⁊ donauit illi nomen quod eſt ſup omne nomen. Hoc ideo diximꝰ fratres: vt agnoſceret charitas veſtra qđ pncipatus chriſti de quo ſcriptũ eſt: Et erit pncipatus ſuper humerũ eius: non ſit aliud niſi crux eius: ⁊ ideo lectio ipſa in paſcha legitˀ quando iſaac verus: cuius typum gerebat filiꝰ abrahe ꝓ genere humano patibulo crucis affigitur. Legitur etiam in ipſa lectione ꝙ veniens beatus abraham cum filio ſuo: viderit locum a longe: et dixerit ad pueros: Sedete hic cũ aſina: ego ⁊ puer ꝓficiſcemur: et cum adorauerimus: reuertemur ad vos. Quare pueris q̃ figurã habuerũt iudeorum dicitˀ: Sedete hic cũ aſina? Nonne aſinã illã ſedere fecit frẽs chariſſimi? Sed io dicitˀ: Sedete cũ aſina: q: iudeorum ꝑplus q̃ ĩ chriſtũ crediturꝰ nõ erat: ſtare nõ poterat: ſed vt debilis ⁊ velut peccator languidꝰ qui baculũ crucis deſpexerat: in terrã caſurꝰ erat. Dixit ergo abrahã beatꝰ: Sedete hic cũ aſina: ego ⁊ puer ꝓficiſcemur: ⁊ cũ adorauerimꝰ reuertemur ad vos. Quid ẽ qđ dicis beate abrahã? Ad immolandũ filium vadis: et dicis cum filio reuerteris? Si eum in holocauſtũ obtuleris: vtiq̃ tecũ redire non poterit. Potuit reſpõdere beatus abrahã: Verum dico: et offero filiũ: ⁊ cum filio reuertar ad vos. Tanta eſt fides mea: vt credam quod ille qui mihi eũ de matris ſterilis vtero dignatus eſt dare: poſſit etiã eum mortuũ ſuſcitare: ⁊ ideo verum dico: quia cum adorauerimus reuertemur ad vos. Quod autem aries occiſus eſt: et iſaac non eſt occiſus: ideo factum eſt: quia iſaac figura ⁊ veritas non erat: in ipſo deſignatum eſt qđ poſtea in chriſto completum eſt. Videte deũ cum hominibꝰ magna pietate certantẽ. Abrahã mortalem filium non moriturũ obtulit deo: ⁊ deus imortalẽ filiũ ꝓ hominibus tradidit morti. Poteſt tamẽ ⁊ de beato iſaac: ⁊ de illo ariete etiã ſic intelligi: vt in beato iſaac ſignificata ſit diuinitas: in ariete humanitas chriſti. Et quia in paſſione nõ diuinitas crucifixa creditˀ: ideo nõ iſaac ſed aries imolatur. Dei enim filius vel vnigenitus offertˀ: et virginis pmogenitus immolatˀ. Audite aliud ſacramentũ fratres chariſſimi. Hieronymus pẽſbyter ſcpſit ab antiquis et ſeniorib' iudeis ſe certiſſime cognouiſſe: ꝙ ibi immolatus ſit iſaac: vbi poſtea chriſtus crucifixus eſt. Deniq̃ ab eo loco vnde beatus abrahã iuſſus eſt ꝓficiſci: tertio die ad locũ vbi chriſtus crucifixus eſt ꝑuenitur. Etiam hoc antiquorum relatione refertur: ꝙ ⁊ adam primus homo in ipſo loco vbi crux fixa eſt: fuerit aliquando ſepultus: ⁊ ideo caluarie locum dictum eſſe: q: caput humani generis ibi dicitˀ eſſe ſepultũ. Et vere fratres non incõgrue creditur: quia ibi erectus ſit medicꝰ: vbi iacebat egrotus. Et dignũ erat vt vbi occiderat humana ſuperbia: ibi ſe inclinaret diuina miſericordia: Et ſanguis ille p̃cioſus etiã corporaliter puluerem antiqui peccatoris dum dignatˀ ſtillando cõtingere: redemiſſe credatur. Hec enim fratres chariſſimi ſm qđ potuimꝰ: diuerſis ſcripturarũ voluminibus: pro anime noſtre ꝓfectu collegimus: ⁊ charitatis contemplatione ſuggeſſimus. Vos vero auxiliante domino: dum frequentius ſcripturas diuinas relegitis: ſi diligẽter attẽditis: credo ꝙ etiã meliorem expoſitionẽ inuenire poſſitis. Rogo vos fratres: vt quicũq̃ aut filiũ aut vernaculũ ſuum baptizari deſiderat: iam nunc eum eccleſie offerre non differat: quia nõ eſt iuſtum vt res que tam magna tam p̃clara creditur: negligenter aut tardius q̃ expedit requiratˀ. Timeo enim ne aliqui mulieres ideo tardius infantulos ſuos offerant: quia cum ipſis ad vigilias venire diſſimulant. Certiſſime enim credimus qđ qui ſtatim incipiente quadrageſima: eos qui baptizandi ſunt offerre voluerint: ⁊ cum ipſis ad vigilias feliciter venerint: et filij eorum legitimo ordine accipient baptiſmi ſacramentũ: ⁊ ipſi acquirent indulgentiã peccatorũ: preſtante domino noſtro ieſu chriſto ⁊c.

Margin notes, left column: Eſa.9. · D · Gen.22. · E
Margin note, right column: F

## In eadem feria de temptatione Abrahe a deo: Sermo II.

Ser.LXX

A Notiſſima pietas patris nr̃i abrahe reddita ẽ nobis in memoriã p recentẽ lectionẽ: et eſt quidẽ ita mirabile vt nullũ cor arbitrandũ ſit tã obliuioſũ vt inde aliquando elabi poſſit: Verũtamẽ neſcio quomõ quotienſcũq̃ legitur: quaſi tũc fiat ita afficit mentes audientiũ: Magna fides: magna pietas: non ſolum in deum: ſed etiam in ipſum vnicũ filiũ: cui nihil mali credidit eſſe pater: quicquid de illo iuſſerat qui creauit. Pater enim filij ſui poterat abraham ſm operationẽ carnis: nõ autẽ creator ⁊ conditor ſm operationẽ maieſtatis? Et quidẽ ſic dicit apoſtolus: Non ſm carnem natus eſt iſaac Gal.4.

abrahe ſed ex promiſſione: nõ quia cum carne non erat optatus: ſed qr de ſumma eũ deſperatione ſuſceperat. Et niſi adeſſet ꝓmittens deus: nihil iam ſenex de viſceribus anicule coniugis ſperare audebat poſteritatis. Sed credidit naſciturum: ⁊ non plangit moriturum. Eius dextera eligitur ad ſacrificiũ vt moreretur: cuius cor erectum eſt ad fidem vt naſceretur. Nõ trepidauit abraham credere quando promittebatur: non trepidauit offerre quando exigebatur: nec fuit religio credentis contraria deuotioni obtemperãtis.

B Hoc dico: non qꝫ ſibi dixit abraham: Deus mihi locutus eſt quando promiſit filiũ. Credidi qđ mihi daturus eſſet deus poſteritatem. Et qualem poſteritatem? Ut diceret

Gen.21. mihi: In iſaac vocabitur tibi ſemen. Et ne forte ſic vocaretur mihi ſemen in Iſaac vt ante me meus filius moreretur: In ſemine tuo inquit benedicentur omnes gentes. Ipſe ergo mihi loquens ꝓmiſit filium: ⁊ ipſe exigit vt occidam? Non fecit ſibi queſtionem quaſi de contrarijs et ſibi aduerſitatibꝰ verbis dei ꝓmittentis filium naſciturum: ⁊ poſtea dicentis: Occide mihi filium tuum: ſed erat i corde eius ſemp fides incõcuſſa ⁊ nullo modo deficiens. Cogitauit enim abrahã

Retrac.22. deum qui dedit vt ille de ſenibus naſceretur qui non erat: poſſe etiaꝫ de morte reparare. Amplius enim eſt qđ iam fecerat deus: cuꝫ qui non erat poſt tantã deſperationem videbat ſibi datum filium: Et ſi humanã infirmitatem conſulas: impoſſibile. Adiecit itaqꝫ animũ ad fidem: non credidit aliquid impoſſibile eſſe creatori: qui quẽadmodum crediderat: filium ſuſcepit. Credidit poſtea iubenti deo: iam in ſe ſuſcepto filio ꝓbauerat deum. Credidit ſuſcepturus filium: credidit occiſurꝰ. Ubiqꝫ fidelis: nuſqꝫ crudelis. Omnino perduxit filium ad locũ victime: armauit etiã dexterã cultro. Attendis qs feriat: ⁊ quem feriat: attẽde quis iubeat. Pius ergo abraham obtemperando: Quid deus in iubendo? Nonne forte infirmis: non dicam ſacrilegis animis ipſe diſpliceat qui iubeat? Sed ſi placet qui obtemperabat: quomodo diſplicet qui iubebat? Quia ſi abrahã bene fecit obtemperando: multo melius et longe melius incomparabili modo deus in iuben-

C do. Fortaſſe ſacramentũ queritur. Non enim fruſtra hoc deus iuberet: aut carnaliter accipiendum eſt: quod lectum fortaſſe nõnullorum minus intelligentiũ corda commouit.

Temptauit inquit deus abrahã. Sic ergo ignarus eſt deus rerũ: ſic neſcius cordis humani: vt temptando hominẽ inueniat? Abſit: Sed vt ipſe homo ſe iueniat. Primo itaqꝫ fratres propter illos qui aduerſantur legis veteris ſcripture ſancte: quia nõnulli nõ intelligentes citius volunt exagitare qđ non intelligunt: qꝫ querere vt intelligant: ⁊ non fiunt humiles inquiſitores: ſed ſuperbi calumniatores. Propter hos ergo qui euangelium volunt accipere ⁊ legem veterem reſpuere: putantes in via dei poſſe ſe eſſe: ⁊ recte vno pede ambulare: quoniam non ſunt ſcribe eruditi in regno dei qui proferunt de thesauro ſuo noua ⁊ vetera: Propter hos ꝗ tales ne qui forte hic lateant: aut ⁊ ſi hic nõ ſunt: habeant qui aſſunt quid talibꝰ reſpõdeant: breuiter ſoluenda eſt iſta queſtio. Dicimus talibus: Euangeliũ accipitis: legem non accipitis. Nos autem dicimus eũdum eſſe euangelij miſericordiſſimũ largitorem: qui extitit etiam legis terribilis lator. Lege enĩ terruit: euãgelio cõuerſos ſanauit: quos vt cõuerteret lege terruerat. Imperator dedit legem: ⁊ multa cõmiſſa ſunt contra legẽ. Lex quaꝫ dedit imperator: non nouerat niſi punire peccãtes. Reſtabat ergo vt ad ſoluenda delicta eorum ipſe cum indulgentia veniret qui legem ꝑmiſerat. Sed quid dicit

D ꝑuerſum cor: quia dicit ſe accipere euangelium: legem vero reſpuere? Quare reſpuit? Quia ſcriptum eſt inquit: Temptauit deus abraham. Ego deum colam qui temptat. Chriſtũ cole: quem habes in euãgelio. Ipſe reuocat te ad intelligendã legem. Sed quia nõ tranſierũt ad chriſtum: in ſuo fantaſmate remanſerunt. Non enim colunt chriſtum qualis ꝑdicatur ex euangelio: ſed qualẽ ipſi ſibi finxerũt. Propterea ſuper velamen ſtulticie ſue naturalis: addunt alterum velamẽ ꝑuerſe opinionis. Et quãdo per duplex velamen poterit videri qđ lucet in euangelio? Diſplicet tibi temptans deus: diſpliceat tibi temptans chriſtus. Sed cum placuerit tibi temptans chriſtus: placeat tibi temptãs deus. Et chriſtus enim filius dei deus: et cũ patre chriſtus vnus deus. Ubi igitur legimus temptantẽ chriſtum? Euangeliũ loquitur. Ait enim philippo: Habentes panes: date illis manducare. Et ſequitur euãgeliſta: Hoc aũt dicebat temptans eũ. Ipſe enĩ ſcie-

Gen.22. Matth.13. Ioh.6.

bat quid eſſet facturus. Refer nunc animũ ad deum temptantem abraham. Hoc enim dicebat et deus temptans abraham: Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Agnoſcitur temptator deus: agnoſcitur temptator chriſtus: corrigatur temptator hereticus. Non enim ſic temptat hereticus quomodo temptat deus. Deus enim temptat vt aperiat homini: Hereticus temptat vt deũ ſibi
E claudat. Ergo nouerit charitas veſtra temptationem dei non id agere vt ipſe aliquid cognoſcat qđ ante neſciebat: ſed vt illo temptante: id eſt interrogãte: quod eſt in homine occultum prodat. Non enĩ ſibi homo ita notus eſt vt creatori. Nec ſic ęger ſibi notus eſt vt medico. Egrotat homo: ipſe patitur: medicus non patitur: ⁊ ab illo qui non patitur expectat audire quod patitur. Ideo in
Ps.18. pſalmo clamat homo: Ab occultis meis mũda me domine: quia ſunt in homine occulta ipſi homini in quo ſunt ⁊ nõ ꝓcedunt: neq; aperiunt̃ neq; inueniunt̃ niſi in tẽptationi
F bus. Si deus ceſſat temptare: magiſter ceſſat docere. Sed deus temptat vt doceat: diabolus temptat vt decipiat. Cui tamen niſi ille qui temptat̃ dederit locum: inanis ⁊ irridendus repellit̃. Ideo apoſtolus: Neq;
Eph.4. detis ait locum diabolo. Dant autẽ locum homĩes diabolo ex cõcupiſcentijs ſuis. Nõ enim vident diabolũ homines cum quo pugnant: ſed facile habent remediũ. Seipſos interius vincant: et de illo foris triumphãt. Quare hoc diximus? Quia neſcit ſe homo niſi in temptatione diſcat ſe. Cum autẽ didicerit ſe: nõ ſe negligat. Si enim ſe negligebat latentẽ: nõ ſe negligat notũ ſibi. Quid ergo dicim⁹ fratres? Et ſi ſciebat ſe abrahã: nos nõ noueramus abraham. Aut ſibi aut certe nobis prodendus erat. Sibi: vt ſciret vnde gratias ageret. Nobis: vt ſciremus vł q̃d a dño depcaremur: vel q̃d ĩ hoĩe imitaremur. Quid ĝ nos docet abrahã? Ut breuit̃ dicã: vt deo nõ ꝑponam⁹ qđ dat de⁹: iterum ad litterã rerũ geſtarum anteq̃ tractetur latebra ſacramenti: id eſt quid lateat in hoc myſterio quo iuſſus eſt abrahã occidere vnicum filium. Ergo nec illud quod tibi ꝓ magno preſtat deus: ꝑponas illi qui preſtitit. Et cum voluerit tibi ſubtrahere non tibi vileſcat: quia gratis amandus eſt deus. Qđ enim dulcius a deo premium: q̃ ipſe deus?
G Ergo impleta abraham deuotionis obedientia audit a deo: Nunc cognoui quoniam tu times deum. Quod ita intelligit̃: eo qđ abrahã fecerit de⁹ vt ſibi innoteſceret: ſicut quando loquitur propheta. Chriſtianis loquor vel ꝓficientibus in ſchola dei: nõ ſunt rudia nec noua quę dico: ſed veſtrę ſanctitati nobiſcum vſitatiſſima et manifeſtiſſima. Quando ꝓpheta loquitur: quid dicit̃? Dixit deus: Plane dicimus. Dicimus etiam: Dixit ꝓpheta. Et vtrunq; recte dicimus: et vtrũq; in auctoritate inuenimus. Et apoſtoli ſic intellexerũt ꝓphetas vt dicerẽt: Dixit deus. Et alio loco: Dixit Eſaias. Utrunq; verũ eſt: quia vtrũq; inuenimus in ſcripturis. Soluat mihi chriſtianus queſtionẽ quã modo propoſui: et ſoluat ſibi quod paulo ante ꝓpoſui. Quomodo? Quia qđ homo dicit de dono dei: deus dicit: ſm illud: Non enim vos eſtis qui loquimini: ⁊ cętera. Et iterum: Ecce ego paulus loquor vobis. Et iterum: Chriſtus qui ĩ me loquit̃. Ergo iſtã regulam fratres trãſferte ad illud quod aliquãdo tortuoſum videbatur: ⁊ rectum erit. Illum ergo omnes intueamur: vt eſurientes animas noſtras ipſe paſcat: qui eſuriuit propter nos: qui pauper factus eſt cũ diues eſſet: vt ipſius paupertate nos ditaremur. Oportune ad eum pauloante cantauimus: Omnia a te expectant vt des illis eſcam in tempore oportuno. Si omnia: omnes. Si omnes: ⁊ nos. Nõ ĝ ſi quid boni in ſermone daturi ſumus nos dabim⁹: ſed ille a quo omnes accepimus: quia omnes ad eum expectamus. Tempus eſt der. Sed faciamus qđ dixit vt det: id eſt expectemus ad eum. Ipſum corde ituea mur: quia ſicut oculi corporis et aures ad nos: ita oculi cordis et aures ad illum. Patenti aure cordis audite ſacramentũ magnum. Omnia quidem ſacramenta diuinarum ſcripturarũ vtiq; magna atq; diuina ſunt. Sũt̃ tamẽ inſigniora magiſq; ꝑcipua que maxime intentos nos deſiderant: et quę prę cęteris lapſos ędificant: ſatiãt eſuriẽtes: qui non ita ſatient̃ vt faſtidiant: ſed ſit ſatietas faſtidio: Pellens inopiam: non aſſumens contemptũ. Quem non moueat iuſſus immolari vnicus filius ei a quo ꝓmiſſus eſt. Et maxime res ita geſta vt audiuimus: intentos animos facit ad querendũ exponi ſacramentũ. Ante omnia tamen fratres hoc in nomine domini et admonemus quãtum poſſumus: ⁊ ꝑcipimus

Gen.22.
Matth.10.
2.Cor.13.
2.Cor.8.
Ps.103.
H

vt quando auditis exponi ſacramentū ſcri-
pturę narrantis quę geſta ſunt: prius illud
quod lectum eſt credatis ſic geſtum quomō
lectum eſt: ne ſubtracto fundamēto rei geſtę
quaſi in aere quęratis ędificare. Abraham
pater noſter homo erat illis temporibus fi-
Gen.15.et delis: credens deo: iuſtificatus ex fide: ſicut
Gal.3. ſcriptura dicit et vetus ꝛ noua. Suſcepit fi-
Gen.21. lium de ſara vxore iam in ſenectute vtriſqꝫ
conſtitutis: ex magna deſperatione: ſed ſm̄
hominē. Quid autē de deo deſperandū: cui
difficile nihil eſt? Qui ſic facit magna: quo-
modo parua. Sic ſuſcitat mortuos: quomō
creat viuos. Si pictor eadem arte facit mu-
rem qua elephantem: diuerſa opera: ſed ars
Ps.148. vna: quātomagis deus: q̄ dixit: et facta ſūt:
mādauit ꝛ creata ſunt? Quid difficile facit q̄
verbo facit? Qua facilitate creauit angelos
vltra cęlos: ea facilitate lumīaria in cęlis: ea
facilitate piſces ī mari: ea facilitate arbores
et aīalia ī t̄ra: ea facilitate magna q̄ ꝑua. Cui
ꝑ cūcta facillimū fuit facere de nihilo: miran
dū eſt quia dedit ſenib⁹ filiū? Tales ergo il-
los viros vel illos homines habebat deus:
ꝛ illo tempore tales fecerat p̄cones filio ven
turo: vt non ſolum in his quę dicebant: ſed
etiā in his quę faciebant: vel in his quę acci
debant chriſtus quęraṫ: chriſtus inueniaṫ.
Quicquid ſcriptura dicit de abrahā: ꝛ factū
eſt: et ꝓphetia eſt: ſicut apoſtolus quodam
Gal.4. loco dicit: Scriptū eſt ꝙ abrahā duos filios
habuit: vnum de ancilla: ꝛ alterum de libe-
ra. Quę ſunt in allegoria. Hęc ergo ſūt duo
J teſtamenta. Jam impudēter dicimus: quia
Gen.21. iſaac ꝛ natus eſt abrahę: ꝛ aliquid ſignifica-
uit: ſicut ꝛ īmolare filiū iuſſus obtemperat
Gen.22. deo: perducit ad locū: ꝑuenit triduo: dimit-
tit duos ſeruos ſuos cū iumēto: pergit ipē q̄
deus pręceperat: leuat lignū in altare: leuat
filium ſup lignum. Anteqꝫ veniat filius ad
locum ſacrificij: portat lignū quo leuandus
eſt. Deinde cum iam pene feriret: ſonat vox
vt parcaṫ: ꝛ nō tamē ſine ſacrificio: ꝛ ſine ſan
guine fuſo receditur. Apparet aries in vepre
inherens cornib⁹: īmolaṫ: ꝑagitur ſacrificiū.
Ubi.s. Peracto ſacrificio: diciṫ ad abraham: Facio
ſemen tuū ſicut ſtellas cęli: ꝛ harenā maris:
Et obtinebit ſemen tuum ciuitates aduerſa
riorū: Et bñdicenṫ in ſemīe tuo omnes gen-
tes terrę: eo ꝙ exaudiſti vocem meā. Uide
ergo quando factum eſt: ꝛ quando cōmemo
ratio fit facti ipſius: Quādo dicit ille aries:

Foderunt manus meas ꝛ pedes meos: ꝛ ce- Ps.21.
tera. Quādo pactum eſt illud in pſalmo ſa-
crificium: tunc in ipſo pſalmo dictū eſt: Cō-
memorabunṫ ꝛ conuertenṫ ad dn̄m vniuer-
ſi fines terrę: Et adorabunt in ꝯſpectu eius
vniuerſę patrię gentiū: Quoniā ipſius eſt
regnum: ꝛ ipſe dominabiṫ gentium. Si cō-
memorabunṫ dictum eſt: ꝑſignatum eſt ali-
quando quod fieri iam videmus. Uidea-
mus ergo quomodo impletū ſit: ꝛ vnde im-
pletum: quo p̄cedente ſacrificio impletū qḋ
dictum eſt abrahę: Jn ſemīe tuo benedicen- Gen.22.
tur omnes gentes. Fęlices omnes gentes:
quę illud non audierunt: ꝛ nūc legentes cre-
diderūt: quod credidit ille qui audiuit: Cre- Jacobi.2.
didit enim abraham deo: et reputatū eſt illi
ad iuſticiam: et amicus dei appellatus eſt.
Qḋ credidit deo: intus in corde: in ſola fide
eſt. Qḋ autem immolandum duxit filium: ꝙ
intrepidus dexteram armauit: ꝙ iam feri-
ret niſi voce tenereṫ: magna fides eſt vtiqꝫ
ꝛ magnum opus: et ipſum opus laudauit
deus vt diceret: Quoniā exaudiſti vocem
meam. Quare ergo apoſtolus paulus ait:
Arbitramur iuſtificari hominē per fidem ſi- Ro.3.
ne operibus legis. Et alio loco dicit: Et fi- Gal.5.
des quę per dilectionem operaṫ: Per quam
adipiſci credimus ſalutē ęternā: Amē.

## Jtem eodem die alius ſermo factus ad fratres in heremo: qui inter ſermones ad eoſdem habeṫ xl.

## Jtem eodem die Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm̄ Johannem: Erat dies feſtus iudeorum: Et aſcendit ieſus hieroſolymam ꝛc̄. quę habeṫ in expoſitionē doctoris Jbidem.

## Sabbato poſt primā dominicā in quadrageſima: De Abraham et imolatione Jſaac: Sermo I. Sermo LXXIII.

n Quū p̄cepti genus ē homi legē ſcele- A
ris dare: ꝛ religioſū habere ſi impiū
voluerit ꝑpetrare. Abrahā ſi parri-
cidiū fecerit: iuſt⁹ ē. Si nō fecerit: ideuot⁹ ē.
Quid ſit ergo quod nunqꝫ deum niſi pieta-
te placamus? Cupit ſibi vota offerri: non
crudeliter coli. Ecce inter pietatem patris et

deuotionem dei: filiū eſt quidem ſcelus oc-
cidere: ſed deū ſceleſtius non audire. In an-
guſto poſita eſt pfecta iuſticia. Parricidium
iuberis vt facias: tuis te manibus orbatu-
B rus. Quid hoc eſt? Imperat parricidiū: qui
Geñ.22. prohibet homicidiū. Iubetur inquit filium
victimare: ſolatium paternę ſenectutis: et
vnicum pignus poſteritatis: Qui quāto ſe-
rior tanto dulcior: quanto ſolus aut vnicus
tanto charior ⁊ dilect⁹. In vtroq; ſenes: cre-
andę plis deſperatio retinebat: vtpote poſ-
ſet tempus quod natura fraudauerat: ętas
in ſene patre: ſterilitas in anicula matre. Iā
enim ſara actus ſuę uuluę perdiderat: et ſe-
nem patrem vis generandi laſſauerat: quia
fructum ſterilis nō habebat. Ecce ſubito fri-
gens vulua materna nō inſtinctu libidinis:
ſed fomite virtutis incaluit: rediuiuo ſucceſ-
ſu flore iuuētutis. Marcentis iam artus cor-
poris viruerūt marcida membra: et annoſę
ętatis tabe pallentia: puericię rubore viru e-
runt: ⁊ in ſuccido tepore veteraſcēs iam cor-
pus non tanq̄ cōcubitus ſed pmiſſio vege-
tabat. Canis iam togatum caput albebat:
et rugas ſuas vulua i ventre tendebat. Tu-
mebat vterus grauidę: tremebat greſſus in
poplite. Geſtabat onuſtū vterum: quę cor-
pus iā nō regebat incuruū. Nouiſſimis an-
nis feta ⁊ feſſa mulier quę non nouerat in iu-
uentute concipere: diſcit in ſenectute lacta-
re. Diſcite coniugati vacare effectū ſeminis
vbi non fuerit munus auctoris: ipſo dicēte:
Hiere.i. Priuſq̄ te formarē in vtero noui te. Accipe
C inquit filiū tuum: et offer mihi illum in vnū
Geñ.22. de mōtibus quem demonſtrauero tibi. Se-
nex pater ⁊ vnici mater: noui parentes ⁊ ve-
teres genitores: ad tam acerbum nō mouen-
tur imperiū. Hilaris accingebat: qui nec ti-
morē facinoris formidauit: nec implere qđ
iuſſus eſt degener animus dubitauit. Spes
illa futura tot gentiū paterna manu iubet
occidi. Deuotus pater eo voto ſuſcepit par-
ricidiū quo ſuſceperat filium: nec refert vtrū
im pendat aut perdat: dum quoquo modo
quod acceperat reddat. O dñe piiſſime quē
ſcis patri dilectū: quid imperas victiman-
dum? Nunc nup ſenem ſterilem fecundaſti:
et tam cito quod donaueras repetiſti? Ubi
eſt quod ſenibus pręſtitiſti? Ergo iratus pō-
tes lędere: ſicut propitius imperas orbita-
tem? Abſit a nobis iſta incredulitas. Deus
pro nobis filium ſuum iuſſit occidi: non no-
ſtros mactari. Ideo iubetur filiū occidere:
vt manifeſtet mundo qui iam notus fuerat
deo. Nam quomodo innocentis deſiderat
ſanguinem: qui reum damnat p ſanguine?
Demonſtrare cunctis hominibus deuotio-
nem voluit: qui parricidium vt fieret impe-
rauit. Paret ilico imperijs: pceptis obtem- D
perat: pergit pcuſſor paratus: immo filius
cum patre pficiſcitur moriturus: atq; vtinā
tunc modo moriturus: non inſuper ex pa-
tris gladio obiturus. Uenerunt ergo ad lo-
cum quē dixerat deus ambo pariter: arā
conſtruunt ſacerdotes: ligna arę imponit: fi-
lium alligauit: ⁊ extento gladio: angelus ne
pcutias puerum exclamauit: oculis reſpice
⁊ vide arietē in vepre. Uidete fratres Abra-
ham patientia fortem: deuotione conſtan-
tem: non cum aliqua fera luctantem: ſed cū
natura pugnantem. Deuotio dicebat: per-
cute: Pietas clamabat: parce. Illa reuoca-
bat: iſta puocabat. Filius tunc moriturus
iacebat: erigit dexteram feriturus: et locum
quo libens percuteret aucupat. Parce in-
quit abrahā. Qui iuſſerat vt feriret: modo
vociferatur vt parceret. Sciebat enim pro-
batum patrem: et in deuotione feruentem
gladium temperare: ⁊ filium non perimere:
ſed nec cremare. Parce inquit deuote pat:
parricida ſine crimine parce. Tuum ſacrifi-
cium quod parauera intendi: ego qđ iuſſe-
ram vt obtuliſſes accepi. In voto probaui:
quod in facto renui. Acceptaui votum: nec
repuli ſacrificium. Laudo fidem: nec repro-
bo pietatem: nec tibi patior inferri orbita-
tem. Perfecta ſunt omnia: ⁊ ſalua ſunt vni-
uerſa. Uincit innocens hoſtia: ne offerentis
deuotio putaret ſe minus aliquid exhibere:
ſi impatientia doloris victima calcitraret.
Ecce ſpiritali pręſagio meum ꝓueniſti conſi-
lium. Quod enim paraui pro toto mundo:
tu iam deliberaſti in filio tuo. Quod in vni-
genito meo diſpoſui: tu in tuo vnico perfeci-
ſti: Unde bñdicent in te oēs gentes: Amē.

Item eodem die alius ſermo: qui habetur inter ſermones de Uerbis apoſtoli: xxvij.

Item eodem die Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm

Mattheũ: Et poſt dies ſex aſſumpſit ieſus petrũ et iacobũ etc. que habet de queſtionibus euãgeliorum libro. j. ca. xviij.

Matth. 15. Sermo LXXIIII. Dominica ſecũda In quadrageſima: de eo qd ſcriptũ eſt in euangelio ſm Mattheũ: Egreſſus ieſus de Benezareth receſſit in partes tyri et ſidonis etc. Sermo I

A C Chananea iſta mulier que heri nobiſ lectione euangelica cõmendata eſt: prebet nobis humilitatis exemplũ et pietatis viã: ab humilitate in alta ſurgere oſtendit. Erat autẽ ſicuti paret nõ de populo iſrael vnde patriarche: vnde prophete: vnde parẽtes domini noſtri ieſu chriſti ſm carnẽ: vnde ipſa virgo maria que peperit chriſtum. Non ergo ex iſto populo erat hec mulier: ſed erat ex gentibus. Matth. 15. Nam ſicut audiuimus receſſit dominus in partes tyri et ſidonis: et inde mulier chananea de finibus illis egreſſa eſt. Petebat beneficiũ inſtantiſſime curandę filię ſuę: que male a demonio vexabatur. Tyrus et ſidon nõ erant ciuitates populi iſrael ſed gentiũ: quãuis vicinę illi populo. Clamabat ergo auida impetrandi beneficij fortiterque pulſabat: et diſſimulabatur ab eo: non vt miſericordia negaretur: ſed vt deſiderium accenderetur: nec ſolum vt deſiderium accenderetur: ſed ſicut ante dixi: vt humilitas commẽdaretur. B Clamabat ergo dño nõ audiente: ſed qd factur' erat in ſilẽtio diſponẽte. Diſcipuli rogauerũt pro illa dñm: et dixerũt: Dimitte illã: quia clamat poſt nos. Et ille: Non ſum miſſus: niſi ad oues que perierũt dom' iſrael. Hic verborum iſtorum oritur queſtio: vnde nos ad ouile chriſti de gentib' venimus: ſi non eſt miſſus niſi ad oues que perierũt dom' iſrael? Quid ſibi vult hui' ſecreti tam alta diſpẽſatio: vt cũ dñs ſciret quare venerit: vtique vt eccleſiã haberet in omib' gentib': nõ ſe miſſũ dixerit niſi ad oues que perierũt dom' iſrael? Intelligim' ergo pñtiã corporis ſui: natiuitatẽ ſuã: exhibitionẽ miraculorum virtutemque reſurrectiõis in illo populo eũ oñdere debuiſſe: ita fuiſſe diſpoſitũ: ſic ab initio cõmendatũ: hoc pdictum: hoc impletũ: quia chriſt' ieſus ad gentẽ iudeorum venire debuit videndus: occidendus: et lucrãd' eos inde quos ali pſciuit. Nõ eñi dãnata illa plebs eſt: ſed vẽtilata. Ibi erat paleę multitudo: ibi granorum occulta dignitas. Ibi qd incenderetur: ibi vnde horreũ repleretur. Nã vnde apli niſi inde? Unde petrus? Unde ceteri? Unde ipſe paul': primo ſaul'? Hoc ẽ primo ſupbus: poſtea hũilis. Nã C quãdo ſaulus: a ſaule nomẽ deriuatũ erat. Saul autẽ rex ſupbus: in regno autẽ dauid 1. Reg. 18. humilẽ pſequebatur. Quã ergo ſaul' q poſtea paulus: tũc vtique ſupbus: tunc pſecutor innocẽtũ: tũc vaſtator ecclię. Acceperat eñi litteras Act. 9. veluti zelo ſynagogę ardẽs et inſequẽs chriſtianũ nomẽ: a ſacerdotib': vt exhiberet quoſcũque inueniſſet chriſtianos ad luenda ſupplicia. Cũ pgit: cũ anhelat cędes: cũ ſitit ſanguinẽ: celeſti chriſti voce proſtrat' ẽ pſecutor: erectus ẽ pdicator. Impletur i illo qd ſcriptũ eſt in ppha: Ego pcutiã: et ego ſanabo. Hoc eñ Deut. 32. pcutit de' qd ſe in hoie extollit adũſus deũ. Nõ eſt impi' medic' q tumorẽ ferit: q putredinẽ ſecat aut vrit. Dolorẽ ingerit: ſed vt pducat ad ſanitatẽ. Moleſt' eſt: ſed niſi eẽt: vtilis nõ eſſet. Proſtrauit ergo chriſt' vna voce ſaulũ: erexit paulũ: hoc ẽ, pſtrauit ſupbũ: erexit hũilẽ. Nã que fuit ratio mutãdi ſibi nomis: vt cũ ſaul' antea vocaretur: poſtea ſe paulũ dici vellet: niſi quia ſauli nomẽ in ſe agnouit cũ pſequeretur fuiſſe ſupbię? Elegit ergo hũile nomẽ vt paul': hoc ẽ minim' vocaretur. Paulũ eñ minimũ eſt. Paulũ: nihil aliud ẽ quam minimũ vel paruum. De quo noie iã gloriãs hũilitatemque cõmendãs: Ego inqt ſũ minim' aploꝝ. Unde 1. Cor. 15. ergo vnde iſte niſi ex populo iudeorum? Inde illi apli: inde paul': inde quos cõmendat idẽ paulus: q viderint dñm poſt reſurrectionẽ. Dicit eñ eũ viſũ ferme a qngẽtis fratrib' ſimul: ex Act. 1. quib' plures manẽt vſque adhuc: quidã autẽ dormierunt. Ex illo aũt populo etiã illi qui Act. 2. cum petrus loqueretur cõmendans paſſionẽ: reſurrectionẽ: diuinitatẽ chriſti: accepto ſpũ ſancto quãdo illi oẽs i quos venit ſpũſſanctus linguis omniũ gentiũ ſunt locuti: compuncti ſpũ qui audiebãt ex populo iudeorum quęſierunt conſiliũ ſalutis ſuę: intelligẽtes ſe reos ſanguis chriſti: qd eum ipſi crucifixerũt: ipſi occiderũt: in cui' nomine occiſi a ſe viderent tanta miracula fieri: viderẽt ſpũ ſancti pñtiã. Querẽtes ergo conſiliũ: reſpõſũ acceperũt: Agite pęnitẽtiã: et baptizetur vnuſquiſque vrm in Act. 2. noie dñi nři ieſu xpi: et dimittentur vobis peccata vřa. Quis deſparet ſibi donãda pctã:

qñ crimẽ occiſi chriſti reis donabaṫ: Cõuerſi ſunt ex ipſo populo iudeorũ: Cõuerſi ſunt:
De cõſe. diſ. 2. mnc eis baptizati ſunt: Ad mẽſam dñi acceſſerũt: et ſanguinẽ quẽ ſeuientes fuderũt: credentes biberũt. Queadmodum autẽ ſint cõuerſi ꝙ plane atqꝫ ꝑfecte indicãt actus apoſtolorũ.
Act. 4. Nam oĩa que poſſidebant vendiderũt atqꝫ ꝓcia reꝝ ſuaꝝ ad pedes aploꝝ poſuerũt: Et diſtribuebaṫ vnicuiqꝫ ſicut opus cuiqꝫ erat. Et nemo dicebat aliquid ꝓprium: ſed erant illis oĩa cõia. Et erat illis ſicut ſcriptũ ẽ: ani-
E ma vna: ⁊ cor vnũ in deũ. Ecce oues de qui-
Matth. 15. bus dixit: Nõ ſum miſſus niſi ad oues q̃ perierũt domus iſrael. Illis eñ exhibuit ꝑſentiã ſuam: ꝓ illis in ſe ſeuientibus crucifixus
Luc. 23. orabat dicẽs: Pater ignoſce illis qꝛ neſciũt quid faciũt. Intelligebat medicus freneticos mente ꝑdita medicũ occidẽtes: ⁊ occidẽdo medicũ neſciẽtes ſibi medicamentũ facientes. De dño eñ occiſo omnes nos curati ſumus: illius ſanguĩe redempti: pane illius corporis a fame liberati. Hanc ꝑſentiã chriſtus iudeis exhibuit. Hoc ergo ait: Nõ ſum miſſus niſi ad oues que perierũt dom⁹ iſrł: vt illis ꝑſentiã ſui corporis exhiberet: nõ in oues quas habebat in gentib⁹ cõtemneret ⁊ ꝑteriret. Ad gentes eñ ipſe non venit: ſed diſcipulos miſit. Et illic impletũ ẽ qđ ꝓphe-
Pſ. 17. ta dixit: Populus quẽ nõ cognoui ſeruiuit mihi. Videte ꝙ alta: ꝙ euidens: ꝙ expreſſa ꝓphetia: Popul⁹ quẽ nõ cognoui: id eſt cui ꝑſentiã meã nõ exhibui: ſeruiuit mihi. Quõ? Sequiṫ: In auditu auris obaudiuit mihi. Hoc eſt nõ vidẽdo: ſed audiẽdo crediderũt. Ideo gentiũ maior laus. Illi eñ viderunt ⁊ occiderũt: gentes audierũt ⁊ crediderũt. Ad gentes autẽ vocãdas ⁊ cõgregãdas: vt im-
Pſ. 105. pleretur qđ modo cantauimus: Cõgrega nos de gentib⁹ vt cõfiteamur nomini tuo et gloriemur in laude tua: Ille paulus apłus miſſus eſt minimus: ille factus magn⁹: nõ ꝑ ſe:
Act. 9. ſed ꝑ eũ quẽ ꝑſequebaṫ. Miſſus eſt ad gentes: ex latrone paſtor: ex lupo ouis. Miſſus
1. Cor. 15. eſt ad gentes ille apłus minim⁹: ⁊ multũ laborauit in gentib⁹: et ꝑ eum gentes credide-
F rũt: Teſtes ſunt eius epiſtole. Habes hoc in
Luc. 8. euãgelio ſacratiſſime figuratũ: Filia archiſynagogi quedã defuncta erat: pater ei⁹ rogabat dñm vt iret ad eã: egrã reliquerat: ⁊ ĩ periculo cõſtitutã. Ibat dñs ad viſitandã ⁊ ſanandã egrã: interea mortua nũciata eſt: ⁊ dictũ eſt patri puelle: Mortua eſt: noli vexare

magiſtrũ. Dñs aũt qui ſciebat ſe poſſe mortuos ſuſcitare: nõ abſtulit ſpem deſperato: ⁊ ait patri: Noli timere: tñ crede. Pergebat Mar. 5.
ad puellam: atqꝫ in itinere inter turbas quo modo potuit coartauit ſe quedã mulier que fluxũ ſanguinis patiebaṫ ⁊ diuturno illo lãguore in medicos fruſtra omnia q̃ habebat impẽderat. Vbi fimbriã veſtimẽti eius tetigit: ſanata ẽ. Et dñs: Quis me tetigit? Admirantes diſcipuli q̃ neſciebãt quid eſſet factũ: ⁊ videbãt eũ a turbis cõprimi: ⁊ de vna q̃ leuiter tetigerat fuiſſe ſollicitũ: reſponderũt: Turba te ꝑmit: ⁊ dicis: quis me tetigit? Et ille: Tetigit me aliqs. Nã iſti ꝑmunt: illa tetigit. Corp⁹ ꝙ chriſti multi moleſte ꝑmũt: pauci ſalubriter tangũt. Tetigit me inq̃t aliquis. Ego eñ ſenſi de me virtutẽ exiſſe. At vbi vidit illa nõ ſe latuiſſe: ꝓuoluta eſt ante pedes eius: ⁊ cõfeſſa eſt qđ eſſet factũ. Poſt G
hec ꝑrexit: ꝑuenitqꝫ quo tendebat: et puellã filiã archiſynagogi inuẽtã mortuã ſuſcitauit. Factũ quidẽ eſt: ⁊ ita vt narraṫ impletũ: ſed tñ etiã ipſa que a dño facta ſunt aliquid ſignificãtia erãt: quaſi verba ſi dici põt viſibilia ⁊ aliquid ſignificãtia. Qđ maxime apparet in eo qđ ꝑter tempus poma queſiuit ĩ arbore: ⁊ quia nõ inuenit arbori maledicẽs aridam fecit. Hoc factum niſi figuratũ accipiaṫ ſtultũ inueniṫ: primo queſiſſe poma in illa arbore quãdo tempus nõ erat vt eſſent ĩ vlla arbore: deinde ſi pomorũ iam tempus eſſet: nõ habere poma q̃ culpa arboris eſſet? Sed quia ſignificabat querere ſe non ſolum folia: ſed etiam fructum: id eſt non ſolũ verba ſed ⁊ facta hominũ: arefaciendo vbi ſola folia inuenit: ſignificauit eorum penam qui loqui bona poſſunt: facere bona nolũt. Sic ergo et hic. Nam vtiqꝫ myſterium eſt: Preſcius omnium dicit: Quis me tetigit: ſit imperito ſimilis creator: et interrogat non ſolum qui hoc ſciebat: ſed etiam qui cetera ꝑſciebat. Aliquid eſt vtiqꝫ quod nobis ſignificante myſterio loquiṫ chriſtus. Filia illa ar- H
chiſynagogi ſignificabat populum iudeorũ ⁊ mortuorũ: propter quem venerat chriſtus qui dixit: Non ſum miſſus niſi ad oues que perierunt domus iſrael. Illa vero mulier que fluxum ſanguinis patiebatur: eccleſiã figurat ex gentibus: ad quam chriſtus per preſentiam corporis non erat miſſus. Ad illam ibat: illius ſalutem intendebat: Hec intercurrit: tangit fimbriam quaſi neſcientis:

id eſt ſanat tanꝗ abſente. Dicit ille: Quis me tetigit? quaſi diceret: Non noui hunc populum. Pſ.17. Populus quẽ non cognoui ſeruiuit Luc.8. mihi. Tetigit me aliquis. Ego eñ ſenſi virtutẽ de me exiſſe: id eſt euangeliũ in iſſum totum orbẽ impleuiſſe. Tangitur aũt fimbria exigua pars veſtimẽti ꝛ extrema. Fac veſtẽ chriſti paulum. Quaſi fimbria ibi apl's paulus erat: hoc eſt extremus ꝛ minimus. Nam 1.Cor.15. vtrũqꝫ de ſe dicit: Ego ſum minimus apoſtoloꝝ. Nam poſt oẽs vocatus eſt: poſt oẽs Matth.15. credidit: plus om̃ibus ſanauit. Nõ erat miſſus dñs: niſi ad oues que perierant domus Pſ.17. iſrael. Sed quia ꝛ populus quẽ nõ cognouerat ſeruiturus erat: in obauditu auris obauditurus erat. Nec de illo tacuit ibi ꝯſtitutꝰ. Job.10. Ait eñ quodã loco idem dñs: Habeo alias oues que non ſunt de hoc ouili: oportet me ꝛ has adducere: vt ſit vnus grex ꝛ vnus paſtor. Inde mulier iſta erat: ideo nõ cõtemnebat ſed differebat: Non ſum inquit miſſus Matth.15. I niſi ad oues que perierũt domus iſrael. Et illa clamando inſtabat: pſeuerabat: pulſabat: tanꝗ iã audiſſet: Pete ꝛ accipe: quere ꝛ inuenies: pulſa ꝛ aperiet tibi. Inſtitit: pulſauit. Nam ꝛ dominꝰ quãdo dixit hec ỽba: Matth.7. Petite et accipietis: querite et inuenietis: pulſate ꝛ aperiet vobis: Supra dixerat: Nolite ſanctũ dare canibus: nec ꝓieceritis margaritas vr̃as ante porcos: ne forte cõculcẽt eas pedibus ſuis: ꝛ canes cõuerſi dirumpãt vos: id eſt poſt contemptũ margaritarũ veſtrarũ etiã moleſti ſint vobis. Nolite ḡ illis ꝓijcere que cõtemnũt. Et vnde diſcernimꝰ: tanꝗ reſponderẽt: qui ſint porci: qui ſint canes: hoc in iſta muliere demõſtratũ eſt. Nã illi mulieri inſtanti reſpõdit hoc: Non eſt bonũ tollere panem filioꝝ ꝛ mittere canibus. Canis es: vna es ex gentibꝰ: idola adoras. Quid autẽ tam familiare canibus ꝗ̃ lapides lingere? Non eſt ergo bonum panem Matth.15. filioꝝ tollere ꝛ mittere canibus. Illa ſi recederet poſt hec verba: canis acceſſerat: canis abceſſerat: Sed pulſando: homo factus eſt ex cane. Inſtitit eñ petẽdo: ꝛ ex ipſo veluti cõuitio humilitatẽ oſtẽdit: miſericordiã K impetrauit. Neqꝫ eñ cõmota eſt aut ſuccenſuit ꝙ canis appellata fuerit: petens beneficiũ: rogans miſericordiã: ſed ait: Ita domine. Dixi me canẽ: plane canis ſuꝫ. Agnoſco nomen meũ. Et veritas loquit: ſed nõ ideo a beneficio repellenda ſum. Proꝛſus canis: ſed ꝛ canes edunt de micis que cadũt de mẽſa dominoꝝ ſuoꝝ. Modicũ quoddã exiguũ beneficiũ deſidero: non mẽſam inuado ſed micas quero. Uidete queadmodum humilitas cõmẽdata ẽ. Canẽ illã dñs dixerat. Non dixit: nõ ſum: ſed dixit: ſum. Et dominus cõtinuo quia ſe agnouit canem: O mu- Ubi ſ. lier magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut petiſti. Tu te agnouiſti canẽ: ego te iaꝫ agnoſco hominẽ. O mulier magna eſt fides tua. Petiſti: queſiſti: pulſaſti: Accipe: ïueni: aperiat tibi. Uidete fratres queadmodũ in hac mu- L liere que chananea erat: id eſt ꝗ̃ de gẽtibus veniebat: ꝛ typum hoc eſt figurã eccleſie gerebat: maxĩe hũilitas cõmendata eſt. Etenĩ gens iudea vt ab euãgelio repelleret ſupbia inflata eſt ꝙ legẽ accipe meruiſſet: ꝙ de ipſa gente patriarche ꝓceſſerint: ꝓphete extiterit: moyſes dei ſeruꝰ miracula magna ꝗ̃ audiuimꝰ in pſalmo in egypto fecerit: per mare rubꝛum aquis recedẽtibus populũ duxerit: legẽ acceperit: quã ipſi populo dederit. Erat vnde extolleret gens iudea: et ꝑ ipſaꝫ ſupbiã factuꝫ eſt vt chriſto nollet humiliari auctoꝛi humilitatis: repꝛſſoꝛi tumoꝛis: medico deo: qui ꝓpter hoc cum deus eſſet homo factus eſt: vt ſe homo hominẽ cognoſceret. Magna medicina. Hec medicina ſi ſupbiã non curat: qḋ eam curet neſcio. Deus eſt: et fit homo. Seponit diuinitatẽ: id eſt quodãmõ ſequeſtrat: hoc eſt occultat qḋ ſuũ erat: qḋ apparet acceperat. Fit ille homo cum ſit deus: ꝛ nõ ſe agnoſcit homo hominẽ: id eſt non ſe moꝛtalẽ agnoſcit: nõ ſe agnoſcit fragilẽm: non ſe agnoſcit egrotum vt querat vel egrotus medicum: ſed qḋ eſt ꝑiculoſius ſanus ſibi videt. Ergo ꝓpter hoc ille populꝰ M non acceſſit: id eſt ꝓpter ſupbiam: Et dicti ſunt ex arboꝛe olee: hoc eſt de illo populo a patriarchis creato: fracti rami naturales: id eſt iudei merito ſterilis ſpiritu ſuperbie: ꝛ in illa olea inſertus eſt oleaſter. Oleaſter populus ex gentibus. Sic dicit apoſtolus: quod Ro.11. oleaſter inſertus ſit in olea: rami autẽ naturales fracti ſint. Illi fracti ꝓpter ſupbiã: inſertus oleaſter ꝓpter humilitatẽ. Hanc humilitatẽ oſtendit mulier dicens: Ita domine: Canis ſum: micas deſidero. In hac hũilitate etiã centurio ille placuit: qui cum deſideraret puerũ ſuũ a domino curari: ꝛ dominus diceret: Ego veniã ꝛ curabo eũ: Reſpõdit ille: Dñe: nõ ſum dignus vt ſub tectum Matth.8.

meũ intres:ſed tñ dic verbo ꝛ ſanabiť puer
meus. Non ſum dignus qui ſub tectũ meũ
ĩtres. Tecto nõ recipiebat:corde recipiebat.
Quãto humilior:tanto capacior:tanto ple-
nior. Colles enim aquam repellunt: valles
implebunť. Quid deinde: quid ad hoc do-
min⁹ poſtea ꝙ dixit: Nõ ſũ dignus qui ſub
tectũ meũ intres:ad eos q̃ ſequebanť? Amẽ
dico vobis: nõ inueni tantã fidem in iſrael:
id eſt in illo populo ad quem veni nõ inueni
tantã fidem. Tantã quid eſt? Tam magnã.
Unde magnã? De minimo:id eſt de humi-
litate grandẽ. Nõ iueni tantã fidẽ ſimilẽ gra
no ſinapis:quanto minutiori tanto feruen-
tiori. Inſerebat ergo dominus oleaſtrũ in
oliua. Tunc hoc faciebat quando dicebat:
Amen dico vobis:nõ inueni tantã fidem in
iſrael. Deniqꝫ vide qd̃ ſequiť: Ideo dico vo
N bis:q2 nõ iueni tantã fidẽ in iſrľ:id eſt tantã
Matth.8. cũ fide hũilitatẽ. Ideo dico vobis:q2 multi
ab oriẽte ꝛ occidẽte veniũt:et recũbent cum
abrahã ꝛ iſaac ꝛ iacob ĩ regno cęlorũ. Recũ-
bent inquit requieſcent. Non enĩ debem⁹ illic
carnales epulas cogitare: aut aliquid tale i
illo cõcupiſcere:vt nõ vitia mutem⁹ virtuti-
bus:ſed vitia ſubdamus. Aliud eſt enĩ deſi-
derare regnum cęlorũ ꝓpter ſapientiã et vi-
tam ęternam: aliud ꝓpter fęlicitatem terre-
nam: quaſi illic habeamus eam opulentiorẽ
atqꝫ maiorem. Si diuitem te in illo regno fu
turum putas: cupiditatẽ non amputas ſed
mutas:ꝛ tamẽ diues eris: ꝛ non niſi illic di-
ues eris. Nã hic indigentia tua colligit plu-
rima. Quare multũ habent diuites? Quia
multum indigent. Maior indigentia:quaſi
maiores comparat facultates. Illic ipſa in-
digentia morieť. Tũc vere diues eris: quã-
do nullius indigens eris. Non tu diues: et
angelus pauper: qui non habet iumenta et
rędas ꝛ familias. Quare? Quia nõ indiget:
quia quãto fortior:tanto minus indiguus.
O Ergo ibi diuitię ꝛ verę diuitię. Epulas terrę
huius nõ ibi cogites. Epulę enĩ terrę huius
medicamenta quotidiana ſunt: ęgritudini
cuidam noſtrę cum qua naſcimur neceſſaria
ſunt. Egritudinẽ iſtam ſentit quiſqꝫ cũ hora
reficiendi tranſierit. Uis videre quãta ęgri-
tudo ſit iſta: vt tanqꝫ acuta febris ſeptẽ die-
bus nocet? Ne te ſanũ putes. Sanitas:im-
mortalitas erit: nã hęc longa ęgritudo eſt:
quia quotidianis medicamẽtis fulcis mor-
bum tuũ. Sanus tibi eſſe videris? Detrahe
medicamẽta:ꝛ vide quid potes. Nã ex quo
naſcimur: neceſſe eſt vt moriamur. Morb⁹
hic neceſſe eſt vt ad mortẽ ꝑducat. Certe me-
dici qñ ęgros inſpiciunt hoc dicunt: Uerbi
gratia: hydropicus eſt iſte: moriť. Hic mor-
bus non põt curari. Elephantuoſus eſt:nec
morbus iſte curari poteſt. Ptiſicus eſt:quis
hoc curat? Neceſſe eſt vt pereat: neceſſe ẽ vt
moriať. Ecce iam dixit medicus ptiſicus eſt
nõ poteſt niſi moriatur: ꝛ tamẽ aliquãdo et
hydropic⁹ non inde moriť:ꝛ elephantuoſus
nõ inde moriť:et ptiſic⁹ non inde moriť:ꝛ tñ
neceſſe eſt vt quiſquis natus fuerit inde mo
riatur. Moritur inde:non poteſt aliter. Hoc
ꝛ medicus ꝛ imperitus ꝓnũciat: ſed ꝛ ſi tar-
dius moritur:nũquid ideo nõ moriť? Quã-
do ergo vera ſanitas: niſi quando vera im-
mortalitas? Si ergo vera ĩmortalitas:nulla
corruptio:nulla defectio: quid illic alimẽtis
opus erit? Ergo cũ audis: Recumbent cum P
abraham ꝛ iſaac et iacob in regno cęlorũ: id
eſt inſerunť in oliua. Huius enim oliuę radi
ces ſunt: abraham iſaac ꝛ iacob. Filij autem
regni: hoc eſt iudei increduli: ibunt in tene-
bras exteriores. Pręcidenť rami naturales:
vt inſerať oleaſter. Sʒ vnde rami naturales
ꝓcidi meruerunt: niſi ſuperbia? Unde olea-
ſter inſeri: niſi humilitate? Unde ꝛ iſta mu-
lier dixit: Ita domine:nam ꝛ canes edũt de Matth.15.
micis quę cadunt de menſa dominorũ ſuo-
rũ: Et inde audit: O mulier:magna ẽ fides
tua. Sic ꝛ ille centurio: Non ſum dignus vt Matth.8.
ſub tectũ meũ intres: Amen dico vobis:nõ
inueni tantam fidem in iſrael. Diſcamus vt
teneamus humilitatẽ. Si nondum habem⁹
diſcamus: Si habem⁹ non amittamus. Si
nondum habemus: habeamus vt inſera-
mur. Si iam habemus: teneamus ne pręci-
damur.

## Item de eodẽ alia Homelia: que habet de queſtionibus euangeliorum libro.j.ca.xviij.

## Feria ſecũda poſt ſecũdã dominicã ĩ quadrageſima de puero Abraham qui miſſus eſt ad Rebeccam: Sermo I

Ser.LXXV
p Paulo ante cum diuina lectio legere- A
tur: audiuimus qd̃ beatus abrahã
vocauerit puerum ſuuʒ:ꝛ dixerit ei:
Pone manum tuam ſub femur meũ:vt ad- Gen.24.
iurem te per deum cęli et terrę: vt non acci-

pias vxorem filio meo de filiabus regionis
hui⁹: Et q̄ ille obediēs: poſuerit manū ſub
femore ⁊ iurauerit ei. Hec eñ oia fratres q̄ in
teſtamento veteri recitant̄: ſi tantū ſm litte-
ram voluerim⁹ accipere: aut paruū: aut nul
lum lucrū anime cōſequemur. Quid eñ no
bis ꝓdeſt qui ad eccleſiam ad audiendū dei
verbū fideliter cōuenimus: ſi nobis dicatur
q̄ abrahā miſerit puerū ſuum: vt de regio-
ne longinqua adduceret vxorē filio ſuo: cū
⁊ in iſtis regionib⁹ hoc frequēter videamus
fieri? Nos vero fratres ſequētes beatū apo-
1. Cor. 10. ſtolū paulū: credamus quia omnia que ſcri-
pta ſunt: iudeis in figura cōtingebant: no-
bis aūt in veritate cōpleta ſunt. Dixit ergo
abrahā ad puerū ſuū: Mitte manū tuā ſub
femur meū: ⁊ iura p deum celi ⁊ terre. Quid
eſt hoc fratres? Sic dixit beat⁹ abrahā: Mitte
manū tuā ſub femur meū: tanq̄ diceret: mit
te manū tuā ad altare: aut diceret: mitte ma
num tuā ad arcam teſtamēti: aut extēde ma
num ad templū dei: ⁊ iura mihi. Femur tan
gebat: ⁊ p deum celi ⁊ terre iurabat. Nō eñ
errabat beatus abraham quando hoc fieri
imperabat: ſed quia ꝓphetie ſpiritu reple-
tus: nouerat de ſemine ſuo chriſtū celi ⁊ ter-
re dominū naſciturum: Ideo quādo ſeruus
ſuus femur illius contingebat: nō p carnale
membra: ſed p deum viuū ⁊ verum iuramē-
Matth. 1. ta preſtabat: quia abrahā genuit iſaac: iſaac
genuit iacob: iacob genuit iudam: de cuius
B ſemie chriſtus dñs natus eſt. Et ſtetit iuxta
Gen. 24. fontē: ⁊ dixit in corde ſuo: Dñe deus domi-
ni mei: ſi feciſti miſericordiā cum dño meo:
ecce ſto ad puteū: ⁊ puella que venerit hau-
rire aquam: ſi ei dixero: Da mihi bibere: et
illa reſponderit mihi: Et tu bibe: et camelis
tuis hauriam aquam: ipſa eſt quā p̄paraſti
domino meo iſaac. Necdū puer i corde ſuo
verba compleuerat: ⁊ ecce apparuit rebecca
habens hydriam in ſcapula. Et dixit ad eā
puer: Da mihi bibere. At illa cito depoſuit
hydriam et dixit: Et tu bibe dñe: et camelis
tuis hauriā aquam. Et cū interrogaſſet cui⁹
eſſet filia: reſpondit ei: q̄ filia eſſet batuelis
⁊ ſoror laban. Et incuruauit ſe homo ⁊ ado-
rauit deū: eo q̄ agnouerat: qđ ipſi eſſent pa-
rentes domini ſui abrahe: ⁊ ꝓtulit inaures
ad ornādā faciem ſuam: ⁊ armillas poſuit in
manibus eius. At illa vadens nūciauit pa-
rentibus ſuis: Qui exeuntes benedixerunt
deum: et cum gaudio ⁊ honore ſuſceperunt
puerum abrahe. At ille locutus ē ad eos de
rebecca: vt eam darent domino ſuo iſaac.
Illi autē dixerūt: Clamemus puellē: ⁊ que-
ram⁹ illius voluntatē. Cūq̄ vocata eſſet di
xerunt ad eam: Vis ire cū homine iſto? At
illa reſpondens dixit: Uadam. Nūc fratres C
chariſſimi: quātum poſſum⁹: breuiter quid
iſta ſignificent: videamus. Beatus abrahā
q̄ puerum dirigebat vt acciperet vxorem fi-
lio ſuo: typum habebat dei patris: ſicut et
quando eum in holocauſto obtulit: dei pa-
tris imaginem figurabat: puer autem eius:
verbū ꝓpheticum deſignabat. Miſit ergo
abraham puerum ſuum in regionē longin-
quā: vt inde acciperet vxorem filio ſuo: quia
miſerat deus pater ꝓpheticum verbū p vni-
uerſam terram vt quereret eccleſiā catholi-
cam: ſponſam vnigenito ſuo. Et quomodo
per puerū abrahe beato iſaac ſponſa addu-
citur: ita per verbū ꝓpheticum: eccleſia gen
tium ad verum ſponſum chriſtū de longin-
quis regionibus inuitat̄. Ubi tamē inuenit̄
ſponſa illa: que chriſto ſocianda erat? Ubi
niſi ad aquam? Uerum eſt chariſſimi: Niſi
eccleſia ad aquam baptiſmi veniſſet: chriſto
ſociata nō eſſet. Rebecca ergo abrahe pue-
rum inuenit ad puteū: ⁊ eccleſia inuenit chri
ſtum ad baptiſmi ſacramentū. Quid tamē
poſt hec factum eſt? Protulit puer inaures D
aureas: ⁊ dextralia aurea: et dedit ea rebec-
ce. In illis inauribus aureis ſignificabant̄
verba diuina: in illis armillis aureis: opera
ſancta: quia in manibus opera deſignant̄.
Uideamus quomō hec dederit chriſtus ec-
cleſie. Puer ergo obtulit inaures aureas ad
ornandā faciē rebecce: ⁊ chriſtus verba diui-
na margaritis omnib⁹ p̄cioſiora dedit eccle-
ſie. Et armillas poſuit in manib⁹ rebecce: et
chriſtus dedit opera ſancta in manus eccle-
ſie. Conſiderate fratres chariſſimi: ⁊ gaude-
te: ⁊ deo gratias agite: quia qđ in illis figu-
ratū eſt: in nobis chriſto donāte impletū ē.
Et quō rebecca nec inaures habere potuit:
nec armillas i manib⁹: niſi iſaac p ſeruū ſuū
trāſmitteret: ita ⁊ ecclia nec verba diuina in
aurib⁹: nec opa ſancta habere potuiſſet i ma
nibus: niſi hec illi chriſtus p ſuam gratiā et
p ſuos apoſtolos cōtuliſſet. Qđ autē inter-
rogata puella a parentib⁹: vtrū vellet ire cū
puero: Reſpondit: Uado: Apte hoc i ecclia
videmus impleri. Ibi interrogat̄ voluntas
rebecce: hic requirit̄ volūtas ecclie. Rebecce

dicit: Uis ire cū hoīe iſto: Et reſpondet vado. Eccl'ie dicit: Credis i chriſtū: Et reſpondet: Credo. Rebecca nō ducerek ad iſaac niſi diceret volo: nec eccl'ia chriſto iūgerek niſi diceret credo. Accepit ergo puer rebeccam et exhibuit iſaac. Uideamus tū vbi eū inuenerit. Inuenit eū ad puteū iuramenti. Uidete fratres: Puer iſaac rebeccā ad puteum inuenit: et iterū ipm iſaac rebecca ad puteū inuenit. Uerū eſt: Nec chriſtus eccl'iam nec eccl'ia chriſtū inuenit: niſi ad baptiſmi ſacramentū. Exierat ergo: ſicut dicit ſcptura: beatus iſaac ad veſperū ī agrū ad meditādū. Ager ille mundi figuram habebat. Exierat iſaac in agrum: qr chriſtus venturus erat in mūdū. Iſaac ad veſperū dici: chriſtus in fine mūdi. Iſaac ergo ad meditandū in agrū pceſſit: qr chriſtus i mūdū pugnaturus cōtra diabolū venit vt eū vinceret iuſte dum ab eo occiderek iniuſte: vt moriēdo mortem deſtrueret: et reſurgendo vitā credentib⁹ cōdonaret. Et quō iſaac corporaliter rebecca: ſic chriſto ſpiritaliter iungerek eccleſia: accipiens in pſenti pcioſam arrā ſanguinē ſpōſi ſui: acceptura dotē poſtmodū regni ſui. Quā rē beatus Petrus apl'us euidēter annunciat dicens: Nō eni inquit redēpti eſtis auro et argēto ſed pcioſo ſanguie tanq̄ agni imaculati. Accepit ḡ iſaac rebeccā et intromiſit eā in tabernaculū matris ſue: accepit chriſtus eccleſiā et eā in loco cōſtituit ſynagoge. Per infidelitatē eni ſynagoga a deo ſepata et mortua eſt: et p fidē eccl'ia chriſto cōiūcta et viuificata ē. Accepit ḡ iſaac rebeccā et intantū dilexit vt dolorē q̄ ex morte matrl' acciderat tēperaret. Mors eni ſare infidelitatē ſignificat ſynagoge. Morik ḡ ſara et i loco ei⁹ rebecca ducik: ſynagoga repudiak vt introducak eccleſia. Accepit ḡ iſaac rebeccaz et intantū dilexit vt triſticiā que de matris morte acciderat temperaret: accepit chriſt⁹ eccleſiā et intantū dilexit vt dolorē qui de pditione matris ſynagoge acciderat amore eccl'ie mitigaret. Nam ſicut infidelitas ſynagoge chriſto triſticiā fecit: ita illi fides eccleſie leticiam generauit. Et quomodo per maliciam ſynagoge vnam gentem iudeorū nec ipſam tamē totam pdidit: ita totum mundū per fidem eccleſie chriſtus domin⁹ acq̄ſiuit. Et qr de nobis fratres chariſſimi ſponſā ſibi ſpiritalē chriſtus dominus pparauit: quā etiā ſicut dixi ſanguine pcioſo redemit: ita ipſo adiuuante vnuſquiſq̄ beneficia in ſe munere diuino collata non ſolum cuſtodiat ſed etiā augere cōtendat: vt nihil in eum aut p luxuriam ſordidum: aut per ſuperbiā tumidum: aut p iracundiā combuſtū: aut p auariciam obſcurum: aut p inuidiam vipereo veneno pcuſſum appareat: quia iuſtū eſt vt ſponſus ille ſpecioſus forma pre filijs hominū: nihil in nobis de ſupradictis peccatis inueniat qđ oculos ſue maieſtatis offendat: cui ē honor et imperiū cū patre et ſpiritusancto in ſecula ſeculorū: Amen.

Margin notes (left column): E; 1.Petri.1.; F; G. (right column): Ps.44.

## Item eodem die: Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Johannē: Ego vado et queritis me etc. que habek in expoſitione doctoris ibidem. Joh.8.

## Feria tertia poſt ſecūdam dominicā in quadrageſima: De elemoſynis faciendis: Sermo I

Sermo LXXVI.

A Si homo priſcam ſui originē noſcat: aut dignitatē in ſe cumulatā intelligat: aut iudiciū deſtinatuz ſollicito timore perpendat: inueniet quid primo protoplaſtus amiſerit: quid poſtmodum chriſti miſericordia cōtulerit: q̄d futuro iudicio deſtinauit: vt hec primo ſollicita cura ptractās primordia recenſeat: pſentia teneat: futura ſollicito timore ptimeſcat. Claude inquit ſapientia elemoſynā in ſinu pauperis: et ipſa pro te orabit. Facile eni curatur vulneribus peccatoꝝ qui neceſſitatē curauerit paupeꝝ: et miſericordiā accipiet qui proximo pietatis nō denegat officia. Deniq̄ qui dare precipitur: gaudeat q̄ nō ea ſorte natus ſit vt indigeat. Sufficit ad gloriaz dantis: q̄ alterius miſeria in paupere locupleo donando exiſtat: q̄ miſericordia fenerat deum: q̄ paſcat in paupere chriſtuz: q̄ p alterius inopiā peccatorū accipiet indulgentiā. Obiurgātis domini vox eſt: Si in alieno mām̄ona fideles nō fuiſtis: quod veſtrum eſt quis dabit vobis? Talem eni ſe exhibere quis pauperi debet: qualē ſibi aliū exhiberi vellet ſi pauper ipſe fuiſſet. Ceterū diſpendiū magnū eſt: ſi deū de dei dono pmereri nolueris: aut cum tibi dn̄s ad hoc dederit vt diſpēſes: eius delegata nō ſerues. Semp eni ſua dn̄s tibi diſpenſanda interim commendauit: de re ſua pauperib⁹ te dare precepit. Cur dantis iuſſa cōtēnis? Cur pactū deſtituis? Cur dn̄m iu-

Margin notes: Eccl.29.; Luc.16.; B

bentē dare nō audis? Facile eñ poterit pecu niā acceptā amittere: q̄ qđ accepit i lucrū no
Luc.6. luerit erogare. Eſtote miſericordes ſicꝫ & pat̄ veſter cęleſtis miſert⁹ ē veſtri. Similitudinē patris: actus indicēt ſobolis. Siñitudō operis: ſiñitudinē indicet generis. Actus nomē ꝯfirmet: vt nomē gen⁹ demōſtret. Qđ ꝯtulit pater fili⁹ ſeruet: vt et filio pat̄ ꝓmiſſa p̄mia repręſentet. Patrimoniū qđ habes: ſi operaris tuū eſt: ſi ceſſas alienū eſt. Pecunia q̄ ſeruat̄: caſib⁹ ſeruit. Quę i miſcđia reſeruat̄ p̄miū futurū acq̄rit. Quid vereris chriſto cō mittere: qđ a latronib⁹ vix poteris reſeruare? Qui dat inq̄t paupi nō egebit.
Prouer.28. Diuidis patrimoniū tuū hęredi: & chriſt⁹ ē indignus de tuo aliq̄d tecū tollere: aliq̄ tecū in futura ſęcula deportare? Quid hęredi ſeruas: quo ſi vtat̄ ignoras? Quid ſubſtantiā cumulas: quā fortaſſis ingrato relinq̄s? Forſitan illi p̄ſtabis: quicq̄d miſcđię cā de ei⁹ portiōe detraxeris. Quare fac p̄mo qđ iubet̄: vt poſſis accipe qđ ꝓmittit̄. Nō pōt vſuras accipe: q̄ dn̄m noluerit fęnerare. Qui dat inq̄t paupe rib⁹: deū fęnerat. Nec eñ pōt diuia ꝓmiſſa ꝑcipe: q̄ p̄cepta cęleſtia noluerit obſeruare.

Itē eodē die ali⁹ ſermo de eodē: qui habet̄ in libro Quinquaginta Homeliarū.xviij.et.xlvij.

Itē eodē die Homelia de eo qđ ſcriptū eſt i euāgelio ſm̄ Mattheū: Locut⁹ ē ieſus ad turbas & ad diſci
Matth.23. pulos ſuos dicens: Sup cathedrā Moyſi &c. quę inſerta eſt in ſermone de Verbis domini. xlix. littera D. et ſequētibus.

Sermo LXXVII. Feria quarta poſt ſecundā dominicā in quadrageſima: De cauſa Ieiunij: loco ac tpe: Sermo I

A ſI bene retinet fratnitas vr̄a: p̄dicauim⁹ q̄ ſanctā q̄drageſimā abſtinen
Matth.4. do ipſe dn̄s cōſecrarit: & tot dierū et noctiū curriculo cibū oīno nō capiēs: vnum ac ſolidū ieiunij tp̄us effecerit. Tot totū nō obſeruare ſacrilegiū eſt: ex pte autē violare peccatū ē. Hoc eñ fecit cauſa ſalutis nr̄ę: vt rē vtilē nō ſolū doceret verbis ſ3 etiā exēplis inſtrueret: vt eiſdē veſtigijs q̄b⁹ ad fidē gradimur: ad abſtinētiā gradiamur. Sed videamus q̄ cauſa extiterit vt ieiunia ſibi ſaluator indiceret: & ipſe p̄mus bon⁹ hūani generis medic⁹ ieiunaret. Bonus eñ medic⁹ poculū qđ ęgro datur⁹ ē ipſe p̄us guſtat: vt peritiā artis ſuę ante ipſe in ſe demonſtret: vt expimentū ęger accipiēs ſecurus ſit de poculo: ſecurior de ſalute. Deinde q̄ loco h̄ ipſum tēpus ieiunij ꝓcurarit: Dicit eñ euāgeliſta
B abſtinuiſſe dn̄m q̄draginta dieb⁹ & noctib⁹ i Matth.4. deſerto. Arbitror itaq; cauſā hanc eſſe ieiunij: vt q2 p̄mus adā in paradiſo cōſtitut⁹ p intpantiā gulę gloriā imortalitatis amiſerat: Gen.3. eandē imortalitatē ſecūdus adā chriſt⁹ p abſtinentiā repararet. Et q2 ꝯtra mandatū dei guſtās de interdicta arbore peccatū mortis inciderat: nūc ſm̄ mādatū dn̄i ieiunās vitę iuſticiā mereret̄. Hoc eñ egit ſaluator vt eiſdem veſtigijs quib⁹ admiſſa fuerant delicta purgent̄: hoc eſt q2 hō māducādo deliq̄rat: corrigat abſtinēdo: vel q2 epulando mulierē cognouerat: nūc eandē ieiunādo deſpiciat. Adā eñ euā nō niſi intēperātia ꝓuocāte cognouit. Q̄diu autē manſit in illis tēperata parcitas: māſit & impolluta v̄ginitas. Et q̄ diu ieiunauerunt ab interdictis epulis: tam diu & a pudendis ieiunauerūt peccatis. Fames eñ amica v̄ginitatis eſt: inimica laſciuię: ſaturitas v̄o caſtitatē ꝑdit: nutrit illecebrā. Igit̄ ſicꝫ dixi: hoc egit dn̄s: vt his ꝑiudicijs quib⁹ hō obnoxi⁹ peccatis fuerat liberaret̄. Propterea nāq; p oīa ſm̄ ſiñitudinē adę naſci voluit: vt ſm̄ ſiñitudinē adę oīa hominis peccata diſſolueret. Adā eñ de terra v̄gine natus ē: & chriſt⁹ de maria v̄gine ꝓcreatus. Illi⁹ maternū ſolū necdū raſtris ſciſſum fuerat: iſtius maternū ſecretū nunq̄ cōcupiſcētia violatū. Adā dei manib⁹ plaſmat̄ de limo: chriſt⁹ dei ſpū format̄ i vtero. Igit̄ orit̄ deo p̄re: vterq; v̄gine vtit̄ matre: vterq; ſicꝫ euāgeliſta dicit: fili⁹ dei eſt: ſed adam creatura eſt: dei fili⁹ chriſtus vera ſubſtātia. Hoc
C ergo agit dn̄s ſicut adā ſecūdus: vt qđ prior hō māducando ꝑdiderat: hic alter ieiunādo recipiat: ac legē in paradiſo abſtinētię datā in deſerto cuſtodiat. Sciebat eñ p̄ceptum dei nō vni⁹ loci legē eſſe: ſed mūdi. Nō eñ intereſt diuinitatis mādatū: vtrū domi an i agro cuſtodias cū vbiq; ſit q̄ p̄cepit. In deſerto itaq; ſaluator implet mādatū dei: vt ibi adā ſeruaret errantē: vbi fuerat de padiſi poſſeſſione ꝓiectus. Adā eñ expulſus de padiſo: inculti mundi deſerta ſuſtinuit. In deſerto ergo p̄mū homini ſalus refundit̄: vbi deſūt

epulę: vbi deſunt delitię: vbi quod eſt om-
niū malarū cauſa deeſt et mulier. Poterat
enim adam inter illas paradiſi delitias in-
concuſſus ſtare: ſi eua ibidem cum diaboli-
cis inſidijs non fuiſſet. Côueniens ergo eſt
deſertum ſaluti: vbi non eſt eua quę perſua-
deat: non eſt mulier quę blandiať. Videte
Geñ.3. rem mirā. In paradiſo cum adam diabolus
Matth.4. decertat: in deſerto cum chriſto diabolus di-
micat. Vbiqꝫ inſidiatur homini: vbiqꝫ con-
grediť. Sed vbi mulierē inuenit vincit: vbi
D mulierē non inuenerit victus abſcedit. For-
mam igitur dedit nobis deus in hoc facto:
vt ieiuniorū tempore tamq̃ꝫ deſerto habitā-
tes abſtineamus epulis voluptatū: mulier
nec coniungať nobis eua: ne nos a caſta ob-
ſeruatione illecebroſa pſuaſione ſubuertat.
In deſerto enim quodāmodo videtur habi-
tare: qui quadrageſimę tempore ieiunus et
caſtus eſt: Deſerto plane quodā ipſo corpo-
ris chriſtiani cum non repletur cibis: non
poculis irrigať: ſed arentis iter deſerti inq̃ꝫ
eſt corpus noſtrum: cum p dies aliqua abſti-
nentia marceſcit carnis ſpecies: colore negle-
cto et côtemptu rerum totius hominis ſpe-
cies inculta ſordeſcit. Tunc chriſtus domi-
nus habitat deſertū pectoris noſtri: cum ter-
ram noſtram fame ſqualidam ac ſiti aridam
eſſe repererit: ſm qd ait ꝓpheta dauid: Si-
Pš.62. cut terra deſerta ⁊ inuia ⁊ inaquoſa: ſic i ſan-
cto apparui tibi. Aliter enim in ſancto ei ap-
parere non poſſumus: niſi terra corporis no-
ſtri fuerit deſerta mūdanis delitijs: inuia ini-
micis côcupiſcentijs: et inaquoſa libidino-
ſis concupiſcentijs ⁊ illecebris. Tunc habi-
tans ſaluator hoc deſertum corporis noſtri
omnes ibi diabolicas factiones exuperat: ⁊
ſecretum ac ſecurum a cogitationibus ſęculi
eſſe ſuum facit habitaculū: vt deinceps nos
intra noſmetipſos velut in ſolitudine côſti-
tuti non niſi cęlum reſpiciamus ⁊ terrā: hoc
eſt non cogitemus alium niſi cęleſtis regni
dominū et terrenę reſurrectionis actorem:
pręſtante ipſo dño noſtro ieſu chriſto: qui vi-
uit ⁊ regnat in ſęcula ſęculorū: Amen.

## Sermo LXXVIII. In eadem feria de conceptu Rebecce: Sermo II

A f
I expoſitionem ſanctarū ſcriptura-
rum eo ordine et illo eloquio quo a
ſanctis patribus ſunt expoſitę: cha-
ritatis veſtrę auribus voluerimus intimare:
nō niſi ad paucos ſcholaſticos cibus doctri-
nę poterit ꝑuenire: reliqua vo populi mul-
titudo ieiuna remanebit. Et ideo rogo hu-
militer vt contentę ſint eruditę aures verba
ruſtica ęquanimiter ſuſtinere: dūmodo tot⁹
grex domini ſimplici: ⁊ vt ita dixerim: pede-
ſtri ſermōe pabulū ſpiritale poſſit accipere.
Et quia imperiti ⁊ ſimplices ad ſcholaſtico-
rum altitudinē non poſſunt aſcendere: eru-
diti ſe dignenť ad illorum ignorantiā incli-
nare: quia quod ſimplicibus dictum fuerit:
ſcholaſtici intelligere poſſunt: quod autem
eruditis fuerit ꝑdicatum: ſimplices omnino
capere nō valebunt. Lectio nobis de beato
iſaac ⁊ ſancta rebecca: ⁊ paruulis qui in eius Geñ.25.
vtero collidebanť recitata eſt. Q autē bea-
tus iſaac typū habuerit domini ſaluatoris:
pene nulli habeť incognitū. Iſaac ꝗ chriſtū
dominū: beata autem rebecca eccleſiā figu-
rauit. Quę cum multo tempore ad exemplū
ipſius eccleſię ſterilis ꝑmaneret: beato iſaac
orante ⁊ domino donante: concepit: ſed col-
lidebantur paruuli in vtero eius. Quorum
moleſtiam non ſuſtinens dixit: Si ſic mihi Ubi.ſ.
futurum erat: quid neceſſe fuit concipere?
Et ait illi domin⁹: Duę gentes in vtero tuo 16.de Ciuita-
ſunt: et duo populi de ventre tuo diuidenť: te dei ca.35.
populuſqꝫ populum ſuperabit: ⁊ maior ſer-
uiet minori. Hęc omīa fratres chariſſimi: ſi- 1.Cor.10.
cut dicit apoſtolus: in figura contingebant
illis: ſcripta ſunt autē ꝓpter nos. Côcepit ꝗ B
corporaliter de beato iſaac rebecca: quia cô-
ceptura erat ſpiritaliter de chriſto eccleſia.
Sed ſicut duo paruuli in vtero rebeccę col-
lidebanť: ſic in vtero eccleſię duo ſibi popu-
li iugiter aduerſanť. Si enim aut ſoli mali:
aut ſoli boni eſſent: vnus popul⁹ eēt: Quia
vo in eccleſia ⁊ boni inueniunť et mali: tan-
q̃ꝫ i ventre ſpiritalis rebeccę duo populi col-
liduntur: humiles ſcilicet et ſuperbi: caſti et
adulteri: manſueti ⁊ iracundi: benigni ⁊ in-
uidi: miſericordes et cupidi. Boni enim lu-
crari volunt malos: mali vo extinguere cu-
piunt bonos. Bonorum deſiderium eſt: vt
qui mali ſunt corrigantur: malorū ſtudium
eſt: vt qui boni ſunt conſumantur. Unum
eſt genus piorum: aliud impiorum. Genus
piorum ad cęlum erigitur per humilitatem:
genus impiorū ad inferuum demergiť per
elationem. Omnes enim qui in eccleſia ca-
tholica terrena ſapiūt: terram diligunt: ter-

ram cōcupiſcunt: ⁊ omnē ſpem ſuam in terram conſtituūt: ad eſau ꝑtinent. Quicunq; ideo deo ſeruire optat vt honoribꝰ creſcat: ⁊ lucra terrena ꝑcipiat: ⁊ ipſe ad eſau: id eſt ad terrenam fęlicitatem ꝑtinere cognoſcit. In eſau enim carnales intelliguntur: in iacob vero ſpiritales. Iſti enim duo populi: ſicut beatꝰ apoſtolus euidēter aſſignat: dum carnales demonſtrat: ⁊ ſpiritales inſinuat. Sic enim
Gal. 5. ait: Manifeſta ſunt opera carnis: quę ſunt fornicatio: immūdicia: luxuria: idolorū ſeruitus: veneficia: inimicitię: cōtentiōes: ęmulationes: irę: rixę: diſſentiōes: ſectę: inuidię: ebrietates: comeſſationes. Ecce fructus populi ꝑtinentis ad eſau. Qui autem ſunt fructus qui ꝑtinent ad iacob: idem apoſtolus
Ibi. 5. in conſequētibus adiungit dicens: Fructus autē ſpiritus eſt charitas: gaudiū: pax: longanimitas: fides: bonitas: benignitas: modeſtia: continentia. Ecce opera ſpiritaliū ad beatum iacob: id eſt ad piorum populū pertinentia. Quod autē dictum eſt: Populus
Gen. 25. populū ſuperabit: et maior ſeruiet minori: ſcḋm litteram in eſau vel in iacob non videmꝰ impletū. Nō enim corporaliter beato iacob eſau ſeruiſſe cōmemorat ſcriptura. Quomodo ergo hoc oporteat intelligi: aut qualiter maior populus minori ſeruiat: ſpiritaliter debemus intelligere. Niſi enim ſteret: non hoc ſancta ſcriptura commemoraret. Quomodo ergo populus maior ſeruiat minori: hoc qui diligenter attendit: in chriſtianis vel in iudeis agnoſcit. Maior enim ⁊ ſenior populus iudęorum iuniori: id eſt populo chriſtiano ſeruire probatur: dum ꝑ totum mundū libros diuinę legis ad inſtructionem omniū gentium portare cognoſcitur. Ideo enim per omnē terram iudęi diſperſi ſunt: vt cum aliquem paganum ad fidem chriſti volumus inuitare: ⁊ ab omnibus ꝓphetis ipſum chriſtum eſſe annunciatū teſtamur: ⁊ ille reſiſtens dixerit a nobis potius q̄ a ſpirituſancto libros diuinę legis eſſe cōſcriptos: nos habemus vnde eum redarguere certa ratione poſſumus: dicentes ei: Si de meis libris tibi dubitatio naſcitur: ecce iudęorum libros vtiq; inimicorū noſtrorum: quos certum eſt ſi ego conſcribere vellem mutare nō potui: ipſos relege: ⁊ cum in ipſis hoc quod in meis libris inueneris: noli eſſe incredulus ſed fidelis. Hoc ordine maior populus minori ſeruire cognoſcitur: dum etiam per illorum libros ad credendū in chriſto gentiū populus inuitatur. Sed ⁊ alio modo populꝰ maior ſeruiet minori. Quo inquis ordine? Illo vtiq; quo mali ſeruiunt bonis: nō vtiq; obſequēdo: ſed perſequendo. Quomodo ergo mali ſeruiunt bonis? Quomodo ꝑſecutores martyribus: Quomodo limę vel mallei auro: Quomō molę ſeruiunt tritico: Quomodo panibus coquēdis fornalia vt illi coquantur: illi conſumantur. Quomodo inquā mali ſeruiunt bonis? Quomodo in fornace aurificis palea ſeruit auro: vbi ſine dubio palea conſumitur: aurum probatur. Non ergo glorientur nec ſe extollant mali: quādo bonis aliquas tribulationes immiſerint: quia cum illos perſequuntur in corpore: ſe occidere probantur in mente. Et ad virum bonū ꝑueniat bonis mali aduerſitas: iā illiꝰ animā putrefacit iniquitas. Qui ꝗ malo animo virum bonū iracundię furore ſuccenſus conatur incendere: vtrum ille poſſit exuri adhuc dubiū eſt. Quod autē iſte iam ardeat dubiū non eſt: quia forte ille vir bonus ſpiritali ſuco ⁊ ſanctiſpiritꝰ refrigerio plenus: appoſito ꝑſecutionis igne non ardet: ille vero qui eum conatur exurere: ſine dubio non poteſt non ardere. De vno ꝗ ſemine iſaac ⁊ eſau naſcitur ⁊ iacob: ſicut de vno baptiſmo dn̄i ſaluatoris et de eccleſię vtero ꝓcreatur populus chriſtianus: qui tamen pro morū diuerſitate ſicut eſau ⁊ iacob in duas partes diuiditur: cum ex fructibus operū vna ꝑs cognoſcitur carnalis: alia ſpiritalis. Ideo aſit dixit: Maior ſeruiet minori: quia ſemꝑ maior eſt numerus malorū q̄ bonorum. Et ſicut illi duo paruuli in vtero rebeccę: ita et iſti populi in ventre eccleſię vſq; in diem iudicij collidūtur: dum ſicut iam ſupra diximus: humilibus aduerſantur ſuperbi: dū caſtos adulteri ꝑſequūtur: dum quorū infinitus eſt numerus ebrioſi ſobrios inſectantur: dum benignis inuidi ęmulantur: dum elemoſynarios raptores: dum pacificos extinguere cupiunt iracundi: dum eos qui cęleſtia ſapiunt ad terram retrahere luxurioſi conantur. Unde rogo fratres vt quicunq; in his malis ſe ſentit obnoxiū: dum tempus eſt cum dei adiutorio ſtudeat tranſferri ad dexteram: et relictis vitiorum ſordibus ad virtutū ornamenta redire feſtinet: vnde in die iudicij ab auditu malo liberari: ⁊ illam vocem deſiderabilē mereamur audire: Euge ſerue bone: Matth. 25.
intra in gaudiū domini tui. Attētius tamē

rogo ⁊ admoneo fratres: vt ad vigilias maturius ſurgere ſtudeatis: ad tertiā: ad ſextā: ad nonam feliciter veniatis: caſtitatem ante omnia per totam quadrageſimā vſq; ad finem paſche cum ꝓprijs vxoribus cuſtodite. Quod pranſuri eratis: pauperib⁹ erogate. Pacem ipſi habete: ⁊ quos diſcordes agnoueritis ad concordiā reuocate. Peregrinos excipite: nec vos pigeat eorum pedes abluere. Non erubeſcat exercere chriſtianus: qđ implere dignatus eſt chriſtus. Cū bona voluntate pauperib⁹ ſm vires veſtras elemo-
2.Cor.9. ſynas erogate. Hilarem enim datorem diligit deus. Impedimēta mundi ſi ad integrū non poteſtis abſcīdere: vel ex parte aliqua temperate: vt lectioni vel orationi poſſitis inſiſtere: vt in ſancta exceptoria pectoris veſtri ſpiritale vinum: id eſt verbum dei abundantius reponentes: repudiatis omnibus criminibus atq; peccatis: cum libera ⁊ ſincera cōſcientia deo ſeruire poſſitis. Et cū ſancta ſolennitas paſchalis aduenerit: charitatem non ſolum cum bonis ſed etiam cū malis fideliter ac feliciter retinentes: cum gaudio ⁊ exultatione mundo corde et caſto corpore ad altare domini poſſitis accedere: et
1.Cor.11. corpus ac ſanguinē eius vnuſquiſq; veſtrū non ad iudiciū animę ſuę mereať accipere: pręſtante eodem domino noſtro ieſu chriſto cui eſt honor ⁊ imperiū cum patre ⁊ ſpūſancto in ſecula ſeculorū: Amen.

Matth.20. **Item eodem die Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Mattheū: Aſcēdens ieſus hieroſolymā aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto ⁊c. quę habetur de queſtionib⁹ euāgelioꝝ li.i.ca.xxix.**

Sermo LXXIX. **Feria quinta poſt ſecūdam dominicā in quadrageſima: De ſcala Iacob: Sermo i**

A

Gen.28. CUm diuina lectio legeretur fratres chariſſimi: audiuimus qđ ſupplicāte ſancta rebecca: iſaac vocauerit filiū ſuum iacob ⁊ dixerit ei: vt pergeret in meſopotamiā ſyrię et inde ſibi vxorem acciperet: ⁊ qđ ille humiliter obediens patri abierit: ⁊ in ipſo itinere venerit ad quēdam locum: et ſuppoſuerit lapidē capiti ſuo atq; dormierit: ⁊ viderit in ſomnis ſcalā vſq; ad cęlos ptingentē: ⁊ angelos dei aſcēdentes ⁊ deſcendētes ꝑ eam: dominū autē incumbentē ſcalę ⁊ dicentem ſibi: Iacob iacob noli timere: ego ſum tecum: ⁊ ego ero ſocius itineris tui. Beatus enī iſaac fratres chariſſimi quādo filiū ſuum dirigebat in meſopotamiā: dei patris typū ꝑfigurabat: Iacob vo chriſtū dominū deſignabat. B Beat⁹ ergo iſaac neglectis mulieribus regionis ī qua habitabat: mittebat filiū ſuum vt in regione longinqua ſibi vxorem acciperet: quia deus pater miſſur⁹ erat vnigenitū ſuum: qui repudiata ſynagoga: de gentibus ſibi eccleſiā ſociaret. Hoc tunc in veritate completū eſt: quādo iudęis apoſtoli dixerunt: Vobis quidē primū oporte- Act.13. bat loqui verbū dei: ſed quia vos indignos iudicaſtis ęternę vitę: ecce cōuertimur ad gētes. De beato iacob non legim⁹ qꝫ cū equis aut aſinis aut camelis abierit: ſed hoc tātū legimus qꝫ baculū in manu portauerit. Sic enī ipſe dū ſupplicaret dño dixit: Dñe inquit Gen.32. minor ſum omnib⁹ miſeratiōib⁹ tuis: cū baculo meo trāſiui iordanē iſtū: et ecce cū duabus turmis regredior. Iacob ḡ ad accipiendā vxorē exhibuit baculū: ⁊ chriſtus ad redimendā eccleſiā detulit crucis lignū. Gen.28. Iacob dormiens poſuit lapidem ſub capite ſuo: et vidit ſcalā ptingentē ad cęlū: ⁊ dominū incumbentē ſcalę. C Videte fratres: quāta ſint ī hoc loco myſteria. Iacob typū gerebat domini ſaluatoris: ⁊ lapis quē ſuppoſuit capiti ſuo: nihilomin⁹ chriſtū dominū figurabat. Quare lapis ad caput chriſti ſignificet: audi apoſtolū: Quia caput viri chriſtus. 1.Cor.11. Deniq; vnxit beatus iacob lapidē ipſū. Attendite vnctū: ⁊ intelligitis chriſtū. Chriſtus ab vnctione: id eſt a chriſmate vnctus interpretať. Sed ſi iacob dominū in terra dormiens figurabat: qđ ē qđ ī cęlo dñs ſcalę innix⁹ incūbebat? Quō chriſt⁹ dñs ⁊ in cacumē ſcalę ī cęlo: ⁊ in beato iacob eſſe videbať in terra? Qꝫ autē ⁊ ī cęlo ſit chriſt⁹ ⁊ ī terra: audi ipm chriſtū dicentē: Nemo aſcēdit ī cęlū: niſi qui de Ioh.3. cęlo deſcēdit: fili⁹ hominis q eſt ī cęlo. Aduertite qꝛ ⁊ ipſe dñs ⁊ ī cęlo ⁊ ī terra ſe eſſe dixit: Chriſtū dñm frēs chariſſimi caput eſſe eccleſię cōfitemur. Si caput eſt eccłie ſcōm caput ī cęlo eſt: ſcōm corp⁹ in tra. Deniq; cū beat⁹ paul⁹ aplus pſeqreť eccliā: chriſt⁹ de cęlo clamauit: Saule ſaule qđ me pſeqris? Nō dixit Act.9. qđ pſeqris ſeruos meos: nec hoc dixit: qđ pſeqris mēbra mea: ſꝫ h dixit: qđ me pſeqris. Iā qſi pede calcato lingua clamat: Calcaſti

me: cum vtiq lingua calcari nō poſſet: ſed
D p concordiā charitatis caput p mēbris om/
Gen.28. nibus clamat. Jacob ꝗ dormiebat: ⁊ domi/
nū in cacumē ſcale videbat incūbere. Quid
eſt in ſcala incumbere: niſi i ligno pendere?
Luc.23. Cōſiderate frēs qs in ligno crucis pendēs p
iudeis orauerit: ⁊ agnoſcetis qs ad iacob ſca/
le incūbēs de celo clamauerit. Sed qre hō in
itinere factū eſt anteq iacob vxorē acciperet?
Quia ⁊ ver⁹ iacob dñs nr̄ pus i ſcala: id eſt i
cruce occubuit ⁊ poſtea ſibi eccleſiā ſociauit:
dās ei i pſenti arras ſanguis ſui: datur⁹ do/
tē poſtmodū ſui regni. Qz aūt et iacob dor/
miēs: ⁊ dñs ſcale incūbens chriſtū figurauit:
16. de Ciuita/ te dei ca.38. attēdite ⁊ videte rei hui⁹ altitudinē. Cū eni
ſaluator nr̄ de nathanael loquens beatū ia/
Joh.1. cob nomiaſſet dicēs: Ecce iſraelita in q dol⁹
De vbis dñi Ser.40.a. nō eſt: in pſequētib⁹ dixit: Amodo videbitis
celos aptos: ⁊ angelos dei aſcēdētes ⁊ deſcē
dētes ad filiū homis. Qd iacob p figurā in
ſomnis viderat: hoc de ſe dñs i euāgelijs p/
dicabat. Uidebitis inqt celos aptos: ⁊ ange/
los dei aſcēdētes ⁊ deſcēdētes ad filiū homi
nis. Si ad filiū angeli deſcēdebāt qz in terra
erat: quō hi ipſi angeli aſcēdebant ad filium
homis: niſi qz ⁊ in celis erat? Ac ſic ⁊ i iacob
ipſe dormiebat: ⁊ de celo ad iacob ipē clama
1.Corī.10. bat. Hec oīa frēs: ſicut apls clamat: in figu/
ra cōtingebant illis: ſcripta ſunt aūt pp ter
E nos in quos finis ſeculoꝝ deuenit. Quomō
tamē frēs angeli dei ad filiū homis in celum
aſcē dant: et ad ipſū filiū in terrā deſcēdant:
diligēter attēdite. Qñ eni pdicatores dei de
ſcripturis ſanctis alta et pfunda q nō niſi a
pfectis intelligunt annūciant: aſcendūt ad
filiū homis. Qñ vo illa pdicant que ad cor/
rigendos mores ptinent: ⁊ que oīs populus
intelligere poſſit: deſcendūt ad filiū homis.
1.Corī.2. Sic et apſus dicit: Sapientiā loqmur inter
pfectos: ſapientiā non huius ſeculi ſed arca/
nā abſconditā: quā pdeſtinauit deus ante
ſecula i gloriā nr̄am. Jſta qñ dicebat apſus:
ſine dubio aſcēdebat ad filiū hoīs. Qñ aūt
1.Corī.6. dicebat: Fugite fornicationem: qñ dicebat:
Eph.5. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria: qñ
1.Timoth.6. denūciabat: Radix omniū maloꝝ ē cupidi/
tas: in his verbis tanq angelus dei deſcen/
debat ad filiū homis. Quādo autē dicebat:
Col.3. Que ſurſum ſunt ſapite nō que ſup terram:
1.Corī.15. aſcendebat. Cū vo dicebat: Sobrij eſtote ⁊
nolite peccare: et reliqua que ad corrigēdos
mores ptinent pdicabat: lac doctrine mini/
ſtrans tanq nutrix paruulis: deſcēdebat: qz
illa loquebat q etiā imperiti capere poſſent.
Hoc ordine ⁊ aſcendit ⁊ deſcendit ad filium
hominis: cum ⁊ perfectis cibus ſolidus tri/ Heb.5.
buit: ⁊ doctrine lac etiā non negat. Sed et
beatus Johannes aſcendebat: quādo dice/
bat: Jn principio erat verbū: ⁊ verbum erat Joh.1.
apud deū: ⁊ deus erat verbū. Satis in altū
aſcendebat: quando iſta dicebat. Sed quia
angeli dei nō ſolum aſcēdunt ſed etiā deſcē/
dunt: inclinans ſe ad paruulos dixit: Uer/ Ibid.
bum caro factū eſt ⁊ habitauit in nobis. Ut F
hec que ſuperius ſuggeſſimus: ſanctis cordi Epilogus
bus veſtris poſſint tenacius inherere: bre/
uiter que dicta ſunt reperem⁹. Beatus iſaac Gen.28.
ſicut diximus: mittens filium ſuum: typum
dei patris habuit. Jacob qui miſſus eſt: chri
ſtum dominū deſignauit. Lapis quē ad ca/
put habuit ⁊ oleo vnxit: et ipſe ſignificauit
dominū ſaluatorē. Scala vſq ad celos at/
tingens: crucis figurā habuit. Dñs innixus
ſcale: chriſtus crucifixus oſtenditur. Angeli
aſcendētes ⁊ deſcēdentes p eam: apoſtoli et
apoſtolici viri et omnes doctores eccleſiarū
intelligunt. Aſcendētes: quādo pfectis per/
fecta pdicant. Deſcēdētes: quādo paruulis
⁊ imperitis ſimplicia que intelligere poſſint
inſinuant. Nos vo fratres qui omia que in
veteri teſtamēto figurata ſūt: in nouo teſta/
mēto videmus eſſe completa: quātas poſſu
mus deo gratias referamus: qui nobis nul/
lis pcedentibus meritis tanta pſtare digna/
tus eſt: totis viribus cū ipſius adiutorio la/
borantes: vt hec tanta ⁊ talia beneficia non
nobis iudiciū pariant ſed pfectum. Quin/
immo ita ſpiritaliter ſtudeamus viuere: et
bonis operibus ſemp inſiſtere: vt cum nos
caſtos: ſobrios: miſericordes et pios iudicij
dies inuenerit: nō cum impijs ⁊ peccatorib⁹
puniamur: ſed cum iuſtis et deum timenti/
bus puenire ad eternam beatitudinem me/
reamur: pſtante dño noſtro ⁊c.

## Item eodem die Homelie de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Lucam: Homo quidā erat diues ⁊ induebat purpura ⁊ byſſo ⁊c. que habent inter ſermones de Uerbis domini.xxiiij.et.xxv. Et de queſtionibus euangeliorū li.ij.ca.xxxviij. Et in libro Quinquaginta Homeliarum.vij.littera.L.⁊ ſequētib⁹. Luc.16.

Item alię Homelię de eo qđ ſcriptum eſt in euāgelio ſm Johannē: Joh.5. Non poſſum ego a meipſo facere quicꝙ ⁊c. quę habent in expoſitione doctoris Ibidē: Et inter ſermones de Uerbis dn̄i.xliij.et.xlv.

Sermo LXXX. **Feria ſexta poſt ſecundam dominicā in quadrageſima: de Jacob et Laban: Sermo I**

A Requēter charitati veſtrę ſuggeſſimus fratres dilectiſſimi: beatū Jacob typum habuiſſe et figurā domini ſaluatoris. Denicꝙ quomō chriſtus venturus erat in mundū vt iungeret eccleſię: ita in beato iacob hoc ꝑfiguratum eſt: quando in regionem longinquā peregrinatus eſt: vt cōiugium ſortiret. Abijt ergo ſicut audiſtis beatus iacob in meſopotamiā ad accipiendam vxorem. Et cum veniſſet ad quēdam puteum: vidit rachel venientē cum ouibus patris ſuis. Et cum agnouiſſet conſobrinā ſuam eſſe: adaquato grege oſculatus eſt eā. Si diligēter audiſtis fratres: poteſtis agnoſcere non fuiſſe ſine cauſa: ꝙ ſancti patriarchę matrimonia ad puteos aut fontes inueniunt. Si hoc ſemel tantūmodo eueniſſet: poterat aliquis dicere nō pro aliqua ſignificatione factū eſſe: ſed caſu potius accidiſſe. Gen.24. Cum vo ⁊ beata rebecca quę iungenda erat Gen.29. iſaac ad puteum inuenit: ⁊ rachel quā accepturus erat iacob ad puteū agnoſcit: nihilo Exo.2. minus ⁊ ſephora quę moyſi iuncta eſt ad puteum reperit: ſine dubio aliqua in his ſacramēta debemus agnoſcere. Et quia toti tres iſti patriarchę typum domini ſaluatoris ꝑferebant: ideo ad fontes vel ad puteos inueniunt matrimonia: quia chriſtus ad aquam B baptiſmi inuenturus erat eccleſiā. Denicꝙ Gen.29. veniens iacob ad puteum: prius gregem rachel adaquauit: ⁊ poſtea oſculatus eſt eam. Uerum eſt fratres chariſſimi: niſi prius per aquam baptiſmi chriſtianus populus a malis omnibus abluatur: pacem chriſti habere non meret. Nūquid beatus iacob vidēs cōſobrinam ſuam nō eam potuit oſculari priꝰ ꝙ aquam gregibus daret? Potuit ſine dubio: ſed myſteriū gerebat. Oportebat em̄ vt per gratiā baptiſmi ab omni iniquitate vel diſcordia liberaret eccl̄ia: ⁊ ſic pacē cum deo Ubi.s. habere mereret. Qꝫ autē in illa pegrinatiōe duas vxores accepit iacob: duos pplos figurabat: iudęoꝝ ⁊ gentiū. Nam in aduētu chriſti: nō paruus numerꝰ etiā de iudęoꝝ pplo in eū legit credidiſſe. Sic em̄ in apl̄oꝝ actibus Act.2. cōtinet: quia crediderūt vna die tria milia: Itē alia die qncꝙ milia: item poſtea multa milia. Qꝫ autē duo ppl̄i in chriſtū crediderit: etiā ipſe dn̄s in euangelio cōfirmat: vbi ait: Habeo ⁊ alias oues quę non ſunt ex h̄ ouili: Joh.10. ⁊ illas oportet me adducere: vt fiat vnꝰ grex ⁊ vnus paſtor. Duę ꝗ illę mulieres: id eſt lia Gen.29. ⁊ rachel quę beato iacob fuerāt iunctę: iſtos duos pplos figurauerūt. Lia iudęoꝝ: rachel gentiū. Iſtis duobꝰ ppl̄is velut duobꝰ parietibus: tāꝙ lapis angularis iūctus ē chriſtꝰ. Eph.2. In ipſo em̄ ſe oſculati ſunt: et in ipſo ęternā pacē inuenire meruerūt: ſicut apl̄us dic: Ipſe Ubi.s. eſt pax nr̄a q fecit vtracꝙ vnū. Quomō fecit vtracꝙ vnū? Unicꝙ duos greges iungēdo: ⁊ duos parietes ſibi inuicē copulādo. Denicꝙ C videte q̄d poſtea cōſecutus ē. Dicit em̄ ſcriptura: ꝙ poſt hęc diues factꝰ fuerit beatus Gen.30. iacob. Sicut em̄ ſanctꝰ iacob creuit ac ditatus eſt: ⁊ cū infinita ſubſtantia ad patriā reuerſus eſt: ita ⁊ verꝰ iacob dn̄s nr̄ ieſus chriſtus veniēs in hūc mundū: ⁊ iſtas duas ſibi plebes: id eſt gentiū ⁊ iudęoꝝ cōſocians: innumerabiles ex eis filios ſpiritalit genuit et creauit: ac ditatꝰ ē nimis. Denicꝙ audi ipſū dicentē: Data ē mihi oīs poteſtas in cęlo et Matth.28. in terra. Nā expoliato diabolo reuerſus ad patrem magnas ſecum diuitias reportauit: ſm quod pſalmiſta de eo multo ante ꝑdixerat: Aſcēdens in altū: captiuā duxit captiuitatē. Ps.67. Reuertēte aūt iacob ad patriā ſuā: pſecutꝰ ē eū laban cū ſocijs ſuis: ⁊ ſcrutatꝰ omnē ſubſtantiā eiꝰ: nihil de rebꝰ ſuis inuenit. Gen.31. Et qꝛ de ſuo nihil inuenit: tenere eū oīno nō potuit. Laban hic typū diaboli habuiſſe nō incōgrue dicit: q ⁊ idolis ſeruiebat ⁊ beato iacob q typū dn̄i ꝑferebat aduſarīꝰ erat. Perſecutꝰ ē ꝗ iacob: nihil apud eū d reb ſuis inuenit. Audi hoc ⁊ verū iacob in euāgelio dicentē: Ecce venit pnceps huiꝰ mūdi: ⁊ in me Joh.14. nihil inuenit. Cōcedat nobis diuina miſericordia: vt etiā in nobis nihil de ſuis opibus nr̄ aduerſariꝰ recognoſcat. Si em̄ de ſuo nihil inuenerit: tenere nos vl̄ reuocare ab ęterna vita nō poterit. Et iō frēs chariſſimi diligent aſpiciamꝰ arcellas pſciētię nr̄ę: pſcrutemur latibula cordis nr̄i: et ſi nihil ibi qđ ad diabolū ptinet inuenimꝰ: gaudeamꝰ et deo grās referamꝰ: ⁊ quātū poſſumꝰ cū ipiꝰ adiu-

torio ſtudeamꝰ vt ianue cordis nr̄i ſemꝑ ape
riant̃ chriſto: ⁊ vſq; ad finē claudant̃ diabolo.
Si v̾o aliquid de opibus vel calliditate dia
boli in animis noſtris latitare cognoſcimꝰ:
velut venenū mortiferū euomere vel expue
re feſtinemus: vt cum nobis inſidiari volue
rit: ⁊ nihil qđ ad ſe ꝑtinet potuerit inuenire
cōfuſus abſcedat: ⁊ nos cū ꝓpheta gratias
agentes clamemꝰ ad dn̄m: Liberaſti nos ex
affligētibus nos: ⁊ eos qui nos oderūt cōfu
D diſti. Lia ergo ſicut ſupra diximꝰ: ſignificat
illā plebem que de iudeis iuncta eſt chriſto.
Rachel v̾o eccleſie: id eſt omniū gentiū ty
Gen̄.31. pum geſſit: ⁊ ideo lia nō eſt furata idola pa
tris ſui ſed rachel: quia poſt aduentū chriſti
nō vſquaq; ſynagoga idolis ſeruiſſe cognoſ
citur: ſicut de eccleſia gentiū manifeſtiſſime
cōprobat̃: ⁊ ꝓpterea nō apud liam: id eſt ſy
nagogā: ſed apud rachel que typū gentium
ꝑferebat: idola laban legimus latuiſſe. Qđ
Gen̄.32. autē venit iacob ad iordanem: et trāſmiſſis
omnibꝰ rebus ipſe ſolus remāſit ⁊ luctabat̃
cū viro vſq; dum veniret aurora: iacob i illa
colluctatione iudeorū populū figurauit: an
gelus qui cum illo luctabat̃: typū ſaluatoris
domini ꝑferebat. Luctat̃ iacob cū angelo:
quia ipſius iudeorū luctaturꝰ erat cū chriſto.
Vincebat iacob angelū: quia iudeoꝝ popu
lus chriſtū vſq; ad mortem ꝑſecuturus erat.
Et quia non totus populus iudeorū infide
lis extitit chriſto: ſicut iam ſupra diximꝰ: ſed
non parua multitudo in nomīe eius legitur
credidiſſe: idō angelus tetigit femur iacob et
claudicare cepit. Pes enim ille in quo clau
dicabat: iudeos qui in chriſtū nō crediderūt
figurabat. Ille v̾o qui ſanus remāſit: illorū
typum geſſit qui chriſtū dominū receperūt.
E Deniq; diligēter attendite: quia iacob i illa
colluctatione ⁊ vincebat ⁊ benedictionē pe
tebat. Cū eñ dixiſſet angelus: Dimitte me:
Reſpōdit iacob: Nō dimittā te niſi benedi
xeris mihi. In eo qđ vincebat iacob: iudeos
ꝑſecuturos chriſtū ſignificabat: in eo qđ bn̄
dictionē petebat: illū populū figurabat qui
in chriſtū dominū crediturꝰ erat. Deniq; qđ
ei dixit angelus: Si cōtra dominū fortis fu
iſti: quāto magis cōtra homines ꝑualebis?
Hoc tunc impletū eſt: quādo populus iude
orū chriſtū dn̄m crucifixit. Dimitte me inqt
angelꝰ: iā aſcēdit aurora: Hoc iā reſurrectio
nē dn̄i figurauit: qꝛ dn̄s ſicut optime noſtis
Joh.20. ante lucem legit̃ reſurrexiſſe a mortuis. Qđ
aūt iacob typum dn̄i figurauit: etiā hinc co
gnoſcimus: qꝛ orans deum vt eum de manu
eſau fratris ſui eriperet: Dn̄e inquit minor Gen̄.32.
ſum cunctis miſerationibus tuis: in baculo
meo tranſiui iordanē: ⁊ ecce cum duabꝰ tur
mis regredior. Verū eſt fratres chariſſimi:
Baculo crucis chriſtus apprehēdit mundū:
⁊ cum duabꝰ turmis: id eſt cū duobus popu
lis ad patrē rediit cum triumpho. Hec ergo
fratres chariſſimi frequētius cogitate: ⁊ ve
lut mūda animalia ſpiritaliter ruminantes
vtilem ⁊ neceſſariū cibum veſtris animis ꝓ
uidete: illū vtiq; cibum de quo dominꝰ ait:
Operamini non cibum qui perit: ſed qui ꝑ Joh.6.
manet in vitā eternam: Ad quem vos domi
nus ꝑ ſuam pietatem ꝑducat: cui eſt honor
⁊ imperiū cum patre ⁊ ſanctoſpiritu in ſecu
la ſeculorū: Amen.

## Eodem die de ſomnio Joſeph: Sermo II — Sermo LXXXI.

Quoties vobis fratres chariſſimi: le A
ctiōes de teſtamēto veteri recitant̃:
ſic frequēter admonui: nō ſolū de
betis attendere qđ ſonat i verbo: ſed qđ in
telligit̃ ⁊ ſapit in ſpiritu. Sic ⁊ apoſtolus cō
monet nos dicens: Littera occidit: ſpiritus 2.Cori.3.
autē viuificat. Hec eñ omnia que in veteri 1.Cori.10.
teſtamento legunt̃: ſicut dicit apoſtolus: in
figura cōtingebant illis: ſcripta ſunt autem
ꝓpter nos. Cū eñ populꝰ chriſtianus fide
liter ad eccleſiam venit: quid ei ꝓdeſt qꝛ au
dit qualiter ſancti patriarche aut vxores ac
ceperint aut filios ꝓcreauerint: niſi q̄re hec
facta ſint: aut qđ res ipſe figurauerint: ſpiri
tali ſenſu ꝑſpexerit? Ecce audiuimꝰ qꝛ beatꝰ B
iacob genuerit filiū: ⁊ vocauerit nomē eiꝰ Io Gen̄.37.
ſeph: ⁊ eū pluſq; reliquos filios ſuos dilexe
rit. Hoc loco beatꝰ iacob figurā habuit dei
patris: ſanctꝰ quoq; ioſeph typū geſſit dn̄i
ſaluatoris. Diligebat ḡ iacob filiū ſuū: quia
deus pat̃ diligit vnicū ſuū: ſic ipſe dixit: Hic Matth.3.
eſt filꝰ meus dilectꝰ. Jacob miſit filiū ſuū vt Gen̄.37.
de fratribꝰ ſuis ſollicitudinē gereret: ⁊ deꝰ pr̄
miſit vnigenitū ſuū: vt genꝰ hūanū peccatis
languidū viſitaret. Joſeph dū frēs ſuos q̄re
ret: errabat in heremo: et chriſtꝰ genꝰ hūanū
requirebat qđ errabat in mundo: quodāmō
q̄ſi ⁊ ipſe errabat qꝛ errantes requirebat. Jo
ſeph eñ frēs ſuos q̄rebat i ſichimis. Sichi
ma iterp̄tat̃ humerꝰ. Semꝑ eñ pctōres dor
ſum magis q̄ faciē ponūt in faciē iuſti. Hu
meri eñ retro ſunt. Sicut eñ fratres ioſeph

inuidia percuſſi fraterne dilectioni dorſum
magis ꝙ facies offerebant: ita ⁊ infelices iu
dei veniente ad eos ſalutis auctore inuide-
re potius ꝙ diligere maluerũt. De talibus
Ps.68. dicit in pſalmo: Obſcurent oculi eorũ ne vi-
Gen.37. deãt: ⁊ dorſum illorum ſemꝑ incurua. Inue-
nit ergo ioſeph fratres ſuos ĩ dothaim. Do-
thaim interpretat defectio. Uere in grandi
defectiõe erãt: qui de parricidio cogitabãt.
C Uidentes ergo ioſeph fratres ſui: de morte
illius tractauerũt: ſicut videntes iudei verũ
Matth.26. ioſeph dñm chriſtũ: vt eũ crucifigerent vno
oẽs cõſilio ſtatuerũt. Ioſeph expoliauerũt
fratres ſui tunica polymita ⁊ talari: ⁊ iudei
chriſtũ ꝑ mortẽ crucis expoliauerũt tunica
corꝑali. Ioſeph exutꝰ tunica mittit in ciſter-
nã: id eſt ĩ lacũ: ⁊ xp̃s expoliatꝰ carne hũana
Gen.37. deſcẽdit ĩ ĩfernũ. Ioſeph poſtea ꝙ de ciſter-
na leuat: hiſmahelitis: id eſt gentibꝰ vendit:
⁊ chriſtꝰ poſtea ꝙ de ĩferno regredit ab om-
nibus gentibus fidei cõmercio cõparat. Io
ſeph ꝑ cõſiliũ iude triginta argenteis diſtra
Matth.26. hit: ⁊ chriſtus ꝑ conſiliũ iude ſcariothis eo-
dem numero venundat. Qꝫ autẽ in diuerſis
tranſlationibꝰ nõ equali ꝓcio ioſeph ſcribit
venũdatꝰ: ſed alij dixerũt viginti argẽteis:
alij triginta: hoc ſpiritaliter ſignificauit: ꝙ
chriſtus nõ equaliter ab omnibꝰ credendus
vel diligẽdus eſſet. Deniqꝫ etiã nũc in eccle-
ſia: alij eũ plus diligũt: alij minus. Ipſi enĩ
plus valet chriſtus: qui eũ maiori charitate
dilexerit. Ioſeph deſcẽdit in egyptũ: ⁊ chri-
ſtus in mundũ. Ioſeph a penuria frumenti
ſaluat egyptũ: ⁊ chriſtus a fame verbi dei li-
berat mundũ. Niſi enĩ ioſeph fratres ſui vẽ-
didiſſent: defecerat egyptus: Fratres verũ
eſt: niſi chriſtum iudei crucifixiſſent: perierat
D mũdus. Uideamꝰ tamẽ fratres chariſſimi
vnde in beato ioſeph fratres ſui tam crude-
Sap.2. liter ſeuierũt. Unde: niſi inuidie veneno: ꝑ
qd mors intrauit in orbẽ terraꝝ? Deniqꝫ au
Gen.37. di ſcripturã dicentẽ: Inuidebant ei fratres
ſui: ⁊ nõ poterãt ei loqui quicꝙ pacificũ. Ui
dit enĩ beatꝰ ioſeph ſomniũ: quaſi ſtãtẽ ſe ĩ
agro cũ fratribꝰ ſuis: ⁊ manipulos alligan-
tem: ⁊ fratrũ manipulos adorare manipulũ
ſuũ. Hoc in illo ioſeph tũc impletũ eſt: qñ eũ
in egypto adorauerũt frẽs ſui. Et nõ incon-
grue coacti ſunt ſteriles manipuli fructuo-
ſum manipulũ adorare: ꝑ quẽ de famis peri
culo liberãdi erãt. Uidit etiã aliud ſomniũ:
ꝙ ſol ⁊ luna ⁊ vndecim ſtelle adorarent eũ:

Cui reſpõdit pater ſuus: Nũquid ego ⁊ ma-
ter tua ⁊ fratres tui adorabimꝰ te ſuꝑ terrã?
Hoc in illo ioſeph impleri nõ potuit: qꝛ iam E
mater ipſius de hac luce migrauerat: in nr̃o
xp̃o ioſeph: id eſt dño ieſu chriſto: ſomni illiꝰ
ſacramẽta cõpleta ſunt. Sol enĩ ⁊ luna ⁊ vn-
decim ſtelle eũ adorauerũt: qñ poſt reſurre-
ctionẽ ſancta maria q̃ſi luna: ⁊ beatꝰ ioſeph
velut ſol: cum vndecim ſtellis: id eſt beatis
apoſtolis: incuruati et ꝓſtrati ſunt ante eũ:
⁊ impleta ẽ ꝓphetia q̃ dixerat: Laudate eũ Ps.148.
ſol ⁊ luna: laudate eũ omnes ſtelle ⁊ lumen.
Nã intantũ in illo ioſeph impleta nõ ẽ ſom
niũ huiꝰ interꝓtatio: vt mater ipſiꝰ ante mul-
tos annos legat fuiſſe defuncta: ꝙ prefata
ſomnia ille vidiſſet. Et reuera: quomõ fratri
bus ipſius põt conuenire: ꝙ eũ quaſi ſtelle
adorare poſſent: quos inuidie nox obſcuros
⁊ tenebroſos effecerat? Iã enĩ claritatẽ ſtel-
larũ ꝑdiderant: qui in ſe lumẽ charitatis ex-
tinxerant. Merito ergo hoc in dño ſaluato-
re noſtro verius credimꝰ fuiſſe cõpletũ: quẽ
ſicut iã antea dixi: ⁊ beatũ ioſeph ⁊ beatam
mariã: cũ vndecim apl̃is frequẽtius legimꝰ
adoraſſe. Nam qd apl̃i: lumẽ ſtellarũ habue
rint: ipſe dñs in euangelio dixit: Uos eſtis Matth.5.
lux mũdi. Et iterũ de ipſis ac ſuis ſimilibꝰ:
Tunc iuſti inquit fulgebũt ſicut ſol in regno Matth.13.
patris eorũ. Ioſeph interꝓtat augmẽtatio
ſiue ampliatio. Sed in illo ioſeph ampliati-
onẽ nõ habuit niſi ſola egyptus: in nr̃o xp̃o
ioſeph augmentũ habere vniuerſus meruit
mũdus. Ille ioſeph erogauit triticũ: noſter Gen.42.
erogare dignatus eſt verbũ. In omnẽ terrã Ps.18.
exiuit ſonus apl̃oꝝ: ⁊ in fines orbis tre ṽba
eoꝝ. Nos ḡ frẽs dilectiſſimi: q nullis ꝓcedẽ- F
tibꝰ meritis tanta bona ꝑ miſericordiã veri
ioſeph dñi nr̃i ieſu chriſti cõſecuti ſumus: ad
quos nõ vmbra veteris teſtamẽti: ſed ipſa
veritas venit: quantũ poſſumꝰ cũ dei gratia
laboremꝰ: vt qd nobis cõtulit indicatꝰ: inte-
grũ inueniat iudicaturꝰ. Qui tibi tantũ cõ-
tulit: ſcit quãtum repoſcat. Et quidẽ ille cũ
venerit redditurꝰ ẽ qd ꝓmiſit: ſꝫ reqſiturus
eſt qd redemit: ⁊ qd dedit in primo aduẽtu
exacturus ẽ in ſecũdo. Nemo ḡ chriſto dño
nr̃o reddat mala ꝓ bonis. Quis enĩ eſt qui
ita impie agit: niſi ille q accepit vitã et reſti-
tuit mortẽ? Mortẽ enĩ reſtituit: q ſeipm ma-
le viuẽdo interficit. Quis eſt qui reddit ma
la pro bonis? Ille qui cum deberet dare pro
pria: rapit aliena: qui pro charitate reddit

odium: inuidiā ꝓ benignitate: pro humilitate superbiā: pro castitate luxuriam. Quis est qui christo reddit mala pro bonis? Ille qui cum deberet lectioni insistere: ⁊ ad ecclesiam currere: eligit potius ad tabulam ludere: spectacula furiosa vel cruenta vel turpia frequentare: Et cui oportebat peccata sua orando: legendo: elemosynas faciendo consumere: studet potius augere ⁊ amplius cumulare. Quis est qui reddit mala ꝓ bonis? Qui pro luce tenebras: pro benignitate maliciam: pro sobrietate ebrietatem: pro elemosynis rapacitatē: pro iusticia iniquitatē restituit. Qui ergo hec mala adiuuāte domino non admittat: quātū potest munera in se diuina custodiat. Qui vero his malis se sentit obnoxiū: ⁊ intelligit obuolutū: cito ad penitentie medicamenta recurrat: et anteꝙ̄ anima illa tenebrosa de corpore mortis sue discedat: elemosynis: ieiunijs ⁊ orationib⁹: remedium sibi in die necessitatis acquirat. Sic ergo agamus fratres: vt ante tribunal christi: ⁊ qui boni sunt coronam: ⁊ qui negligentes sunt veniam consequant: vt illos ornet vita integra: istos valeat excusare correcta: ꝑstante domino nostro iesu christo: cui ē honor ⁊ imperiū in secula seculoꝝ: Amē.

## Item eodem die Homelie de eo quod scriptum est in euangelio sm̄ Mattheū: Homo erat paterfamilias qui plantauit vineā ⁊c. que habent int sermones de Verbis domini: lix. Et de questiōibus euangelioꝝ li. j. ca. xxxj. Et li. ij. ca. xxxviij.

## Sabbato post secūdā dominicā in quadragesima: De eo ꝙ Joseph latuit patrem i egypto: Sermo I

Sermo LXXXII.

A i

IN beato iacob fratres charissimi et in sancto filio ei⁹ ioseph: qui diligēter attendit: rem nimis admirabilē deū fecisse cognoscit. Primū nō credo fuisse sine causa: ꝙ dn̄s qui se totiēs dignat⁹ fuerat ostendere beato iacob: ꝑ tot annos noluit ei indicare ꝙ ioseph filius eius viueret: sed ꝑmisit eū longa afflictione consumi. Si hoc quisquā sine certa ⁊ euidenti rōne factū esse credit: vel hoc ꝯsideret: ꝙ nec filius eius ioseph in tam ꝓximo positus ꝑmissus sit ad patrē suū mittere: vt ei nūciaret ꝙ nō solum viueret: s etiā in grādi honore floreret. Ab illo em̄ loco vbi erat beat⁹ iacob vsqꝫ in egyptū: vix erāt trecēta miliaria. Unde frequētissime et ex egypto in locis illis vbi iacob erat: plurimi ꝓperabāt: ⁊ ex illo loco ad egyptū infinite multitudines assidue ꝯfluebāt. Sed forte aliquis dicit: ꝙ beat⁹ ioseph paruulus exierit a patre suo: ⁊ ideo recordari eū nō potuisset. Non ita est fratres charissimi. Puer em̄ erat sedecim annoꝝ: ⁊ nulla rōne parentes suos poterat obliuisci. Nā ⁊ intātū eos oblit⁹ nō erat vt fratres suos vbi primū vidit agnosceret. Sed dicit aliquis: ꝙ licentiā aut potentiā nō habuerit mittendi ad patrē suum. Etiā si hoc quasi verisimile videat: postea ꝙ̄ de carcere deductus est: ⁊ dn̄s factus est in omni terra egypti: ꝑ illos septē annos fertilitatis et illos duos q̄ trāsacti sunt tēpore inopie antequā fratres sui ad eū descēderēt: Per istos nouē annos in trecētis miliarijs: sine vlla dubitatione potuit mittere ad patrē suum. Sed occulto iu- B
dicio hoc dominus fieri non ꝑmisit: in tantū Gen. 42.
vt nec tūc se manifestaret fratrib⁹ suis: quādo ad emēdū triticū venerant: quinimmo durissime eis loquens: ⁊ fratrem illorum in vinculis tenens: ad patrem suum eos cū grandi dolore redire iussit. Attendite adhuc ad Gen. 43.
aliud maius miraculū: et videte quomodo beatus ioseph: qui patrē suum nouerat pro se intolerabilē amaritudinē sustinere: quasi paruū esset qđ ante pertulerat: adhuc ⁊ beniamin ei fecit auferri: quo facto vtiqꝫ nouerat eum multiplicē passurū esse dolorē. Hec enim omnia sine spiritussancti dispensatiōe facta fuisse nō credo. Deus enim cuius iudicia plerūqꝫ sūt occulta: nunꝙ̄ tamē iniusta: qui beato iacob noluit indicare filium suū viuere: ille etiā sanctū ioseph non ꝑmisit vt patri suo gloriam suam nunciaret: quinimmo adhuc simeon i vinculis tenēdo: beniamin auferēdo: ipsius patris sui angustias cumu-
lauit. Hec autē fratres charissimi: si fideliter C
attendamus: cū grandi misericordia dominū fecisse cognoscimus. Ab initio em̄ mūdi hoc deus in sanctis suis exercuit: qđ in beato iacob cum grādi pietate compleuit. Sed quare sit hoc factum: diligenter attendite. Quis enim serui ⁊ amici dei capitalia crimina vitauerint: ⁊ multa opera bona fecerint: tamē sine minutis peccatis eos fuisse nō cre-
dimus: quia non mentit ille qui dixit: Non Job. 15.

eſt immunis a peccato: nec infans cuius eſt vnius diei vita ſup terrã. Et beatus Johannes euãgeliſta qui vtiqꝫ meritis nõ erat infe
1.Joh.1. rior ſancto iacob: clamat et dic: Si dixerim⁹ q꞉ peccatũ nõ habem⁹: ipſi nos decipimus: ⁊ veritas in nobis non eſt. Et illud qđ alibi
Prouer.24. ſcriptũ eſt: Juſtus ſepties cadit et reſurgit. Quia ergo ſicut iã dictũ eſt: ſine iſtis minutis peccatis iacob eſſe nõ potuit: volẽs de⁹ ip ſa parua peccata in hoc ſeculo tribulationis igne cõſumere: implet in eo qđ ipſe p ſpm̃
Eccl 27. ſanctũ dixit: Uaſa figuli ꝓbat fornax: ⁊ homines iuſtos tẽptatio tribulatõis. Et illud:
Heb.12. Flagellat deus omnẽ filiũ quem recipit. Et
Act.14. illud: Per multas tribulatiões oportet nos intrare in regnũ dei. Ut ergo ſanctũ iacob deus noſter velut aurum purgatũ in futuro iudicio ꝑſentaret: ꝑus ab illo oĩs maculas peccatoꝝ abſterſit: vt in eo ignis ille arbiter
D qđ exureret inuenire nõ poſſet. Qđ etiam in
Gen.39. ipſo beato ioſeph factũ eſſe cognoſcim⁹. Cũ eñ: ſicĩ dixit ſcriptura: dñs eſſet cu꞉ eo: ⁊ gratiã ei apud dominũ ſuũ ⁊ apud principẽ carceris dediſſet: ꝯuentuſ; tũc eſt vt ab homine auxiliũ poſtularet: dicens magiſtro pincer
Gen.40. narũ: Memẽto mei cũ tibi bene fuerit: ⁊ ſupplica pharaoni: vt me eijciat de iſto carcere.
Ps.117. Et q꞉ nõdum ſcriptũ erat: Bonũ eſt ſperare in dño q̃ ſperare in homĩe: cũ in omnib⁹ dei gratiã meruiſſet: ſurreptũ eſt illi vt ab homine auxilium peteret. Pro qua re additi ſunt duo anni; quibus adhuc teneret in carcere: tanq̃ diceret ei deus: Ego tibi oſtẽdo vt magis a me q̃ ab homĩe debeas auxiliũ poſtulare. Sine vlla eñ dubitatiõe credendũ eſt q ꝓ caſtigatione ſancti ioſeph nõ ꝑmiſit de⁹ magiſtrũ pincernaꝝ vt in mente haberet qđ ei ſanct⁹ ioſeph qñ de carcere dimiſſus ẽ ſupplicauerat. Et q꞉ etiã ⁊ ipſe ioſeph q̃uis ſanctus tunc ſine peccato eſſe nõ poterat: ideo tanto tẽpore fuit in carcere clauſus: vt in eo
Apoc.3. impleret qđ ſcriptũ eſt: Ego quos amo ar
E guo: ⁊ quos diligo caſtigo. Si diligẽter attẽdim⁹ fratres chariſſimi qđ erga beatũ iacob deũ feciſſe credim⁹: hoc etiã ioſeph circa fratres ſuos exercuiſſe cognoſcimus: qui vtiqꝫ tam ſanctus fuit vt eos odio habere nõ potuiſſet. Unde credendum eſt q ideo eos tantis tribulatiõibus fatigauerit: vt illos ad cõfeſſionẽ criminis ⁊ ad medicamentũ pœnitẽtię ꝓuocaret. Deniqꝫ cũ ingenti dolore dixe
Gen.42. runt ſe merito pati illa: q꞉ peccaſſet in fratrẽ ſuũ videntes anguſtiã eius. Et q꞉ ſciebat beatus ioſeph q fratribus ſuis parricidij crimẽ ſine grandi pœnitentia indulgeri nõ poſſet: ⁊ ſemel ⁊ ſecũdo ⁊ tertio illos medicabili tribulatione tanq̃ ſpiritali igne decoxit: nõ vt ſe vindicaret: ſed vt illos corrigeret: et de tã graui crimine liberaret. Deniqꝫ priuſq̃ peccatũ ſuũ ꝯfiterent: ⁊ crimẽ qđ admiſerãt inutua inter ſe caſtigatiõe cõſumerẽt: nec agnoſcendũ eis ſe dedit: nec pacis oſculũ eis indulſit. Cũ ꝟo illos ꝓ peccato qđ in ipſo ad
miſerant hũiliter videret afflictos: deoſculatus eſt ſingulos: ⁊ ꝑ ſingulos fleuit: ⁊ paucẽ Gen.45.
tiũ colla pio oculoꝝ rore ꝑfundens: odiũ fratrũ charitatĩ lachrymis abluebat. Qđ ergo F
deus in beato iacob fecit: et qđ ioſeph erga fratres exercuit: hoc etiã ⁊ nos in illis qui in nobis peccauerint debemus implere: ⁊ non ipſos ſed peccata eoꝝ ſtudeam⁹ odire: et ita velimus ſm culpę merita duriſſima caſtigatione corripere: vt eos ſtudeam⁹ in veritate diligere. Hec ſi facim⁹ fratres chariſſimi: impleť i nobis illud qđ ſcriptũ eſt: Jnuicẽ one Gal.6.
ra veſtra portate: et ſic adimplebitis legem chriſti. Ad extremũ vt totũ qđ dixi breui ſermone concludã; taliter indulgeam⁹ eis qui in nobis peccauerint: qualiť volum⁹ vt nobis indulgeat deus quotiẽs in illo peccam⁹. Hec ſi facimus: ſecuri poſſumus dicere: Di Matth.6.
mitte nobis debita nr̃a: ſicut ⁊ nos dimittimus debitoribus noſtris. Adhuc nos delectabat cum charitate veſtra de beato ioſeph aliquid loqui: ſed propter pauperes qui ad opera ſua feſtinant: melius eſt hoc vt nobis in die craſtina reſeruemus. Et ideo conuerſi ad dominũ miſericordiã ipſius depcemur vt deſideriũ audiendi verbum dei qđ in nobis placatus cõtulit ⁊ augere ſemp ⁊ conſeruare digneť: qui cum patre et ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat in ſęcula ſęculorũ: Amẽ.

Jtem eodem die Homelie de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Lucã: Homo quidã habuit duos Luc.15.
filios: Et dixit adoleſcẽtior ex illis: Pater da mihi portionem ſubſtantię rẽ. que habenť inter ſermones de Uerbis domini.xxxiij. Et de q̃ſtionibus euangelioꝝ libro.ij.ca. xxxiij. Et iter ſermones ad fratres i heremo.xxvij.

Sermo LXXXIII. Dñica tertia in quadrageſima de Joſeph ꝛ dña ſua: Sermo I

A b Beatus ioſeph ſanctꝰ ꝛ fidelis dñi famulus tribulationibꝰ magis iuſtus oſtendit: q̄ p̄mo īuidia fratrū hiſmahelitis in ſeruū addictus: ab eiſq; venditꝰ a qbꝰ ſe viderat adorādū: deīde egyptio dño traditꝰ: ſemꝑ tñ ingenui animi tenuit dignitatē: docuitq; exēplo ſuo ꝛ ſeruos et liberos in peccādo nō cōditiōe coequales eſſe ꝫ mēte. Cū eſſet decorꝰ ꝛ ſpecioſus facie: pulchritudinē vultus ſui nō ad alienā diriuauit iniuriā: ſed ad ſuā gratiā ꝯſeruauit: hoc ſe pulchriorē iudicās: ſi nō diſpēdio caſtitatis ſed cultu pudoris ſpecioſior ꝓbaret: ꝛ illum eſſe verū decorē qui nō alienos oculos caperet: nec mētes fragiles vulneraret. Crimē enim dñe ſue fuit q̄ male vidit: nō beati ioſeph q̄ male videri nō voluit. Nec in eo q̄ viſus eſt culpa eſt: q2 nō erat ī poteſtate ſeruili vt nō videret a dña. Maritꝰ debuit cauere vxoris oculos. Diſcāt tūc ꝛ viri cauere oculos feminarū: cū ꝛ amant ꝛ qui nolūt amari. Deniq; adamatꝰ eſt ioſeph: q̄ amantē ꝯtēpſerat. Et bñ excuſauit eū ſcptura dicēs: Immiſit oculos vxor dñi eius in ioſeph: hoc eſt nō iſte ſe oſtētauit: nec illa cepit incautū: ſed illa retia ſua īmiſit ꝛ indagine ſua capta ē. Catenas ſuas ſparſit: ꝛ in ſuis vinculis colligata eſt.

Gen. 39.

Ubi. s.

B Dixit aūt illi: Dormi mecū. Prima adulterij oculoꝝ tela ſūt: ſecūda ꝟboꝝ. Sed q̄ nō capit oculis: pōt ꝟbis reſiſtere. Excuſat qđ ingreſſus ē: ꝑdicat qđ elapſus eſt. Nec plus fecit ꝑ veſtimēta corpis q̄ ꝑ animi caſtimoniā. Reliquit tanq̄ nō ſua q̄ adultera manibus detinebat: ꝛ aliena iudicauit que tactu impudice potuerāt cōprehēdi. Magnꝰ plane vir qui venditꝰ ſeruire tūc neſciuit: ingenuā adamatus nō redamauit: rogatus non acquieuit: apprehēſus aufugit. Cōcupiſcit ado leſcens a dña: ſed ad cōcupiſcētiā ꝓuocatus ꝛ rogatꝰ refugit: vna hac in re blādicijs ſupplicat: q̄ ī ceteris impabat. Amabat illū: an potiꝰ ſe? Ego puto: q2 nec illū: nec ſe. Si illū amabat: q̄re volebat ꝑdere? Si ſe amabat: quare q̄rebat ꝑire? Ecce ꝓbaui: q2 nō amabat: veneno libidinis ardebat: non flamma charitatis lucebat. Sed ille nouerat videre: qđ illa nō nouerat. Pulchrior erat intus ioſeph q̄ foris. Pulchrior in luce cordis q̄ in facie corpis. Ubi illiꝰ femine oculus nō penetrabat: ibi ipſe ſua pulchritudine fruebatur. Intuens q̄ interiorē pulchritudinē caſtitatis ī ſpeculo ꝯſciētie ſue: qñ illā maculari: qñ violari feminea tēptatiōe ꝑmitteret? Qđ

C ergo videbat in ſe: et tu vis videre in te pulchritudinē pudicitie interiorē ſpūs talē? Si habeo ad illā qualeſcūq; oculos: exēpli grā tibi aliquid ꝓpono: ipſā vis in cōiuge tua. Noli ergo odiſſe in aliena: qđ amas in tua. Quid eñ debes amare ī cōiuge tua? Utiq; caſtitatē. Hanc odiſti in aliena. Serua ergo in cōiuge aliena qđ ſeruare cupis in tua: q2 ꝛ in vxore caſtitatē potius diligis q̄ carnem. Sed forte exiſtimas te amatorē eſſe carnis vxoris tue ꝛ nō caſtitatꝭ. Sordida quidē cogitatio: miſera ꝛ voluptuoſa: ꝫ nō te dimitto ſine exemplo. Tu putas q2 carnē amas vxoris tue: ego eñ dico q2 caſtitatem plus amas. Deniq; hanc plus amas in filia tua. Quis eñ hoīm q̄ non filias ſuas caſtiget: et non caſtas eſſe velit? Nūquid ꝛ ibi carnem amas? Nūquid cōcupiſcis corpus pulchrū: vbi exhorreſcis inceſtū? Si q̄ amatorē te caſtitatis cōuincis: q̄d te offendiſti vt eam nō ames in te? Qđ ames in filia tua: ama hoc ꝛ in vxore aliena: quia ꝛ filia tua vxor erit aliena. Ama q̄ ꝛ in te caſtitatē. Nā ſi amas vxorem alienam: non continuo habebis: caſtitatē ſi amaueris: mox habebis. Blanda caſtitas ꝛ ſancta: in cubiculo cordis tui ſuauis eſt. Eius amplexꝰ nō habet amaritudinē: cōuerſatio illius in nullo tibi ī domo cōſcientie cōtradicit. Ama q̄ ꝛ in te ꝛ ī alijs caſtitatē: et imitaberis beatū ioſeph q̄ noluit impudice mulieri accubitu illicito ꝯſentire. Repulit cōcupiſcentiā alienā: amplexus ē pudicitiā ſuā. Amator dei dilectiſſimi mulieris amore nō vincit. Caſtū animū incitans adoleſcētia nō ꝑmouit: nec diligētis auctoritas. Mirati eſtis caſtitatem: aſpicite nūc

D benignitatē. Ille ꝓ odio reddit charitatē: ꝛ cū videret frēs ſuos: imo inimicos ex fratribus: cūq; ab eis agnoſci vellet: dilectionis affectū pio dolore teſtatus eſt ad eos. Oſculabat ſingulos ꝛ ꝑ ſinglos flebat: ꝛ irriguis fletibus pauentiū colla ꝑfudit. Odiū fratrū charitatꝭ lachrymis abluebat. Cōſtat viuo patre atq; mortuo q2 germano ſemꝑ amore dilexit: nec recordat illum in quo ad necē fuerat deiectus in lacū: non cogitauit addictā ꝑcio germanitatē: ſed ꝓ malis bona reſtituēs: iā tūc necdū data aplica p̄cepta com-

Gen. 45.

pleuit. Ergo beat⁹ ioſeph cogitās vere cha-
ritatis dulcedinē: venenū inuidie quo frēs
ſuos nouerat fuiſſe pcuſſos: deo auxilante
E ſtuduit de corde ſuo repellere. Et reuera fra-
tres qd infelici viro ꝓſtat inuidia quē in ſe-
cretis ꝯſciētie q̄buſdā vngulis liuor ipe diſ-
cerpit: ⁊ alienā felicitatē tormētū illi⁹ facit?
Quā inq̄ mercedē ex odio ſuo recipiet: niſi
horribilis aīe tenebras ⁊ cōfuſe mētis horro
rē: qui vultu ſemꝑ aīo q̄ merēte voto q̄ vult
alij nocere ſe cruciat: quē ſeuiſſimis exagita-
tū ſtimulis ab omni cōſilio ac mētis ſobrie-
tate deturbat? Et ideo obſeruem⁹ frēs vitij
hui⁹ incurſū: ne forte participes opis diabo
li inueniamur: ⁊ pari cū illo ſentētia cōdēne
Sap.2. mur: ſicut ſcriptū eſt: Inuidia diaboli: mors
intrauit in orbē terrarꝫ: Imitantur aūt eum
qui ſūt ex pte ei⁹. Qd malū ledit parū aliqd
etiā eos in q̄s intendit: graui⁹ tñ ⁊ pnicioſi⁹
Ad fratres in heremo Ser.18. eos ꝑus a quib⁹ ꝓcedit affligit. Sicut eñ eru-
go ferrū: ita inuidia illa ipſā animā in q̄ eſt
interimit ⁊ cōſumit. Et ſicut aiūt viperas di
lacerato ⁊ dirupto illo ipſo materno vtero, i
quo cōcepte ſunt naſci: ita et inuidie natura
illā ipſā animā a qua cōcepta ē ⁊ cōſumit et
pdit. Qualis hec aīe tinea eſt? Que cogita-
tionū tabes pectoris? Quāta rubigo zelare
in homīe donū dei: ⁊ in malū proprīū bo-
na aliena cōuertere: alioꝝ gloriā facere penā
ſuā: velut quoſdā pectori ſuo admouere car
nifices: cogitatiōibus ⁊ ſenſib⁹ ſuis adhibe-
re tortores: q̄ ſe īteſtinis cruciatib⁹ lacerent?
Nō cib⁹ talib⁹ letus: nō potus pōt eſſe iocū
dus. Suſpirat ſemꝑ et ingemiſcit ac dolet:
dieb⁹ ac noctib⁹ pectus obſeſſū ſine intmiſ-
ſione laniat. Et quātū ille cui inuidet ſucceſ-
ſu meliore ꝓfecerit: tantū inuid⁹ ī maius in-
cendiū liuoris ignib⁹ exardeſcit. Pallor ī fa
cie: tremor in labijs: ſtridor ī dentib⁹. Quiſ-
q̄s ille ē quē in zelo ſuo pſequit inuid⁹: ꝓter
fugere eū forſitan poterit ⁊ vitare: inuid⁹ vo
fugē n̄ valebit. Vbicū q̄ fuerit aduſari⁹ ſu⁹:
ſecū eſt hoſtis in pectore ſꝑ incluſus. Deniq̄
dñs in euāgelio cū eū diſcipuli interrogarēt
Matth.18. quis int illos maior eſſet reſpōdit: Quiſq̄s
fuerit inq̄t minim⁹ ī omnib⁹ his: hic erit ma-
gnus. Quo verbo: omnē cauſam ⁊ materiā
mordacis inuidie eruit ⁊ abſcidit. Chriſtia-
no ḡ xp̄o zelare nō licet. Cōtra inuidiā: red-
de hūilitatē. Audi beatū Johannē apl'm in
1.Joh.3. epl'a ſua dicentē: Qui odit fratrē ſuū homi-
1.Joh.2. cida ē. Et iterū: Qui dicit ſe in luce eſſe ⁊ fra
trē ſuū odit in tenebris eſt: ⁊ in tenebris am
bulat: et neſcit quo vadat. Deſcendit eñ in
gehennā ignarus: ⁊ cecus ꝓcipitat in penā.
Recedit ipſe ſcilicet a chriſti lumīe monētis
⁊ dicētis: Ego ſum lux mūdi: et qui credit in Joh.8.
me nō ambulat in tenebris ſed habebit lu-
mē vite. Nos vo deo auxiliāte venena inui F
die fugiētes: nō ſolū cū bonis ſed etiā erga
malos charitatis dulcedinē habeam⁹. Sit i
manib⁹ diuina lectio: in ſenſib⁹ dñica cogi-
tatio: oratio iugis oīno nō ceſſet: ⁊ ſalutaris
opatio ꝯſcueret: vt quoties ad temptandū
nos acceſſerit inimic⁹: ſemꝑ nos bonis opi-
bus inueniat occupatos. Cōſideret ḡ vnuſ-
q̄ſq̄ ꝯſcientiā ſuā: ⁊ ſi ſe videt de ꝓſperitate
ꝓximi ſui inuidie veneno pcuſſū: euellat de
pectore ſuo ſpinas ⁊ tribulos: vt in eo ſemē
dñi q̄ſi in fertili agro multiplicata ſegete lu-
minis cōcipiat: vt amaritudo inuidie chriſti
dulcedine leniat. Amet eos et q̄s ante ode-
rat: ⁊ de melioꝝ ſemꝑ ꝓfectib⁹ gratulet. Nō
deroget ſacerdotib⁹: nec ꝑpoſitos ſuos ve-
nenatis dentib⁹ laceret: faciat ſe illis aduna
ta dilectione participē. Dimittit ei qū ⁊ ipſe Luc.6.
dimiſerit: accipient ſacrificia ſua: cuz et ipſe
pacific⁹ ad deū acceſſerit. Cogitet vnuſq̄ſq̄
padiſi delitias: regno celeſti diſcat adherere:
ad qd niſi cōcordes ⁊ vnanimes ſpū admit-
tunt. Cogitem⁹ ḡ frēs qd filij dei hi ſoli poſ- Matth.5.
ſint vocari: q̄ ſunt pacifici: ſm qd ſcriptū eſt:
In hoc cognoſcēt oēs q2 mei diſcipuli eſtis: Joh.13.
ſi dilectionē habueritis ad inuicē. Ad qd vos
pius dñs bonis opibus ſua ꝓtectione pdu-
cat: cui eſt honor ⁊ imperiū cū patre ⁊ ſpiritu
ſancto in ſecula ſeculorū: Amē.

## In eadē dominica: de eo qd ſcri-ptū eſt: Mortuus eſt ioſeph et filij iſrael creuerūt ⁊c. Sermo II

Exo.1. Sermo LXXXIIII. A

Audiuimus in lectiōe q̄ lecta eſt frēs
a dilectiſſimi: q̄ mortuo Joſeph filij Exo.1.
iſrl' creuerunt: ⁊ multiplicati ſunt ni-
mis: et quaſi herba germinauerūt. Quid eſt
h̄ fratres chariſſimi? Donec viueret ioſeph
nō referunt creuiſſe filij iſrl': nec q̄ multipli-
cati ſunt nimis: ſed poſtea q̄ mortuus eſt ſic
germinaſſe dicunt: cū vtiq̄ ſub patrocinio
vel defenſiōe ioſeph magis debuerāt creſce-
re ⁊ multiplicari. Sed hec frēs chariſſimi in
illo ioſeph figurata ſunt: in nr̄o aūt ioſeph:
id dño chriſto in veritate cōpleta ſunt. Pri⁹

enim ꝙ moreret᷑: id eſt ꝙ crucifigeret᷑ ioſeph noſter: pauci in eum crediderunt: poſtꝗ̄ vo mortuus eſt ⁊ reſurrexit: in vniuerſo mūdo multiplicati ſunt ⁊ creuerunt iſraelitę: id eſt ipſi chriſtiani. Sic ⁊ ipſe dn̄s in euāgelio di-
Joh.12. xit: Niſi granū frumēti cadens in terra mortuū fuerit: ipſuȝ ſolū manet: Si aūt mortuū fuerit: multū fructū affert. Poſtea enim ꝗ̄ paſſione ꝑcioſum granū frumēti mortuū eſt ⁊ ſepultū: ꝑ vniuerſū mūdū de vno illo grano meſſis eccl'ię pullulauit. Nō eñ ſicantea
Ps.75. in iudęa tantū notus ē de⁹: nec ſolū in iſrael nomē eius colit᷑: ſed a ſolio ortu vſqꝫ ad occa
B ſum nomē illi⁹ collaudat᷑. Interea mortuus
Exo.1. eſt ioſeph: et ſurrexit nouus rex in ęgypto q̄ ignorabat ioſeph: ⁊ alloquit᷑ gentē ſuam: vt pſequerent᷑ filios iſrl'. Dū rex ille viueret qui nouerat ioſeph nō referunt᷑ afflicti fuiſſe filij iſrael: nec in luto ⁊ latere fatigati: nec maſculi eoꝝ necati ⁊ fęminę viuificatę: ſed poſtea ꝗ̄ ſurrexit rex ille q̄ non nouerat ioſeph: oīa
1.Cor.10. illa geſta referunt᷑. Hęc eñ frēs ſm̄ qđ dicit apl'us: in figura contingebant pſo iudęorū: ſcripta ſunt aūt ꝓpter nos. Qđ in illis carnaliter figurabat᷑: i nobis ſpiritalit' adimpletur. Et nos ſi ſi diligēter attēdimus: int⁹ in nobis in homie interiore hęc fieri frequēter agnoſcim⁹. Anima eñ nr̄a aut a legitimo rege regit᷑: aut a tyrāno vaſtat᷑. Si eñ deo adiuuāte pie viuim⁹: ſi de charitate: ꝺ miſcđia ⁊ de patiētia atqꝫ pęnitētia: cęteriſqꝫ his ſilibus cogitam⁹: licet adhuc in ęgypto: id eſt i carne ſimus: tñ a chriſto rege gubernamur: ⁊ ipſe regit nos in luto ⁊ latere ſed non cōſumit: nec nos curis terrenis vel nimijs ſollicitudinib⁹ atterit ⁊ affligit. Si vo aīa nr̄a cęperit declinare a deo: ⁊ ea q̄ ſunt turpia ⁊ in-
Ro.8. honeſta ſectari: tūc prudētia carnis quę inimica eſt deo: repudiato rege chriſto: ſubdit infelicia colla tyranno. Qđ cū fuerit factū: alloquit᷑ gentē ſuā: id eſt corpis voluptates et vitiorū ducib⁹ ad cōſiliū cōuocatis initur deliberatio aduerſus filios iſrl': id eſt aduerſus cogitatiōes ſanctas ⁊ acceptabiles deo quō circūueniant᷑: quō opprimant᷑ vt luto et laterib⁹ affligant᷑: vt maſculos interficiāt ⁊ fęminas reſeruēt. In maſculis intelligit᷑ ſenſus rōnabilis: i fęminis cōcupiſcētia carnis. Uult ergo diabolus in nobis viros occidere ⁊ fęminas reſeruare: id eſt ſenſum i nobis rōnabilē ac deū videntē extinguere: et q̄ ad
C cōcupiſcētiā carnis ꝑtinēt reſeruari. Nō nobis hęc ad hiſtoriam tm̄ ſcripta ſunt: nec putandū ē diuinos libros ęgyptioꝝ geſta narrare: ſ; q̄ ſcripta ſūt: ſicut apl'us ait: ad nr̄am Ro.15.
doctrinā ⁊ cōmonitionē ſcripta ſunt: vt tu q̄ hęc audis ⁊ gratiā baptiſmi iā ꝯſecutus es: ⁊ annumerat⁹ es inter filios iſrael: ⁊ ſuſcepiſti in te regē chriſtū: ſi poſt hoc declinare volueris ⁊ ꝑ cupiditate opa ſeculi agere: actus terrę ⁊ luti: id eſt luxurioſa explere miſteria: agnoſcas ⁊ intelligas qꝛ ſurrexit i te rex ali⁹ qui neſcit ioſeph. Rex ęgypti ipē te cogit ad opera ſua: nō iuſticię ſed iniquitati ſeruire. Ipſe faciet laterē ſibi operari ⁊ lutū. Ipe te ſub ꝓpoſitis: magiſtris ⁊ cōpulſorib⁹ ad opa terrena ⁊ luxurioſa plagis ⁊ verberib⁹ aget. Ipſe eſt qui te facit diſcurrere ꝑ ſeculū: maris ac terrę elemētis pro cupiditate turbari. Ipſe eſt rex ęgypti qui te forū pulſare litib⁹ facit: ⁊ ꝓ exiguo terrę ceſpite ꝓpinquos iurgijs fatigare. Ipſe eſt q̄ te ꝑſuadet luxuria caſtitati inſidiari: decipere innocētiā: in domū tuā q̄ ſunt fęda: foris q̄ ſunt crudelia: intra cōſcientiam q̄ ſunt flagitioſa cōmittere. Si ergo tales videris eſſe actus tuos: ſcito te regi ęgypti militare: id eſt nō chriſti ſ; diaboli ſpū agi. Nos frēs chariſſimi q̄ ante ad- D
uentū dn̄i ſaluatoris domus diaboli fuim⁹: ⁊ ꝑ gratiā chriſti de poteſtate ipſius liberari meruimus: quātum poſſum⁹ ipſo deo adiuuante laborare debemus: ne a nobis malis actibus nr̄is offenſus chriſtus abſcedat: et diabolus illo recedēte ſuccedat: ne forte cor noſtrū vero lumine effocato tenebroſa nox occupet: ne i nobis impleat᷑ illud qđ in euāgelio ſcriptū eſt: Cū exierit ſpūs imūdus ab Luce.11.
homie: vadit ꝑ loca arida q̄rens requiē ⁊ nō inuenit. Poſt hęc dicit: Reuertar in domū meā vnde exiui. Et cū venerit: inuenit eam ſcopis mundatā: et adducit ſecū ſeptē alios ſpūs neqores ſe: ⁊ ingreſſi habitāt ibi: ⁊ erūt nouiſſima homis illius peiora priorib⁹. Hoc E
eñ chariſſimi de chriſtiano etiam baptizato intelligendū eſt. Per gratiā eñ baptiſmi vacuatur quiſqꝫ omnib⁹ malis: poſtea vo cum dei adiutorio laborare debet vt impleat᷑ omnibus bonis. Nā ſi aliquē liberū a malis vacuūqꝫ a bonis inuenerit inimic⁹: adducit ſecū alios ſpūs nequiores ſe: ⁊ erūt nouiſſima homis illius peiora ꝓoribus. Et ideo vnde expulſa eſt luxuria: introducat᷑ caſtitas. Ueradicata eſt auaricia: plantet᷑ elemoſyna. Unde malicia vel inuidia expellit᷑: charitas

dominet. Et quia veniēs dn̄s noſter alligauit fortem: id eſt diabolū: ⁊ vaſa eius: id eſt nos de poteſtate eius eripuit: quātum poſſumus ipſo auxiliāte ſtudeam⁹: vt illi a quo ſaluati ſumus toto corde ⁊ toto animo vſqꝫ ad vitę noſtrę terminū ſeruiam⁹. Et quia expulſo diabolo domū ſibi de nobis vbi requieſceret ⁊ vaſa i quib⁹ habitaret facere dignatus eſt chriſtus: in domo ſua nō patiat iniuriā: nihil ibi inhoneſtū: nihil ſordiduz: nihil dep̄hendat obſcurū: ſed ita domiciliū cordis noſtri fide plenū ⁊ vacuū malis omnib⁹ ſemper inueniat: vt nos nō ſolū frequētius viſitare: ſed etiā habitare in nobis dignet: qui cū patre ⁊ ſpūſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorū: Amen.

Item eodem die Homelię de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Lucā: Erat ieſus eijciens demoniū ⁊ illud erat mutū ⁊c. quę habent de queſtionib⁹ euangeliorum libro.j.ca.v. Et libro.ij.ca.xvij. Et inter ſermones de Verbis dn̄i.xj.

Luc.11.

Feria ſecūda poſt tertiā dominica in quadrageſima: De paleis egyptiorum: Sermo I

Exo.5. Sermo LXXXV.

A

Quāuis frēs chariſſimi omni tēpore verbū dei cuz grandi deſiderio nos oporteat fidelit ſemp audire: in iſtis tamē dieb⁹ ſpecialiter lectioni diuinę inſiſtere: ⁊ de ſalute animę noſtrę debemus attentius cogitare: quia p totum anni ſpaciū chriſtianorū populus multis vitiorū fluctibus calliditate diaboli inſectat: q̄ appropinquāte paſchali ſolennitate: maiore impetu ꝯtra fideles quoſqꝫ ſe p̄parare conſueuit: ⁊ grauiorib⁹ ſtimulis corda nr̄a cōpungere vel inquetare cōtendit. Sicut em̄ in diebus iſtis ad ſimilitudinē diaboli ⁊ angelorum eius pharao ⁊ egyptiorum ꝑplus pſequebat filios iſrael: ⁊ luto eos ac laterib⁹ affligentes ad amaritudinem pducebant: ita ⁊ hoc tempore iminente paſchali ſolennitate: quia veros iſraelitas qui baptizandi ſunt dolet diabolus de ſuo exercitu vel poſſeſſione diſcedere: grauiores cōſueuit tribulatiōes imittere: maiora ſcandala ꝯcitare. Sed nos ſi moyſen ſequimur: id eſt ſi legem libēter audimus: retroſpicere vel deſiderare egyptum nolumus: pharao/ne ſub merſo p ſacramētū baptiſmi: velut p tranſitum maris rubri de eius poteſtate vel ſeruitio liberamur. Certiſſimū ē frēs chariſſimi: q: quō tunc egyptij filios iſrl̄ multis tribulationib⁹ ad amaritudinē pducebant: ita ſicut iam diximus ⁊ in hoc tempore diabol⁹ ⁊ angeli ei⁹ fideles chriſtianos ⁊ bonis operibus deditos impugnare vl̄ inquietare nō ceſſant.

Exo.1.

B Hoc tamē ſcitote fratres: q: diabol⁹ nō pſequit niſi bonos. Malos em̄: luxurioſos: cupidos ⁊ ſupbos pſequi diabolus nō cōſueuit: Amici em̄ ſunt ſui: ⁊ ſemp volūtates illius faciūt. Et intantū eos nō pſequit: vt etiā p illos alios pſequat. Malos enim homies diabolus quaſi malleos vel flagella habere cōſueuit. Deniqꝫ non pſequit bonos: niſi p malos. Habet ergo deus miſtros ſuos: habet ⁊ diabol⁹ adiutores ſuos. Deus em̄ p homies bonos tanq̄ p miniſtros ſuos agit omne qđ bonum eſt: diabolus v̄o p homines malos velut p ſatellites ſuos exercet omne quod malū eſt. Diabolus per malorum auariciā veſtitos expoliat: deus p homines bonos veſtit nudos. Diabolus p impios et ſupbos etiā ⁊ eos qui pacem habere vident ad ſcandala vel lites inſtigat: deus p pios ⁊ humiles diſcordes quoqꝫ pacificat. Et quia longū eſt ire p ſingula: vt ꝑ certo agnoſcat ⁊ intelligat charitas veſtra: q: ſicut om̄e qđ bonum eſt p bonos homines agit deus: ita omne qđ eſt crudele ⁊ impiū: p malos homines cōſueuit exercere diabolus.

C Deniqꝫ conſiderate fratres ⁊ corporalib⁹ etiā oculis videbitis: quomō ꝑplus diaboli pſequit ꝑpl̄m chriſti: dū adulteri pſequūt caſtos: inſectantur ſobrios ebrioſi: hūilib⁹ inſidiant ſupbi: benignos inuidi: largos cupidi: ⁊ eos q̄ māſuetudinē vl̄ patientiā retinent affligere nō deſinūt iracūdi. Et ideo cōſideret vnuſqſqꝫ cōſcientiā ſuam: ⁊ ſi ſe videt et in cogitatiōe ⁊ in opere ſemp qđ bonū eſt diligere: ⁊ quod honeſtū eſt iugiter exercere: miniſtrū ſe dei eſſe cognoſcat ⁊ gaudeat. Qui v̄o ſeipm̄ interrogans viderit q malū eſt non ſolum cogitare ſed etiaz dicere vel exercere: adiutorē diaboli ſe eſſe intelligat ſimul ⁊ dicat: ⁊ dum adhuc peccatrix aīa in corpore ſuo tenet incluſa: cum dei adiutorio de poteſtate diaboli ſe conet eruere.

D Nemo ſe circūueniat frēs chariſſimi. Unuſquiſqꝫ cui⁹ opa ⁊ voluptates exercet in iſto ſeculo: cum ipſo erit poſtmodū in futuro. Ac ſi omnis homo aut cū

chriſto regnaturus eſt: aut cum diabolo in inferni ſupplicio cruciandus. Et ideo dũ tempus eſt ⁊ in noſtra poteſtate conſiſtimus: cũ dei adiutorio vnuſquiſq; qui ſe malis operibus in ſiniſtra eſſe cognoſcit: priuſq̃ ab hac luce diſcedat: ad dexterã tranſire contendat
Matth.25. non ad ſiniſtram: ne audiat: Diſcedite a me maledicti in ignem ẽternũ: ſed ad dexteram vt inter agnos audire mereaẽ: Venite benedicti ꝑcipite regnũ. Ut hẽc omnia cũ dei adiutorio poſſimus implere: attẽtius de dandis elemoſynis cogitemus. Qualiter autẽ de ſiniſtra tranſeaẽ ad dexterã: euidẽs ⁊ manifeſta ratio demonſtrat. Qui fuit ebrioſus ſit ſobrius: ſit patiens qui fuerat iracũdus. Qui ſolebat res alienas rapere: incipiat etiam ꝓprias pauperibꝰ erogare. Qui ſolebat maledicere: benedicat. Qui ſolebat periurare: etiã a iuramẽto abſtineat. Qui conſueuerat detrahere: ſemꝑ qđ bonum eſt loqui ſtudeat. Qui erat ſuꝑbus: ſit hũilis. Et hoc ordine ſemꝑ cõtrarijs ſtudeamus ſanare contraria: vt deſtructis vitijs: virtutes feſtinemus inſtruere: Et hoc ordine qui ſunt i ſiniſtra: trãſire conenẽ ad dexterã: vt ante tribunal ẽterni iudicis quicũq; talis eſſe voluerit
Ubi.s. audire mereatur: Euge ſerue bone ⁊ fidelis: intra in gaudiũ domini tui: ad qđ vos dominus ꝑducere digneẽ: cui eſt honor cũ patre ⁊ ſpũſancto in ſẽcula ſẽculoꝝ: Amẽ.

## Itẽ eodẽ die Sermones de Epiſtola ⁊ euangelio eiuſdem diei: habenẽ infra dñica ſexta poſt octauas feſti Trinitatis: Et inter ſermones ad fratres in heremo.xxxij.

## Sermo LXXXVI. Feria tertia poſt tertiã dominicã in q̃drageſima: De natiuitate Moyſi ⁊ rubo: Sermo I

A
In lectione diuina frẽs chariſſimi: q̃
i nobis recitata eſt audiuimꝰ: q; poſt
Exo.2. ea q̃ ſanctꝰ moyſes natus eſt ꝓpter metũ pharaonis miſſus ſit in fiſcellã ſcirpeã ⁊ ꝓiectus in carectũ fluminis. Si diligenter attendimus fratres chariſſimi: ſicut beatũ iſaac ⁊ iacob ⁊ ioſeph: ita moyſen typũ chriſti ꝑtuliſſe cognoſcimus. Deniq; cõſiderate diligẽtius: ⁊ videbitis q̃ta in illo ſint figurata myſteria. Moyſes a muliere iudẽa naſcitur: et pharaonis filiẽ adoptaẽ. Filia eñ pharaonis eccleſiã figurauit: quẽ exierat de domo patris ſui: ⁊ veniebat vt lauaretur ad aquam. Pharao in diaboli typum accipiẽ: filia eius ſicut dixi eccleſia intelligiẽ. Et aũt pater eius diabolus antea fuerit: dominus
Joh.8. in euãgelio iudẽos increpans ait: Uos inq̃t ex patre diabolo eſtis. Patrẽ ergo diabolũ habuimꝰ nõ ex eo naſcendo: ſed nequicias illius imitãdo. Exierat ergo filia pharaonis de domo patris ſui: quẽ q̃uis impiũ habuerit patrẽ: attamẽ ei diciẽ ꝑ ꝓphetã: Audi fi-
Ps.44. lia ⁊ vide: et obliuiſcere populũ tuũ ⁊ domũ patris tui. Qui dicit: Audi filia: pater ẽ. Et ille qui admoneẽ obliuiſcẽdus: pater nihilo minus nominaẽ. Ac ſic deus paẽ admonet vt diabolũ patrẽ debeat derelinquere. Hẽc ergo eſt eccleſia quẽ exijt de domo patris ſui diaboli: ⁊ ad aquã: id eſt ad aquã baptiſmi feſtinauit: vt lauareẽ a peccatis q̃ in domo patris ſui cõtraxerat. Deniq; ſtatim viſcera miſericordiẽ accipere meruit: ⁊ collegit moyſen a parentibus ſuis ꝓiectum in flumine. Moyſes ergo a matre ſua ꝓijcitur: ⁊ a pharaonis filia inueniẽ atq; colligiẽ: et chriſtus dñs a ſynagoga de qua natus eſt repudiaẽ:
B ⁊ ab eccleſia inueniẽ atq; ſuſcipiẽ. Poſtq̃ autem creuit moyſes: abijt i regionem longin-
Exo.2. quã: ⁊ accepit ẽthiopiſſam vxorẽ. Agnoſcite fratres hoc non paruũ eſſe myſteriũ. Ethiopiſſa illa ex gentibꝰ erat: quã beatꝰ moyſes duxit vxorẽ: q: et chriſtus ex gentibꝰ ſibi ſociaturus erat eccleſiã. Moyſes dereliq̃t populũ ſuũ in longinquis regionibus ⁊ ẽthiopiſſẽ cõiungiẽ: ⁊ chriſtus derelicto ꝑplo iudẽorũ de extremis regionibꝰ eccleſiẽ ſociaẽ: illi
Ps.60. vtiq; quẽ dicit in pſalmis: A finibꝰ terrẽ ad te clamaui. Audi ex ꝑſona eccleſiẽ: i canticis
Cant.1. canticorũ. Ait eccleſia: Nigra ſum et formoſa. Quid eſt: Nigra ſuꝫ ⁊ formoſa: niſi nigra ꝑ naturã: formoſa ꝑ gratiã: Nigra originali
C peccato: formoſa baptiſmi ſacramento: Dũ ergo paſceret moyſes oues ſoceri ſui i deſerto: apparuit ei dñs in rubo: et dixit moyſes:
Exo.3. Uadam ⁊ videbo quare rubus ardet: ⁊ non conſumiẽ. Et appropinquanti dixit dñs: Ne appropinques huc: ſed ſolue corrigiã calciamẽti tui: q: locus in quo ſtas terra ſancta ẽ. Rubus ille genus eſt ſpinarũ. Ardebat eñ et non conſumebaẽ. In rubo ſignificata eſt ſynagoga iudẽoꝝ. Multo eñ tempore i eis feruor ⁊ flamma ſanctiſpũs fuit: ⁊ tamen ita ꝯtra dei gratiã rebelles ſemꝑ ſpũiſancto reſtiterunt: vt coꝝ peccata vel ſacrilegia igne

ſanctiſpũs cõſumi non poſſent. Dixit autẽ
Exo.3. dominus ad moyſen: Ueni et mittam te in
egyptum. Et reſpõdens moyſes dixit: Do-
mine non ſum eruditus: ꝛ tardus ſum ad lo
quẽdum. Et ait illi dominus: Ego aperiam
os tuũ: ꝛ inſtruã te que oportet te loqui. Be
ati ſunt quoꝝ os dominus aperit vt loquã-
tur. Omnibus eñ qui ꝓ veritate: pro iuſti-
cia: pro caſtitate: pro humilitate: pro miſeri-
cordia loquunt: ſine vlla dubitatiõe os illo-
rum nõ aperit niſi dominꝰ: Sicut ecõtrario
qui de luxuria: de auaricia: de ſuperbia: de
rapinis: de ſcurrilitate vel nequicia aſſidue
loquũt: quis illoꝝ os aperiat nõ opus ẽ di-
cere: poteſt hoc vnuſquiſqꝫ ſine vlla difficul
tate cognoſcere. Et ideo fratres chariſſimi
auxiliãte domino bona iugiter cogitemus:
vt os noſtrũ non crudelis aduerſariꝰ ſed deꝰ
Luc.6. pius aperiat. Ex abundantia eñ cordis os
loquit. Unuſquiſqꝫ noſtrũ cuius ꝑſentiam
ſuſceperit in corde: ipſius verba ꝓferre con-
ſueuit ex ore. Noſtrũ aũt cor aperiat chriſto
et claudat diabolo: vt ĩ nobis impleat illud
qđ de domino et populo ſancto ſcriptũ eſt:
Leuit.16. 2.Cor.6. Et habitabo inquit in eis: et inambulabo.
Joh.14. Et iterum: Ego ꝛ pater veniemus: ꝛ manſio-
nem apud eum faciemus. Qui ſemꝑ qđ iu-
ſtum eſt loquit ꝛ deus in illo habitat et ipſe
D Exo.4. in deo. Dixit ꝗ dominus ad moyſen: Quid
eſt inquit quod in manu geſtas? Et ille ait:
Uirga. Proijce inquit eam in terrã. Quam
cum ꝓieciſſet: verſa eſt in ſerpentẽ: ita vt fu-
geret moyſes. Uirga illa fratres chariſſimi
crucis myſteriũ ꝑferebat. Sicut enim ꝑ vir-
gam egyptus decem plagis ꝑcutitur: ita et
per crucem totus mũdus humiliat ꝛ vincit.
Et ſicut pharao ꝛ populꝰ eius ꝑ virge ſacra-
mentũ affligitur vt ad ſeruiendũ deo dimit
tat populũ iudeorum: ita diabolus ꝛ angeli
eius ꝑ crucis myſteriũ fatigant ꝛ ꝑmunt vt
a dei ſeruitio reuocare nõ poſſint populum
Ubi.3. chriſtianũ. Quod autẽ miſit moyſes manũ ſuã
in ſinum ſuũ et ꝓtulit eam leproſam: ꝛ iterũ
miſit ꝛ protulit ſanam ꝛ carni reliquę ſimilẽ:
non ocioſe debemus accipere. In manu illa
typus ſynagogę vel eccleſię gerebat. Sicut
prior fuit populꝰ iudeorũ: poſterior gentiũ:
ita ante fuit ſynagoga ꝙ eccleſia. Sed quia
eccleſia eligit et ſynagoga repudiat: ideo in
ꝑmis manus moyſi leproſa efficit: et poſtea
carni reliquę ſimilis reddit: ac ſic ſynagoga
ꝓpter infidelitatẽ leproſa relinquit: eccleſia
quaſi manus ſana ad omne opus apta ꝑeli-
git. Leuauit ꝗ moyſes ſephorã vxorẽ ſuã: et E
veniebat in egyptũ. Et aſtitit dñs cõtra eũ: Exo.4.
ꝛ volebat occidere eum. Forſitan ĩ hoc loco
poſſumus intelligere ꝙ diſplicuerit deo: ꝗre
moyſes tanta mirabilia facturus: vxoris im
pedimentũ ſecũ ducere vellet ĩ egyptũ. Uñ
dat intelligi ꝙ ex illo loco remiſerit vxorem
ſuam ad ſocerũ ſuũ. Nã intantũ ſine illa de-
ſcendit in egyptũ: vt poſtea iã in heremo cõ
ſtituto moyſi ipſã vxorẽ ſuã: ſicut legimꝰ: ie- Exo.18.
thro cognatus ſuus adduxerit. Quod aũt virga Exo.4.
ꝓiecta in terrã verſa eſt in ſerpentẽ: qđ ſigni
ficet videamꝰ. Serpens ꝓ ſapiẽtia reputat:
ſicut dominus in euãgelio: Eſtote inqt pru- Math.10.
dentes ſicut ſerpẽtes. Uirgã crucẽ diximus
figuraſſe. Crux ꝗ ꝗ infidelibus ſtulticia eſſe 1.Cor.1.
credit: ſicut dicit aplus: gentibus ſtulticia:
poſtea ꝙ in terrã miſſa eſt: id eſt ad paſſionẽ
dñi ꝑparata: verſa eſt in ſerpentẽ: hoc eſt in
ſapientiã. Et ĩ tantã ſapientiã ꝗ omnẽ mũ-
di iſtiꝰ ſapientiã deuoraret. Deniqꝫ oẽs ſer- Exo.7.
pentes quos magi incantationibus ſuis fe-
cerant deglutiuit. Per virgã ꝗ egyptus fla-
gellat: ꝛ ꝑ crucẽ mũdus vincit: ꝛ diabolꝰ ſu-
perat. Oremus ergo frẽs chariſſimi vt ꝛ no-
bis chriſtus dñs ꝓ ſua pietate cõcedat mun
di huiꝰ cõcupiſcentiã vincere: et de diabolo
et angelis eiꝰ ante tribunal ſuũ felicẽ victo-
riã reportare: cui honor eſt ꝛ imperiũ in ſecu
la ſeculorũ: Amen.

## In eadem feria: de decem plagis egyptiorũ: Sermo II

Sermo LXXXVII.

A
M Oyſes ad egyptũ veniens frẽs cha-
riſſimi: defert ꝛ virgã: qua caſtigat
ꝛ verberat egyptum decem plagis: Exo.7.
Moyſes: lex itelligit ꝗ data ẽ huic mũdo vt
eũ decẽ plagis: id eſt decẽ mãdatis ꝗ in de-
calogo cõtinent corripiat ꝛ emẽdet. Quod aũt
lex moyſes intelligi poſſit: dñs in euãgelio
dixit: Habẽt moyſen et ꝓphetas: id eſt legẽ Luc.16.
ꝛ ꝓphetas. Uirga vero ꝑ quã egyptus ſubij-
cit ꝛ pharao ſuperat: crucis chriſti imaginẽ
ꝑferebat: ꝑ quã mũdus hic vincit: ꝛ ꝑnceps
huiꝰ mũdi cum ꝑncipatibus ꝛ poteſtatibus
triumphat. Quod autẽ virga ꝓijcitur ꝛ fit dra- Exo.7.
co vel ſerpens ꝛ deuorat egyptioꝝ ſerpẽtes:
Serpens ꝓ ſapiẽtia ponit: ſicut ſcriptũ eſt:
Eſtote prudẽtes ſicut ſerpẽtes. Idcirco vir- Math.10.
ga moyſi: id eſt crux chriſti poſtea ꝙ ad tras
deſcendit: id eſt poſtea ꝙ ad credulitatem ꝛ

ſidem hominū venit: cōuerſa eſt i ſapientiā:
τ in tantā ſapientiā q̄ omnē egyptiorū: id
B eſt hui⁹ mundi ſapientiā deuoraret. Nō vo
Exo.7. aque fluminis vertunt in ſanguinē: ſatis cō
uenienter aptat: vt fluuius cui hebreoꝝ par
uulos crudeli nece tradiderant: auctoribus
ſceleris poculū ſanguinis redderet: τ cruorē
polluti gurgitis quē parricidali cede macu
Exo.8. lauerāt: potādo ſentirēt. Secūda vo plaga
in qua inducunt rane: indicari figuralit arbi
tror carmina poetarū: qui inani quadā τ in
flata modulatione velut ranarū ſonis τ can
tibus ſiles mūdo huic deceptionis fabulas
intulerūt. Ad nihil eñ animal illud vtile eſt:
niſi qd ſonū vocis improbis et importunis
Abi.5. clamorib⁹ reddit. Poſt hoc ſcyniſes ꝓducun
tur. Hoc animal pennis quidē ſuſpendit ꝑ
aera volitans: ſed adeo ſubtile eſt τ minutū
vt oculi viſū niſi acute cernētis eludat. Cor
pus tñ cū inſederit acerbiſſimo terebrat ſti
mulo: ita vt quē volantē qs videre non va
let: ſentiat ſtimulantē. Hoc q̄ animalis gen⁹
digniſſime arti philoſophie vel hereticorū
calliditati poterit cōparari: que minutis et
ſubtilib⁹ verboꝝ ſtimulis animas terebrat:
τ tanta calliditate circūuenit vt decept⁹ qſq
C nec videat nec itelligat vnde decipit. Quar
Exo.8. to quoq in loco cynomia: id eſt muſca cani
14. de Ciuitate dei ca.20 na inducit: que cynicoꝝ ſecte merito compa
rat: qui ad reliquas deceptiōis ſue improbi
tates: etiā voluptatē τ libidinē ſūmū ꝑdi
cant bonum. Qm̄ igit ꝑ hec ſingula ꝓus de
ceptus eſt mūdus: adueniēs ſermo τ lex dei
huiuſcemodi eū correptiōibus arguit: vt ex
qualitate penarū qualitates ꝓprij agnoſcat
Exo.9. erroris. Quito in loco animaliū nece vel pe
cudū egypt⁹ verberat. Vecordia in hoc ar
guit ſtulticiaq mortaliū: qui tanq̄ irratio
nabilia pecora cultū τ vocabulū dei impoſu
erūt figuris: nō ſolum hominū ſed τ pecoꝝ:
Unde iuſto iudicio factū eſt: vt in qbus cul
tū credebāt ineſſe diuinū: in his viderēt mi
Abi.5. ſeranda ſupplicia. Uulnera poſt hec τ veſice
cū feruore ſexto in verbere ꝓducunt: τ videt
mihi q in vlcerib⁹ arguat doloſa τ purulē
ta malicia: i veſicis tumēs τ inflata ſupbia:
in feruore ire ac furoris inſania. Hucuſq per
errorū ſuorum figuras mundo ſupplicia tem
Exo.9. perant. Poſt hec vo verbera veniunt de ſu
pernis voces et tonitrua: et grando et ignis
diſcurrens in grandine. Uidete temperamē
tum diuine correptionis. Non cum ſilentio
verberat: ſed dat voces τ doctrinam celitus
mittit: per quā poſſit culpam ſuam mūdus
caſtigatus agnoſcere. Dat et grandinē: per
quam tenera adhuc vaſtent naſcētia vitio
rum. Dat τ ignem ſciens eſſe ſpinas τ tribu
los peccatorū quos debeat ignis ille depa
ſcere. De quo dicit domin⁹: Ignē veni mit Luc.12.
tere in terram. Per hunc enim incentiua vo
luptatis τ libidinis cōſumunt. Q autē locu Exo.10.
ſtarū octauo in loco fit mētio: puto per hoc
genus plage aut detrahentis aut ſemꝑ a ſe
diſcordantis humani generis incōſtantiam
deſignari. Locuſta eñ cum regem nō habe Prouer.30.
at: ſicut ſcriptura dicit: vna acie ordinatum
ducit exercitū. Homines vo cum rationabi
les a deo facti ſint: neq ſemetipſos regere
potuerunt: neq dei regis patiēter modera
mina ptulerunt. Nona plaga tenebre ſunt: E
vt mentis eorum cecitas arguat: vt intelli Exo.10.
gant diuine diſpenſationis τ ꝓuidentie ob
ſcuriſſimas eſſe rationes. Poſuit eñ deus: Pſ.17.
ſicut pſalmiſta dicit: tenebras latibulū ſuū.
Que ſupbi audacter et temere ꝑſcrutari cu
pientes: et alia ex alijs aſſerentes: in craſſas
τ palpabiles errorū deuoluti ſunt tenebras.
Ad vltimū: primogenitorū infertur interi Exo.12.
tus. Primogenita egyptiorū non incōgrue
principatus τ poteſtates mūdi huius: id eſt
diabolus τ angeli eius intelligunt: quos in
aduentu ſuo chriſtus deſtruxiſſe dicit: id eſt
captiuos duxiſſe: τ triumphaſſe in ligno cru
cis ſue. Poſſumus primogenita egyptiorū
accipere etiā omnes hereticorū auctores: et
inuentores falſarum que in hoc mundo ſūt
religionū: quas chriſti veritas cū ſuis extin
guit auctorib⁹. Et vt hec que dicta ſunt: te F
nacius veſtre memorie inhereant: τ ea velut Recapitulatio
munda animalia in ore cordis reuoluere: et
ſpiritaliter ruminare poſſitis: breuiter reca
pitulationē facimus. Q enim in ꝑma pla Exo.7.
ga: aque cōuertunt in ſanguinē: ſignificant
doctrine philoſophorū: que paruulos ſenſu
decipiunt. Q vo in ſecūda plaga: multitu Exo.8.
do ranarū: intelligunt in eis carmina poeta
rum: que nullis vnq prodeſſe potuerūt. In Abi.5.
tertia plaga ſcyniſes: id eſt muſce minutiſſi
me producunt: grauiſſimo ſtimulo corpora
cōpungentes: τ i eis philoſophie artis aſtu
tia: τ infelicium hereticorū venena vel com
menta ſubtiliſſima deſignant. Quarta pla Exo.8.
ga: muſca canina inducit: τ cynicorū doctri
ne merito comparat: qui inter reliqua mala

Exo.9. libidinem ſummũ pdicant bonum. Quinto
loco animalia occiduntᷣ: et ſignificatᷣ in hoc
G vecordia vel ſtulticia hominũ. Sexto loco
Ibidē. vlcera: puſtulę ⁊ veſicę cum feruore mittun-
tur. In vlceribus arguitᷣ doloſa ⁊ prurulen-
ta malicia: in veſicis tumens et inflata ſup-
Exo.9. bia: in feruore irę ac furoris inſania. Poſtea
vo ſeptimo loco: tonitrua et voces de cęlo
mittuntᷣ ſimul ⁊ grando vel ignis. In voci-
bus et tonitruis agnoſcitᷣ doctrina cęleſtis:
in grandine diſciplina quã accipiunt pecca-
tores: in igne gratia ſanctiſpirit⁹ per quam
libidinum voluptates et peccatorũ tribuli
Exo.10. conſumuntᷣ. Octaua plaga: locuſtę introdu
cuntᷣ. Animal dente noxiũ: ⁊ ſignificatᷣ i eis
ſuperbia hominũ malignoꝝ: qui ſe inuicem
falſis teſtimonijs: ⁊ pditionibus pſequuntᷣ.
Gal.5. De quib⁹ apoſtolus dicit: Si inuicem mor-
detis ⁊ comeditis: videte ne ab inuicem con
Exo.10. ſumamini. Nona plaga tenebrę inducuntᷣ:
per quas cęcitas mentis vel cordis arguitᷣ.
Exo.12. Decima plaga: primogenita percutiuntᷣ: in
quibus aut ſpiritales nequicię: aut origina-
lia peccata intelligi poſſunt: quę veniente
chriſto per myſterium crucis et gratiam ba-
ptiſmi deleri vel extingui manifeſtiſſime cõ
probantᷣ. Hęc ergo fratres chariſſimi: quę il-
lo tempore per figuras ⁊ imagines legimus
facta: gaudeamus et gratias deo agamus:
quia in nobis per eius miſericordiã et ſenti-
mus ⁊ videmus eſſe completa: regnante do
mino noſtro ieſu chriſto: cui ē honor ⁊ impe-
rium cum patre et ſpirituſancto: per omnia
ſęcula ſęculorũ: Amen.

Item eodem die Homelię de eo
quod ſcriptum eſt in euangelio ſm
Matth.18. Mattheum: Si peccauerit in te fra
ter tuus ⁊c. quę habentᷣ inter ſermo
nes de verbis domini .xv. et .xvj.
Et de quęſtionibus euangeliorũ: li
bro .ij. ca .v.

## Feria quarta poſt tertiã domini-
## cam in quadrageſima: De eo quod
Exo.9. ſcriptum eſt: Indurauit dominus
Sermo LXXXVIII. cor Pharaonis: Sermo I

A q Uotiens lectio illa recitatur fratres
chariſſimi: in qua frequẽter audim⁹
Exo.4.et.7. cor Pharaonis dominũ induraſſe:
non ſolum laicis ſed etiam aliquibus cleri-
cis ſolet ſcrupulum generare. Dicunt enim
aliqui inter ſe: Cur enim iniquitas illa pha-
raoni imputatᷣ: cum dominus cor illius ob-
duraſſe referaturᷣ? Et quia de hac re immun-
diſſimi manichei ſacrilego furore ſcripturaꝫ
veteris teſtamenti reprehendere ſolent: Ro
go vos fratres chariſſimi diligenter atten-
dite: quia etſi non quãtum debemus: certe
vel quãtum poſſumus breuiter volum⁹ cha
ritati veſtrę ſuggerere qualiter obduratio-
nem illam debeatis accipere. Primo hoc fi- B
deliter ⁊ firmiter credat dilectio veſtra: quia
nunq̃ prius deus deſerit hominẽ: niſi prius
ab homine deſeratur. Cum enim ⁊ ſemel et
ſecundo ⁊ tertio vnuſquiſq̃ grauia peccata
cõmiſerit: expectat tamẽ illum deus: ſicut p
pphetam dicit: vt conuertatᷣ et viuat. Cum Ezech.33.
vo in peccatis ſuis cęperit pmanere: de mul
titudine peccatorum naſcitur deſperatio: ex
deſperatione obduratio generatᷣ. Dum ho-
mines negligẽtes in primis deſpiciunt pec-
cata ſua quia parua ſunt: creſcentibus mi-
nutis peccatis adduntᷣ etiã crimia: et cumu-
lum faciunt ⁊ demergunt. Quod cum factũ
fuerit: impletᷣ hoc quod ſcriptum eſt: Pecca Prouer.18.
tor cum venerit in pfundum malorũ cõtem
nit. De talibus ⁊ apoſtolus dicit: Ignoras Ro.2.
q̃ patientia dei ad penitentiam te adducitᷣ?
Tu autẽ ſm duriciam cordis tui ⁊ cor impe-
nitẽs: theſaurizas tibi iram in die irę. Et de
tali obduratione etiã alibi legimus: Equus Eccli.30.
indomitus euadit durus: et filius remiſſus
euadit pceps. Et iterum de corrigendo filio
ſcriptura loquitᷣ. Unde ait: Tũde latera filij Ibidē.
tui dum infans eſt: ne induret ⁊ non conſen-
tiat tibi. Iſta enim teſtimonia ſcripturarũ
ideo charitati veſtrę inſinuare volui: vt itel-
ligatis quia et obduratio nõ dei potentia cõ-
pellente perficitᷣ: ſed dei remiſſione vł indul-
gentia generatᷣ: ac ſic pharaonem non diui-
na potentia: ſed diuina patientia credenda
eſt obduraſſe. Deniq̃ quotiēs eum dei pla-
ga percuſſit: afflictus penituit. At vbi ei re-
miſſio diuina indulgentiã dedit: iterum ſe
in ſuperbiã elatus erexit. Hoc ergo diffini-
tiſſime credite fratres ⁊ hoc intelligite: quia
quotiẽs dñs dixit: Ego indurabo cor phara
onis: nõ aliud intelligi voluit: niſi ego inq̃t
ſuſpendo plagas meas ⁊ flagella: vnde cũ p
indulgentiã meã ptra me obdurari pmitto.
Sed forte aliquis dicat: Quare illum deus C

parcendo indurari fecerit: et quare flagella
remouerit? Hoc loco ſecurus ego reſpõdeo.
Ideo deus totiens flagella remouit: qꝛ pha
rao pro ingenti cumulo peccatorum ſuorum
nõ tanꝗ̃ filius ad emẽdationẽ meruit corri-
pi: ſed tanꝗ̃ hoſtis ꝑmiſſus ẽ indurari. Tan
tę em̃ illiꝰ iniq̃tates ꝓceſſerũt: ⁊ deũ totiens
ſacrilego auſu cõtempſerũt: vt in illo imple-
Ps. 72. ret qđ de talibꝰ ſpũſſanctꝰ dixit: In labore
hominũ nõ ſunt: ⁊ cũ hominibꝰ nõ flagella-
bunt: Ideo tenuit eos ſupbia: operti ſũt ini
q̃tate et impietate ſua: Prodijt q̃ſi ex adipe
iniq̃tas eorũ. Ecce qualit̃ obduratur: q̃ ad cor-
rectionẽ caſtigari a dño non meret̃. De illis
aũt q̊s indurari dei miſcđia nõ ꝑmittit: ſcri-
Heb. 12. ptũ eſt: Flagellat deus omnẽ filiũ quẽ reci-
Apoc. 3. pit. Et iterũ: Ego quos amo: arguo et caſti-
Prouer. 3. go. Et iterum: Quẽ em̃ diligit dñs corripit.
De hac obduratiõe etiam ꝓpheta ex ꝑſona
Eſa. 63. ꝑplĩ ad dñm clamat dicẽs: Indurasti cor no-
ſtrũ ne timeremꝰ te. Qđ vtiq̃ nõ ẽ aliud: niſi
deſeruiſti cor noſtrũ: ne cõuerteremur ad te.
Quã rẽ multis ꝓcedentibꝰ ſacrilegijs in ꝑplo
iudęoꝝ impletã eſſe cognouimꝰ. Nemo ꝓ cũ
paganis aut manichęis dei iuſticiã rephen-
dere aut culpare ꝓſumat: ſed certiſſime cre-
dat ꝙ pharaonẽ nõ dei violentia: ſed ꝓpria
iniq̃tas et indomabilis ſupbia ꝯtra dei ꝓce-
D pta totiẽs fecerit obdurari. Quid eſt autẽ ꝙ
Exo. 4. et. 7. dixit: Ego indurabo cor eius: niſi cũ abfue-
rit gr̃a mea: obduret illũ neq̃cia ſua? Et vt h̃
euidẽtiꝰ poſſit agnoſci: aliquã ſimilitudinẽ de
rebus viſibilibꝰ charitati veſtrę ꝓponimus.
Sic em̃ quotiẽs nimio frigore aqua cõſtrin-
gitur: ſolis calore ſupueniẽte reſoluitur: et diſce-
dente eodem ſole iterũ obduratur: ita nimirũ
Matth. 24. peccatoꝝ frigore refrigeſcit charitas multo-
rũ: et velut glacies obdurant̃: et cũ eis iterũ
calor diuinę miſcđię ſupuenerit reſoluunt̃:
Ps. 18. Ille vtiq̃ calor de quo ſcriptũ eſt: Nec eſt q̃
ſe abſcõdat a calore eius. Qđ etiã erga pha
raonẽ impletũ eſſe cognoſcimꝰ: a q̊ quotiẽs
flagella remota ſunt: ꝯtra deũ ſe obduratus
erexit: quotiens vero afflictus eſt humiliter
E ſupplicauit. Quare aũt deꝰ nõ oẽs ita mi-
ſericordit̃ flagellat: vt nullũ ꝯtra ſe obdura-
ri ꝑmittat? Aut illorũ iniq̃tati qui obdurari
merent̃ aſſcribendũ eſt: aut ad inſcrutabilia
dei iudicia referendũ: q̃ plerũq̃ ſunt occulta
nunꝗ̃ tamẽ iniuſta. Nobis ꝓ ſufficiat pie et
Ro. 9. hũiliter credere illud qđ aplus dixit: Nun-
quid iniq̃tas apud deũ? Abſit. Et illud qđ ĩ

cantico conſueuimus pſallere: Deus fidelis Deut. 32.
in quo nõ eſt iniq̃tas. Unde ſicut iã ſupius
ſuggeſſi de pharaone: hoc ſine aliqua dubi-
tatione credamus: ꝙ eum nõ tam dei poten
tia ꝗ̃ dei patientia fecerit obdurari. Quam
rem etiã ipſo cõfitente euidẽter agnoſcimꝰ.
Sic em̃ ipſe cum caſtigaret̃ iuſticia cõpellen
te ꝓfeſſus eſt: Dñs iuſtus: ego autẽ ⁊ ꝑplus Exo. 9.
meus impij. Qua ergo cõſcientia chriſtianꝰ F
deũ iniuſtũ eſſe ꝯqueritur? Nam ⁊ intantũ nõ
eum deus irreuocabiliter obdurauit vt poſt
decẽ plagas populũ dei nõ ſolũ dimitteret:
ſed etiã exire cõpelleret. Qđ em̃ decẽ plagis
ꝑcuſſus feciſſe legitur: poſt ꝑmã caſtigatõꝫ im
plere potuiſſe cognoſcitur. Quã rẽ etiaꝫ circa
vernaculos noſtros exercere ꝯſueuimus: q̊s
nimis delicate aut ſatis remiſſe nutrimus:
vel quibus frequẽter peccantibus indulge-
mus. Cum em̃ peiores de ipſa remiſſiõe red
dunt̃: ſolemꝰ ex his exprobrãtes dicere: Ego
te talẽ feci: ego tibi parcendo ꝓteruiã tuam
negligẽtiãq̃ nutriui. Et hęc nõ dicimꝰ ꝙ ex
volũtate nr̃a ĩ tantã ſint ſupbiã deuoluti: ſꝫ
qꝛ magis de bonitate vel indulgẽtia noſtra
fuerint obdurati. Ita ⁊ deꝰ de pharaone fe-
ciſſe dinoſcitur: dum ab illo ꝓ ineffabili boni-
tate plagas ſuſpẽdit: ille obdurato corde cõ
tra deũ ſupbus erigitur. Ego vobis frẽs cha- G
riſſimi hęc ſuggerẽdo quaſi indicula quędã
directa ⁊ obſcura inſinuare curaui: Uos ꝟo
ſi pio et fideli aĩo ſicut conſueſtis ſcripturę
diuinę ſacramẽta ꝑcipitis: dño donãte ple-
nius q̃d rei veritas habeat cognoſcitis. Nos
ꝟo fratres chariſſimi qui in veritate agno-
ſcimus: ꝙ ex multitudine peccatoꝝ deſpera-
tio naſcitur: ⁊ ex deſperatiõe obduratio gene-
ratur: ſcḋm illud qđ ſupra dictũ eſt: Peccator cũ Prouer. 18.
venerit ĩ ꝓfundũ maloꝝ cõtemnit: quotiẽs
nobis aliqua peccata ſurrepſerint: ſine vlla
mora medicamentũ elemoſynę vel pẽniten-
tię feſtinemus animarũ noſtrarũ vulneribꝰ
ꝓuidere. Utiliter enim malagma vel fibula
calidis adhuc vulneribus apponitur: ⁊ cito ad
ſanitatẽ vulnus reducitur: qđ putreſcere lon-
ga abuſione nõ ſinitur. Et ideo quotienſcũq̃
delinquit̃: peccata nr̃a iudices nos ſentiant
nõ patronos: accuſatores ſuos ⁊ nõ defenſo
res eſſe cognoſcant: ſcḋm illud qđ ſcriptũ eſt:
Iniq̃tatẽ meã ego agnoſco: et peccatũ meũ Ps. 50.
cõtra me eſt ſemꝑ. Tu agnoſce: ⁊ deus igno-
ſcit. Nã quo pacto deꝰ dignet̃ ignoſcere: qđ
ĩ ſe homo dedignat̃ agnoſcere? Quomodo

enim ſi aliqua plaga aut aliquod vulnus in corpore noſtro ſupuenerit: ſine aliqua mora medicamenta requirimus: et medicamenta apponere feſtinamus: ita et in animę vulneribus exercere debemus: ne forte ſi plus de corporibus ꝗ̄ de animę ſalute ſolliciti ſumꝯ: in iuſto iudicio ancillā dominę preferentes: increpationē ꝓpheticam mereamur excipe-
Ps.48. re: Homo inquit cum in honore eſſet nō intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus: ⁊ ſimilis factus eſt illis. Hoc eñ nobis oportet vt plus de animę ꝗ̄ de corporis incolumitate cogitemus: ⁊ imaginē dei ita in nobis ſtudeamus excolere: vt ante tribunal ęterni iudicis ſine cōfuſione venire poſſimꝰ: qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ: Amē.

## In eadem feria de Pharaone: Sermo II

Sermo LXXXIX.

A Egyptiorum turmę inter maritimos fluctꝰ alienū iter ingreſſę aqua vin-
Exo.14. dice puniunt̄: vt illos in dicionē reuocarent: qui deum habebāt ſpecialiter defenſorem. Quos in mediū marini aluei ſinū deſpata traxit audacia: inanis furor irę amplius ꝓuocabat inſania: confundētibus et in naturā ſuam aquis redeuntibꝰ vndis grauiter eos ꝑ diuerſa mox litus excepit: ⁊ inſepultos beſtiarum paſtibus arena ſeruauit. Elegerat deus moyſen qui pharaonē virtutibus inuitaret: ſignis ⁊ magnalibus admoneret: vindicta terreret: et territū ſeueritate compeſceret. Sed dicis: Quomodo poſſet liberari admonitus: qui iam dei ſententia
Exo.4.et.7. trahebat̄: Obdurabo inqͭ cor pharaonis. Sententiā protulit quā ſe facturū promiſerat: non quā iam feciſſe monſtrabat. Obdurabo inqͭ: nō obduro. Aliud ē facere: aliud eſt qđ iā feciſſe ꝓmittit̄: nec tamē implet̄: vt
B metu territi corrigant̄. Cōſumi hebręos ꝓcę-
Exo.1.et.5. pit luto: latere: paleis denegatis: vt tandē afflicti ſi bellū cōtingeret ęgyptijs: nō valerēt reſiſtere ciuitati. Leuant̄ ꝗ̄ machinę vſqꝫ ad cęlū: turres eminēt: et aptiſſime cōſtruūt fabricā: non qđ deeſſent ędificia ciuitati: ſed ipſm perire ꝗ̄rebat: qui diuino fauore polle-
Exo.1. bat. Auget̄ ꝗ̄plus dū opprimit̄: ⁊ dū putat minui quotidie creſcit. Plꝰ inſequit̄ ꝗ̄ſi poſſet vincere: quos diuina maieſtas ꝓdixerat eſſe victores. Int̄ hęc ꝓcepit vocari obſtetrices: impat vt hebręarū ſi nati eſſent maſculi necarent̄: ⁊ ſexus inferior ſeruaret̄. O ꝓdiga furorio audacia: Necdū natis pęna mādat̄: et ante ꝓncipiū vitę ꝑiculū cōcitat̄. Cohibe nefarie hō inſaniā tuā. Quos necdū vides inſequeris. Quid tā ſceleſtiꝰ: nōdū natos occidis. Seruet ordinē feritas tua: naſcant̄ ante quos puinas. Pręſtāt tū partū miſtrę: nolu-
Exo.1. erūt exercere ad ꝑniciē qđ didicerāt ad ſalutē: facilꝰ hebręas mulieres ꝗ̄ ęgyptias patere dicētes: nec illis obſtetricū miſteria ſūt neceſſaria: quibꝰ deꝰ ꝓuenit ad aīas liberādas. O magnū hūanitatis ingeniū: ⁊ piū ꝓ ſalute mendaciū. Tantū timuerūt obſtetrices deū: vt ꝓcepta regis ꝯtemnerēt: ⁊ mulierū ſacraria ꝯſeruarēt. Sed incredulꝰ pharao
C in alteꝝ ſe nocēdi aditū vertit: vt qđ occulte antea tēptauerat in ipſis palā faceret: omnē hebręā maſculinā ꝓlē iuſſit occidi. Qđ vbi ad aures matrū rumor aduexit: pulſatū eſt planctibꝰ cęlū: ⁊ cū ab ipſis vberibus auulſa proles raperet̄ ad mortez: ſuccedebat dolor vincēs parturiētis dolorē. Nulla tū mat̄ infęlicior fuerat niſi ꝗ̄ fęcū dior erat. Optabāt tū oēs ſteriles eſſe ꝗ̄ fęcundę parerēt. Quid impie inſanis: quid crudeliter ſęuis: Licet plurimis inſontiū morteo acerbas inferas: ⁊ animas miſeroꝝ crudeliter cremes: tibi necis auget̄ et pęnę nō detrahit̄ meritū. Cum eñ paſſim paruuloꝝ corpuſcula deijcerent̄ in flumine: moyſen manus excepit hūana: quē ꝑ totius vindictę cauſa quęrebant. Nā
Exo.2. cum pharaonis filia viridanti in ripa tremula poſceret fluenti lauacra: inuenit in loculo quem pater non poſſet nutrire ſupplicio. Ad quē educandū in nutricē mater adducit̄: ad alendū occaſio cōiunxit affectum: quē regis diuiſerat metus. Nouū miraculi genus fecit miſcordię filia parricidę. Nā dū paruulū ſeruat ignara: patrē decipit incauta. Dignū malicię eius ſceleris erat: vt filię ꝓuiſione piret: ꝗ̄ genitrices indixerat parturire. Cōpetens proceſſit diuina vindicta: vt ſuis affectibꝰ puniret̄: et Moyſes ꝓ alijs exuēdis exueret̄. A fluctibus deniqꝫ myſtica lingua moyſes nomen accepit: ⁊ pharaonis necem quam ꝓparauerat in nomie: in flumine maris inuenit. Hic operante virga per medios fluctus ac ſi puluerulentos exhibet greſſus: imperio ſuſpenſam i altitudine montiū erigit vndam: vt dei plebem redderet ſaluam. Audiſtis nefariā crudeliſſimāqꝫ vocē duriſſi- D
mi pharaonis: maſculos ī amnē ꝓijcite: fęmi- Exo.1.
nas viuificate. Jubet hoſtis i flumē puulos

proijci: iubet innocentes crudeli morte necari. Nō ꝓhibet naſci: dū natos decernit occidi. Quos enī necdū viuere natura ꝯceſſerat: eos ſententia iā ſuſtinet ad pęnā. O noua ꝛ inaudita crudelitas. Ante iudiciū celebraꝶ ꝙ reus ipſe damneꝶ. Ante ſentētia ꝓfertur: ꝙ obnoxius ſentētię demōſtreꝶ. Utiq; reoꝝ mos eſt vt reat⁹ ſui ſententiā expectare ſoleant. Nec enī reus pōt ante damnari: ꝙ eius culpa cęperit manifeſtari. Hi vͦ nec rei nati nec reat⁹ ſui ſentētię merito mācipati. Naſcebanꝶ enī nō vt vitę ſalutis ꝑciperent fructū: ſed vt eſſet quos crudelitas ſeculo faceret luctū. Nūc ꝯcipis: qḋ factum debere vlciſci. Nō natoꝝ pietas: nō parentū dolor te flectit: qui int̄ infantiū mortē parentūq; dolorē: ſęuitię tuę expleri ſententiā gaudes. O parentū vota crudelia: lęticia luctib⁹ imutata. Ad facinus ꝓfuit: quicqd in eoꝝ fęlicitate ꝓceſſit. Gaudebat lętiſſim⁹ hoſtis: inter madētes omniū fletus. Quātę perierūt dolentiū p̄ces: quātę incaſſū effuſę ſunt lachrymę: quāti gemitus vlulatuſq; multoꝝ: cū parentes manibus natos exponi viderent: qui ſimile nihilominus mox facturi fuiſſent? Suos iam caſus in alijs alij cernebant: alij continentes filios ſuos cum iam celare non poſſent exponebant: alij mox editos expoſuerūt: ne quanto retinerent tardius: tanto emitterent crudelius. Quanti ꝓ filijs optauerūt mori: quāti ſententiā cōtemnere voluerūt tyranni? Satiemus inquiūt eum: ꝛ nr̄o męrore eius ſęuitiā repleam⁹. Percutiꝶ ęgyptus p̄mogeniti affectu: vt ex ſeſe cognoſcerent quātus dolor ſit filioꝝ qui necauerunt
Exo. 12. filios hebręoꝝ. Percutiꝶ inq; ęgyptus p̄mogenitoꝝ affectu; oriꝶq; funeſtus clamor. Dignitas nullū excuſabat: nec aliū cōditio opprimebat. Nō ſeruus ad obſequiū: non dn̄s ad imperiū. Non regē honor excuſabat: nec inopē neceſſitas alienabat. Stabant hebręi vindicta dominātę illęſi: quos nō tantū ꝓpria ſalus lętos reddiderat: ſed ꝛ hoſtiū plaga lętiores effecerat. Exeunt lęti: eunt ſecuri
E dn̄o ꝓtegente inuicti. Tunc pęnitet pharao ꝙ viuat: ꝛ euaſiſſe eū tanta eius ſcelera non ſuſtinebāt: vt q in tātis plagis nullā emēda-
Exo. 14. uerat culpā: ꝗ fuerat cōpetēs exqrebat. Fugit curr⁹: exercitū ꝯparat: aciē dirigit: nemo relinquiꝶ q ſaluari mereaꝶ. Includunꝶ ꝑſequētibus ęgyptijs hebręi int̄ mare ꝛ hoſtes: inter vndas et gladios. Hinc mare ſpumat: inde arma coruſcant. Hinc aqꝫ: inde armorū ſtrepitus. Sic opari de⁹ ſuis aſſueuit: vt vbi defecit hūanū cōſiliū: illic intercedat diuinū adiutoriū. Quibus viſis ꝑplus territ⁹ formidabat: cum cōſpiceret rapidos curſus influere litorib⁹ mare: voluēte equora flamie colliſa laxare: mox vniuerſi exclamabant ad ducē hebręū: Dū pharaonis dominio carere volum⁹: diſcrimē inquiūt inuenim⁹: et cū volūtarie ſeruire nolum⁹: ad periculū ꝑuenimus. Exhibes mala quib⁹ adhuc vſq; ꝑmittio: nec te interit⁹ nr̄i auctorē intelligis: dū tantis malis obnoxiū non agnoſcis. Quib⁹ moyſes ſanctiſſim⁹ ait: Ne formidetis viri: eſtote fide armati: credite verbū qḋ ſentietꝭ futurū. Credite victoriā veſtrā iā ꝓperare: ꝛ gentis furentis interitū. Non cōſentientib⁹ ventis aquarū volumina imꝑfectis curſibus refrenanꝶ: ne hoſtes veſtros ante puniāt ꝙ iubenꝶ. Statim diuino iuſſu virgę ictu rumpiꝶ mare: ꝛ diuiſis vndis campos qs natura nō nouerat exhibuit. Hiantib⁹ vndis freti: arcana ꝛ maris ſecreta declarat vnda. Erigitur in cumulū pelag⁹: ꝛ muroꝝ inſtar ſuſpēſos exhibet fluctus. Fit litus vbi fuerat pelagus: ꝛ limite recto via porrigiꝶ: vbi ꝑplus dn̄i mirabiliꝭ gradereꝶ. His nāq; viſis ꝑplus dn̄i ꝓpter ſe cūcta geſta cognouit: ꝛ iuſſu diuino intrepidus introiuit. Ambulabat inqt ſecur⁹ dn̄o pugnāte inuictus: ſequiꝶ pharaonis exercitus aquaꝝ ſupplicio piturus. Putabat illic poſſe ſe pugnare vbi ſolus cū ſuis fuerat piturus. Sic itaq; dominus locutus eſt moyſi. Nunc aduenit ęgypti interitus. Quos enī diſꝑdere volui: ſupplicio hoc abolere diſpoſui. Ad priſtinū ſtatum redeat maris qḋ fuerat: vt ſalutē iuſtis: interitū opeꝶ iniuſtis. Cōfeſtim iuſſu diuino impetu facto ęgyptij rapiunꝶ: ꝛ ruina aquarū oppreſſi fluctu voluente in litore ꝓijciunꝶ: ante mortui ęgyptij ꝙ incolumes ꝑuenirent hebręi. Hęc vindicta debebaꝶ vt citius piret: qui cōſeqꝫ denegauit ſalutem.

## Item eodem die Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſcḋm Mattheum: Acceſſerunt ad ieſum ab hieroſolymis ſcribę et phariſei dicentes: Quare diſcipuli tui ꝛc. que habeꝶ de quęſtiōibus euangelioꝝ libro. j. ca. xvij. et. xix. Matth. 15.

Exo.5. **Feria quinta poſt tertiā dn̄icā in quadrageſima: De via trium dierū**
Ser. XCI **Sermo I**

A In lectiōibus diuinis q̄ nobis p̄teritis dieb⁹ recitatę ſunt: audiuim⁹ dominū p̄cepiſſe moyſi: vt viā triū dierū pgeret in deſertū: ꝛ cū omni pp̄lo ſacrificaret dn̄o. Videam⁹ fratres dilectiſſimi q̄d ſit
Exo.5. illud qd̄ dixit moyſes: Viā triū dierū ibim⁹ in deſertū: vt ſacrificem⁹ dn̄o deo nr̄o. Hec quidē volebat moyſes ſed ɔtradicebat pharao: ꝛ non volebat filios iſrl̄ a ſe longe diſcedere. Nō volebat p̄nceps hui⁹ mūdi exercitū dn̄i triū dierū ſacramēta cognoſcere: illa
Oſee.6. vtiq̄ ſacra de quib⁹ ꝓpheta dixit: Viuificabit nos poſt duos dies: in die tertio ſuſcitabit nos. Prima dies paſſio dn̄i ſaluatoris eſt. Secūda q̄ deſcēdit i infernū. Tertia aūt
Exo.13. reſurrectiōis ē dies. Et ideo i die tertia deus antecedebat eos p diē i colūna nubis: p noctē aūt in colūna ignis: ducitq̄ pp̄lo p mare
B rubrū. Tres em̄ dies nō icōgrue poſſum⁹ dicere: patrē ꝛ filiū ꝛ ſpm̄ſanctū: q2 et pat̄ dies eſt: ꝛ fili⁹ dies ē: ꝛ ſpūſſanct⁹ dies ē: ꝛ hi tres vn⁹ dies. Via triū dierū: q2 exit⁹ de egypto
Joh.14. recte itelligit̄ ille q̄ dixit: Ego ſū via ꝛ vitas ꝛ vita: q2 nemo venit ad patrem niſi p ip̄m. Ipſe eſt via p quā pp̄lus q̄ deo coniungit̄ de egypto: id eſt de idoloꝝ obſeruatiōe educit̄ p mare rubrū chriſti ſanguīe rubicūdū: et q̄dāmodo iā tūc in myſterio ɔſecratū tanq̄ p baptiſmi ſacramētū pharaone ſbmerſo: popul⁹ dei eripit̄. Et vere ita fit frēs: Qn̄ in ſalutari lauacro tertio chriſtiani mergunt̄: tūc egyptij: id eſt originalia peccata vel actualia crimia quaſi in rubro mari ſepeliunt̄: ꝛ filijs iſrl̄ ptrāſeuntib⁹ ad dei ſeruitiū: ſola patiūt̄ peccata naufragiū. Et ne aliq̄s dubitet ꝛ putet nō oia peccata ſopiri p baptiſmū: agnoſcat ꝛ intelligat: q2 quō null⁹ remāſit egypti
C orū: ſic nihil remanet penit⁹ peccatorū. Sed anteq̄ mare rubrū trāſiret̄: clamauit moyſeſ ad dn̄m. Quō clamat: q2 ulla ei⁹ vox audit̄:
Exo.14. Et tn̄ dicit ad eū de⁹: Quid clamas ad me: Vellem ſcire quō ſancti ſine voce clamēt ad
Gal.4. deū. Apl̄us docet: Quis dedit de⁹ ſpm̄ filij ſui in cordib⁹ nr̄is: clamantē abba pater. Et
Ro.8. alibi: Ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Et iterū: Qui autem ſcrutat̄ corda: ſcit quid deſideret ſpiritus: q2 ſm̄ deū poſtulat ꝓ ſanct̄. Sic ergo inſpirāte ſpūſancto: apud deū p ſilentiū ſanctorū clamor audit̄. Poſt hec iubet̄ moyſes virga ꝑcutere mare. In v̄ga myſteriū ſancte crucis agnoſcite. Et verū eſt frēs: Attēdite em̄ ꝛ videte q̄ niſi virga ſupra mare eleuet̄: pp̄lus dei de pharaonis poteſtate nō tollit̄. Sic ē frēs chariſſimi: Si ſancta crux eleuata nō eēt: chriſtian⁹ pp̄lus in ęternū piſſet. Eleuata v̄o virga: id ē cruce erecta: cedit mare: cedūt ꝛ fluct⁹ ei⁹: hoc ē vincit̄ mūd⁹ et mūdi iſti⁹ poteſtates. Cogit̄ q̄ fluct⁹ in cumulū: et vnda in ſemetipſa repſſa curuat̄. Soliditatē recipit liquor: ꝛ ſolū maris areſcit in puluerē. Bonitatē creatoris intellige: Si volūtati ei⁹ obtēperas: ſi legē ipi⁹ ſeruaueris: ipa tibi elemēta etiā ɔtra ſui naturā ſeruire compellit. Oremus q̄ frēs dilectiſſimi: vt dn̄o nr̄ D
qd̄ de egyptijs fecit in mari rubro: faciat in corde ꝛ in corpore nr̄o: vt det nobis virtutē ꝛ adiutoriū ſpūſſancti: vt in nobiſipſis ſpiritales egyptios poſſim⁹ extinguē. Extinguit nāq̄ ſpūtalē egyptiū: qui nō agit opa tenebrarū. Extinguit egyptiū: q̄ nō carnalit̄ ſed ſpiritalit̄ viuit. Extinguit egyptiū: q̄ cogitatiōes ſordidas ꝛ impuras vl̄ depellit ex corde: vl̄ oīno nō recipit: ſic̄ et aplus dicit: Aſſu Eph.6.
mētes ſcutū fidei: in q̄ poſſim⁹ oia tela maligni ignita extinguere. Hoc q̄ mō poſſumus etiā hodie egyptios videre mortuos ꝛ iacentes ad lit⁹: ſubmergi q̄drigas eorū ꝛ equos. Poſſum⁹ etiā pharaonē videre ſubmergi: ſi tāta fide viuam⁹: vt de⁹ pac̄ ɔterat ſathanā Ro.16.
ſub pedib⁹ nr̄is velociter. Via etiā triū die E
rū: pōt intelligi bene cogitare: bene loqui: bene opari. Et reuera q̄ hoc agit et tota animi virtute cuſtodit: nō in nocte ſed i die ambulat: nec fili⁹ tenebrarū ſed fili⁹ luc̄ efficit̄: ꝛ implet̄ i illo illud qd̄ apl's dicit: Fuiſtis ali Eph.5.
qn̄ tenebrę: nūc aūt lux in dn̄o: vt filij lucis ambulate. Qn̄ fuim⁹ tenebrę frēs: Vtiq̄ qn̄ vias noctis ambulauim⁹: id eſt qn̄ malū cogitauim⁹: malū dixim⁹: malū etiā opati ſumus. Poſtea v̄o venietes ad chriſtū: p ipi⁹ gratiā relinquam⁹ opa tenebrarū: ꝛ bn̄ cogitando: bene loquēdo: bene opando viā lucis currere feſtinem⁹. Iſte ergo ſunt tres vie p quas ꝑuenit̄ ad celum: ſicut ꝛ ille tres alie ſunt p quas amatores mundi ꝑueniūt in infernum: hoc eſt malū cogitare: malū dicere: malū facere. Iſta eſt lata ꝛ ſpacioſa via que Matth.7.
ducit ad pditionē: Et p iſtas vias diues pur Luc.16.
purat⁹ deſcēdit i infernū: p illas v̄o alias lazarus ad abrahe ꝑuenire meruit ſinū. Iſtas tres vias obſidet inimic⁹: ſic̄ de pharaonis exercitu legimus: Electos aſcenſores ternos Exo.14.

ſtantes demerſit in mare rubrũ. Qui ſũt iſti
electi aſcẽſores? Electi vtiq; a diabolo ad lu
xuriã: ad maliciã: ad oĩm maloꝝ caput ſup/
biã. Et hi ergo terni ſtantes: iſtas tres obſi/
dent vias: vt ille aut hoiem ad opera mala
ſubuertat: aut ille ſermonẽ malũ eliciat: aut
ille cogitationẽ iniquã extorqueat. Sed fe/
lix eſt qui totas tres iſtas vias deo adiuuan
te deuitãs: per totũ triduũ de pharaonia ſo
vxor mea ipſo die in eccleſiam ꝓcederet?
Et hoc credo q̄ in cogitatione ſua dicat:
Nam libere erumpere in vocem non au-
det: nec ante ſolam vxorem ſuam. Fortaſ-
ſis enim ſi ſic eruperit ⁊ hoc dixerit: poteſt
illa reſpondere et dicere: Quare maledi-
cis: cui pauloante acclamabas? Certe cõ-
iuges ſumus: cum lingua tua diſcordas
mecum concorditer quomodo viuere po-
teris? Nos fratres pericula veſtra intue-
mur: nõ voluntates veſtras attendimus.
Nam et medicus ſi voluntatē egri atten-
dat: nunq̄ illum curat. Quod non eſt fa-
ciendum: non fiat: q̄d prohibet deus non
fiat. Qui deo credit ab ipſo audit q̄d dici-
mus. Certe melius erat quibuſdam nolē-
tibus corrigi vt vel huc non veniremus:
ſi iſta dicturi eramus: vel quia iam veni-
G mus non ea diceremus. Audiuſtis tertio
Ca.7. die memini me dixiſſe ſanctificati veſtre
quia ſi citharedi eſſemus: aut huiuſmodi
aliquid populariter exhibentes pro ſtu-
dijs nugacitatis veſtre: que iā queſumus
vt relinquatis: tenuiſſetis nos vt daremꝰ
vobis diem et quiſquis pro modulo ſuo
conferret nobis mercedem. Quare ambu
laremus delectati vanis canticis: nulli rei
profuturis ad tempus dulcibus: in poſte
rum amaris? Talibus etenim turpitudi-
nibus cantionū animi humani illecti ener
uantur et decidunt a virtute: defluentes i
turpitudinē: ⁊ ꝓpter ipſas turpitudines
poſtea ſentiūt dolores: ⁊ cū magna ama-
ritudine digerūt q̄d cum dulcedine tem-
porali biberunt. Melius ergo nos ama-
ra vobis cantamus ad tempus: que poſt
ea dulceſcāt in vobis. Nec mercedem ali-
quam exigimus niſi vt faciatis que dici-
mus: Immo nõ faciatis ſi dicimus nos.
Si autem omnibꝰ ille dicit qui neminem
timet: et per quem ſit in nomine ipſius et
in gloria miſericordie ipſius: vt ⁊ nos ne-
minē timeamus: omnes audiuimus: om-
nes faciamus: omnes cum noſtro aduer-
ſario concordemus. Putate me citharedū
eſſe: quid vobis poſſum amplius canere?
Ecce pſalterium fero: decem chordas ha-
bet: h̄ vos pauloante cantaſtis anteq̄ in-
ciperē loqui: chorus meꝰ vos fuiſtis. Nō-
ne vos pauloante cantaſtis: Deus canti- Ps.32.
cū nouū cantabo tibi: in pſalterio decem
chordarū pſallā tibi? Ipſas aūt decē chor-
das mō pcutio. Quare amara ē vox pſal-
terij dei: Pſallā tibi i pſalterio decē chor-
darū? Nō vobis hoc canto q̄d vos nõ fa-
ciatis. Decalogꝰ em̄ legis decē ꝓcepta ha- H
bet: q̄ decem ꝓcepta ſunt ſic diſtributa: vt Ca.8.
tria ꝑtineāt ad deū: ſeptē ꝑtineant ad ho-
mines. Tria ad deū q̄ iam dixi. Unus eſt
deus nr̄: ei nullā ſimilitudinē debemꝰ facere:
⁊ nõ fornicari poſt deū q̄ vnꝰ eſt: qui deus
et chriſtus filius dei vnum eſt cum patre.
Et ideo nõ debet a nobis accipi i vanum
vt putemus eum factū: id eſt creaturā ali-
quā: cum per ipſum facta ſint oīa. Quia
ꝟo ipſe vnus deus pater et filius et ſpiri-
tuſſanctus: in ſpirituſancto hoc eſt in do-
no dei: requies nobis ſempiterna promit
titur. Inde modo pignus accepimus. Sic
enim dicit apoſtolus: Qui dedit nobis 2.Cor.1.et.5.
pignꝰ ſpūs. Si pignꝰ accipimꝰ vt icipiamꝰ
in dn̄o ⁊ in deo nr̄o eſſe trāquilli vt ſimus
in deo noſtro mites: ſimꝰ in deo patiētes:
erimus etiam in illo vnde pignus accipi-
mus in eternum quieti: quod erit ſabba-

tum ſabbatorum: propter ipſam requiem
pertinentē ad donum ſpiritusſancti. Ter
Exo.20. tium itaqꝫ preceptum de ſabbato qđ dixi
mus: quod carnaliter iudei celebrāt: nos
ſpiritaliter agnoſcamus. Nam quia ſpiri
tusſanctus ſeptiformis dicitur: propterea
Gen.2. ſeptimū diem ſanctificauit deus: quando
fecit omnia opera ſua: ſicut in Geneſi ſcri
ptum legimus. Non ibi habes nominatā
ſanctificationē niſi illo die vbi dicit: Deꝰ
requieuit ab omnibꝰ operibus ſuis. Non
eñ fatigatꝰ erat deus vt diceret: Requie
uit deus ab operibus ſuis: ſed in illo ver
bo tibi laborāti requiem promiſit. Ut qa
Gen.1. fecit omnia bona valde: ⁊ ſic dicitur: Re
quieuit deus: intelligas etiā te poſt bona
opera requieturū et ſine fine requieturū.
Nam omnia ſuperiora que dicta ſunt: id
eſt dies ſuperiores habent veſperā: ſepti
mus iſte dies non habet veſperā: vbi deꝰ
ſāctificauit requiē. Tantū dictū ē: Factū
eſt mane: vt inciperet ipſe dies. Non di
ctum eſt: Factū eſt veſpere: vt finiretur di
es: ſed dictū eſt: Factū eſt mane vt fieret
dies ſine fine. Sic incipit ergo requies no
ſtra quaſi mane: ſed non finit: quia in eter
num viuemus. Ad hanc ſpem quicquid
facimus: ſi facimus: ſabbatum obſerua
mus. Ipſa ē tertia chorda huiꝰ decalogi:
id eſt pſalterij decachordi. In tribus eniꝫ
J Ca.9. chordis ad deum ptinent precepta. Si di
Matth.22. ceret nobis: Diliges dominū deum tuū
ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: et
ex tota mente tua: et de pximo noſtro ni
hil diceret: non eſſet decachordum: ſed tri
chordum. Quia ſcḋo addidit dominus: Et
diliges proximū tuum tanqꝫ teipſum: et
contexuit dicens: In his duobus manda
tis tota lex pendet et pphete: Tota lex in
duobus preceptis eſt: dilectione dei: ⁊ di
lectione pximi. Ad duo itaqꝫ precepta: id
eſt ad dilectionem dei et pximi ptinet de
calogus. Ad primū pceptum tres chorde
pertinent: quia deus trinitas: ad alterum
ſcḋo preceptum: id eſt ad dilectionē pximi
ſeptem chorde: quomodo viuatur inter
homines. Nam ipſe numerus ſeptenariꝰ
tanqꝫ ſeptem chordarum incipit ab hono
Exo.20. re parentum. Honora patrem tuum ⁊ ma
trem tuam. Ad parētes enim ſuos homo
aperit oculos: ⁊ hec vita ab eorum amici
tia ſumit exordium. Quiſquis autē ſuis
parentibus non defert honorem: quibus
parcere poterit? Et dicit apoſtolꝰ: Hono Eph.6.
ra patrem tuum et matrē tuam: quod eſt
primum mandatuꝫ. Quomodo primum
quando quartum mandatū eſt: niſi quia
in ſeptenario numero eſt primum? Ad di
lectionem proximi primum eſt in ſecunda
tabula. Nam ideo due tabule legis da
te ſunt. Deus enim famulo ſuo Moyſi
in monte duas tabulas dedit. In quibus
duabus tabulis lapideis conſcripta erāt
decem precepta legis: qđ eſt pſalterium
decem chordarum. Tria in vna tabula ad
deum pertinentia: ſeptem in altera tabu
la ad proximū. In altera ergo tabula pri
mū eſt: Honora patrem tuum et matrem Exo.20.
tuam. Secūdum: Non mechaberis. Ter
tium: Non occides. Quartū: Non fura
beris. Quintū: Non falſum teſtimonium
dices. Sextum: Non cōcupiſces vxorem
pximi tui. Septimum: Non concupiſces
rem proximi tui. Hec iungamus illis tri
bus ad dilectionem dei ptinentibus: ſi in
pſalterio decem chordarum volumus can
tare canticū nouum. Attendat enim cha K
ritas veſtra vt dicam vel qđ deus ſugge Ca.10.
rit. Accepit legem populus iudeorum.
Iſtā in decalogo non obſeruauit. Et qui
cunqꝫ obtemperabant: timore obtempe
rabant pene: nō amore iuſticie: portabāt
pſalterium: non cantabant. Cantanti eñ
voluptas: timenti onus eſt. Ideo vetus
homo aut non facit: aut timore facit: non
amore ſanctitatis: nō delectatiōe caſtita
tis: tēperantie: charitatis: ſed timore. Ve
tus enim homo eſt: et vetus homo vetus
canticum cantare poteſt: non nouuꝫ. Ut
autem cantet canticum nouuꝫ: ſit nouus
homo. Quomodo autem poſſit eſſe nouꝰ
homo: audi non me ſed apoſtolum dicen
tem: Exuite vos veterem hominem: ⁊ in
duite nouum. Et ne quis putaret: cum di
xit: Exuite vos veterē hominē: et induite Eph.4.
nouū: aliquid deponendū eſſe et aliquid
accipiendū: cū de mutādo pciperet homi
ne: ſubiecit et ait: Quapropter deponen
tes mendaciū loquimini veritatē. Hoc eſt
qđ ait: Exuite veterem hominē ⁊ induite
nouum: hoc dixit: mutate mores. Secu
lum diligebatis: deum diligite. Nugato

ria iniquitatis: temporales voluptates diligebatis: proximũ diligite. Si dilectione facitis: nouum canticum cantatis. Si timore facitis: facitis tamen: portatis quidem pſalterium: ſed nõdum cantatis. Si autẽ nec faciatis: ꝓijcitis ipſum pſalterium. Melius eſt tamen portare ꝙ proijcere. Sed rurſus melius eſt cũ voluptate cantare ꝙ cum onere portare. Nec peruenit ad canticum nouũ: niſi iam cum voluptate cantans. Nam qui portat cum timore: adhuc in vetuſtate eſt. Et quid eſt fratres qđ dico? attendite. Non concordauit cum aduerſario ſuo: qui cum timore adhuc facit. Timet enim ne veniat deus ꝛ damnet illum. Nam nondum delectat caſtitas: nondum illum delectat iuſticia: ſed iudicium dei formidans a factis temperat: Nondũ concupiſcentiã ipſam damnat quę ſeuit in eo: Nondum illum delectat quod bonum eſt: nondum ibi habet ſuauitatem vt cantet canticum nouum: ſed de vetuſtate pœnas timet: Nondum concordauit cum aduerſario. Tales enim homines plerũq; ſupplantant̃ tali cogitatione: vt dicant ſibi: Si fieri poſſet: non nobis minaret̃ deus. Non talia per prophetas ſuos diceret quę homines deterrent: ſed veniret ꝛ daret omnibus indulgentiam: ignoſceret omnibus: poſtea veniret neminem mitteret i gehennã. Iam quia iniquus eſt: iniquũ vult eſſe deum. Vult te deus facere ſimilẽ ſui: et tu conaris deum facere ſimilem tui. Placeat tibi ergo deus qualis eſt: nõ qualem illũ eſſe vis. Peruerſus enim es: ꝛ talem vis eſſe deum qualis es: non qualis eſt. Si autẽ placeat tibi qualis eſt: corrigeris: et diriges in eam regulam cor tuum a qua nunc alien⁹ diſtort⁹ es. Placeat ergo tibi de⁹ qualis eſt: nõ qualẽ illum eſſe vis. Ama qualis eſt. Nõ te ipſe amat qualis es: ſed odit te qualis es. Ideo tui miſeret̃: quia odit te qualis es: vt faciat te qualis nondũ es. Faciat te dixi qualis nõdum es. Nam illud tibi non ꝓmittit: quia faciet te qualis es. Nam eris qualis eſt: ſed ad quendam modum: id eſt imitator dei velut imago: ſed nõ qualis imago eſt filius. Nam etiã imagines i hominib⁹ diuerſę ſunt. Filius hominis habet imaginẽ patris ſui: et hoc eſt qđ pater eius: quia homo eſt ſicut pater eius. In ſpeculo autem imago tua nõ hoc eſt qđ tu. Aliter enim eſt imago tua ĩ filio: aliter in ſpeculo. In filio eſt imago tua ſm ęqualitatem ſubſtantię: in ſpeculo autẽ ꝙ longe eſt a ſubſtantia: et tamen ẽ quędã imago tua: ꝙuis nõ talis qualis in filio tuo ſm ſubſtantiã. Sic in creatura nõ hoc ẽ imago dei qđ eſt in filio: qui hoc eſt qđ pater: id eſt deus verbũ dei ꝑ qđ facta ſunt omnia. (Ioh. i.) Recipe ergo ſimilitudinẽ dei quã ꝑ mala facta amiſiſti. Sic eñ imago in nũmo imꝑatoris aliter eſt: et aliter ĩ filio. Nam imago et imago eſt: ſed aliter impreſſa eſt in nũmo: aliter habetur in filio: aliter in ſolido aureo imago imperatoris. Sic et tu nũmus dei es ex hoc melior: quia cum intellectu ꝛ cum quadam vita nũmus dei es: vt ſcias etiã cuius imaginem geras: et ad cuius imaginẽ factus ſis. Nam nũmus neſcit ſe habere imaginem imperatoris. Ergo vt dicere cęperam odit te deus qualis es: ſed amat te talem qualem te eſſe vult: ꝛ ideo ille te vt muteris hortatur. Concorda cum illo: et incipe ꝑmo bene velle: ꝛ odiſſe te qualis es: hoc ſit tibi initium concordię cũ ſermone dei: vt incipias primo tu odiſſe te qualis es. Cum cęperis ꝛ tu odiſſe te talẽ qualis es: ſicut te talem odit deus: incipis iam ipſũ diligere deum qualis eſt. Egrum attendite. (M. Ca. 12.) Eger ęgrotantẽ ſe odit qualis ẽ. Inde incipit cõcordare cum medico: quia ꝛ medicus odit euꝫ qualis eſt. Nam ideo vult ſanum eſſe: quia odit eum febrientẽ: et eſt medicus febris ꝑſecutor: vt ſit homĩs liberator. Sic auaricia: ſic libido: ſic odium: cõcupiſcentia: luxuria: ſic nugacitas ſpectaculorũ febres ſunt aię tuę: debes illas odiſſe cũ medico tuo: ita cõcordas cũ medico: niteris cũ medico: ꝛ libẽter audis qđ iubet medic⁹: libẽter facis qđ iubet medicus: ꝛ ꝓficiente iã ſanitate: incipiũt etiaꝫ iam delectare ꝓcepta. Quã oneroſus ẽ cib⁹ ęgris quando reficiuntur: et peiorem horam reputant ęgri refectiõis ſuę ꝙ ſuę acceſſionis: et tamen cogunt ſe concordantes cum medico: et quãuis inuiti et obluctantes vincunt ſe vt aliquid accipiant. Quanta auiditate ſani maiora percepturi ſunt: vnde ęgri minora vix accipiũt. Sꝫ

vnde hoc factum eſt? Quia oderant febrē ſuam: et cum medico concordauerunt: et ſimul perſequebantur febrem medicus ⁊ ęgrotus. Cum ergo et nos talia dicimus: non odimus niſi febres veſtras: immo in nobiſipſis ſermo dei febres noſtras odit: cum quo concordare debetis. Nam nos quid ſumus niſi liberandi vobiſcum: ſanandi vobiſcum? Modo nō me intuamini: ſed ſermonem dei. Nolite iraſci medicamento veſtro: non inueni enī aliud qua

Ca.13. tranſirē. Ueni ergo ad quintā chordā homo. Qui tango pſalteriū decem chordarum: nunquid pretermiſſurus eram quintam? Immo aſſidue percuſſurus. In illa enim video iacere pene totum genus humanū: in illa video plus laborare. Ipſaȝ

Exo.20. percutiendo quid dico? Nolite męchari poſt vxores veſtras: qa non vultis vt męchentur poſt vos vxores veſtrę. Nolite ire vos: quo eas ſequi non vultis. Sine cauſa vos excuſare conamini quādo dicitis: Nunquid eo ad vxorem alienam? ad ancillam meam eo. Uis vt dicat vxor tua tibi: Nunquid eo ad virum alienum? ad ſeruum meum eo. Dicis: non eſt vxor aliena ad quam vado. Nunquid vis dicatur tibi: nō eſt vir alienus ad quem vado? Abſit vt dicat hoc illa. Melius enim dolet te

In li. 50. homel. 49. c. q̄ imitetur te. Illa enim caſta et ſancta femina et vere chriſtiana quę dolet fornicātem virum: ⁊ non dolet propter carnē ſed propter charitatem. Non ideo vult vt nō facias: quia ⁊ ipſa non facit: ſed quia tibi non expedit. Nam ſi propterea non facit vt tu non facias: ſi feceris faciet. Si auteȝ deo illud debeat: ſi chriſto illud debeat qḋ tu exigis: ⁊ ideo reddet quia iubet iſte: ⁊ ſi fornicatur vir: caſtitatem femina illa deo exhibet. Chriſtus enim loquitur in cordibus bonarum feminarum: loquitur intus vbi non audit vir: quia nec dignus eſt ſi talis eſt. Loquitur ergo ille interius ⁊ dicit: et filiam ſuam conſolatur huiuſmodi verbis: De iniurijs viri tui torqueris: qḋ tibi enim fecit dole: ſed ipſum noli imitari vt male facias: ſed ipſe te imitetur in bono. Nam in eo q̄ male facit noli eum putare caput tuum: ſed time me deum tuū. Nam ſi et in eo q̄ male facit caput eſt: et ſecututū eſt corpus caput ſuum: eunt ambo per preceps. Ut autem non ſequatur malum caput ſuū: teneat ſe ad caput eccleſię chriſtum: huic debens caſtitatē ſuā: huic deferens honorem ſuum: Abſens ſit vir: preſens ſit vir: non peccat illa: quia nunq̄ eſt abſens cui debet vt non peccet. Hęc ergo fratres mei facite: vt poſſitis cō- Matth. 5.

cordare cum aduerſario. Nec amara ſunt quę dico: aut ſi amara ſunt curāt. Potio iſta ſi amara eſt accipiatur: quia in periculo ſunt viſcera: amara bibatur. Melius eſt modica amaritudo i faucibus: q̄ eternum tormentum in viſceribus. Mutate ergo vos: Quicunq̄ non faciebatis hoc bonum caſtitatis: iam facite. Nolite dicere: non poteſt fieri. Fędum eſt o fratres Ca. 14.

mei: turpe eſt: vt vir dicat non poſſe fieri quod facit femina. Scelus eſt vt vir dicat non poſſum. Qḋ poteſt femina: vir non poteſt? Quid enim? Illa carnem nō portat? Prior a ſerpēte decepta ē. Caſtę vxo- Gen. 3.

res veſtrę oſtendunt vobis fieri poſſe qḋ non vultis facere: ⁊ dicitis fieri nō poſſe. Sed forte dicis ideo illam facilius facere poſſe: quia multa illi cuſtodia eſt: legis p̄ceptum: diligentia maritalis: terror etiaȝ legum publicarū: Eſt etiaȝ verecundię et pudoris illius magnū munimentū. Multę cuſtodię faciunt feminā caſtiorē: viruȝ caſtū faciat ipſa virilitas. Nam ideo mulieri maior cuſtodia: qa maior infirmitas. De Verbis dñi Ser. 46. b.

Illa erubeſcit viro: tu non erubeſcis chriſto. Tu liberior quia fortior: qa facile vincis: ideo tibi cōmiſſus es. Super illam et diligentia viri: et terror legum: et conſuetudo mor: ⁊ verecundia maior ⁊ reliqua: ſuper te tantū deus. Inuenis enim facile pares viros quibus non timeas erubeſcere: quia faciunt id multi. Et tanta eſt peruerſitas generis humani: vt aliquando metuendum ſit ne caſtus erubeſcat inter impudicos. Ideo non ceſſo tangere iſtaȝ quintam chordam propter ipſam peruerſam conſuetudinē ⁊ labem totius vt dixi generis humani. Si quis inter vos faciat homicidiū qḋ auertat deus: pellere eum vultis de patria: ⁊ continuo ſi fieri poteſt excludere. Si quis faciat furtum: odiſtis illum: nec videre vultis. Si quis dicat falſum teſtimonium: abominamini: nec vobis homo videtur. Si quis concupiſcat

alienas res: raptor et iniuſtus deputat̄. Si
quis volutatur cum ancillis ſuis: amatur:
blande accipitur: conuertunt̄ vulnera in io-
ca. Si quis autem exiſtat q̄ dicat ſe caſtum:
non facere adulterium: notum autem ſit ꝙ
non faciat: erubeſcit accedere ad illos nō ſui
ſimiles: ne inſultent: ne irrideant: ne dicant
non eſſe virum. Ad hoc delapſa eſt huma-
na peruerſitas vt vir habeatur a libidine vi
ctus: et vir non habeatur victor libidinis.
Triumphantes exultant et non ſunt viri:
iacent proſtrati et viri ſunt? Si ſpectabas
in amphitheatro ſic expectabas vt ille tibi
videretur fortior qui iaceret ſub beſtiis ꝙ
qui perimeret beſtiam. Sed quia diſſimu-
latis a pugna interiore et delectant vos pu-
gnę exteriores: ideo non vultis pertinere ad
Ps.143. canticum nouum: vbi dicit̄: Qui docet ma-
nus meas ad pręliū: ꝛ digitos meos ad bel-
P lum. Eſt enim bellum quod ſecum agit ho-
Ca.15. mo dimicans contra cōcupiſcentias malas:
frenans auariciam: elidens ſuperbiam: ſuf-
focans ambitionem: trucidans libidinem.
Has pugnas facis in occulto: et non vince-
ris in aperto. Ad hoc docentur manus ve-
ſtrę ad p̄lium: et digiti veſtri ad bellum. Nō
eſt hoc in ſpectaculis veſtris. In illis ſpecta
culis non idem eſt venator quod citharista:
aliud agit venator: aliud citharista. In ſpe-
ctaculo dei vnum eſt. Tange eaſdem decem
chordas et feras occides: vtrumqꝫ ſimul fa-
cis. Tangis primam chordam qua colitur
vnus deus: cecidit beſtia ſupſtitionis. Tan
gis ſecūdam qua non accipis nomen domi-
ni dei tui i vanum: cecidit beſtia erroris ne-
fandarum hereſum quę id putauerūt. Tan-
gis tertiam chordam vbi pro ſpe futurę qui-
etis facis quicquid facis: interficit̄ crudelior
cęteris beſtijs amor ſeculi huius. Propter
enim amorem ſeculi huius laborant homi-
nes in omnibus negocijs. Tu ſūt in omni-
bus bonis operibus tuis labora: nō ꝓpter
amorem ſeculi huius: ſed propter requiem
ſempiternam quam promittit deus. Vide
quomodo vtrumqꝫ ſimul facis: et chordas
tangis et beſtias occidis: id eſt et citharista
es et venator. Non vos delectant talia ſpe-
ctacula vbi non ꝓmeremur oculos editoris
Exo.20. ſed oculos redemptoris. Honora patrē tuū
ꝛ matrē tuam: tangis quartam chordam vt
honorem parentibus deferas: cecidit be-
ſtia impietatis. Non męchaberis: tangis
quintam chordam: cecidit beſtia libidinis.
Non occides: tangis ſextam chordam: ceci-
dit beſtia crudelitatis. Non furtum facies:
tangis ſeptimā chordam: cecidit beſtia ra-
pacitatis. Nō falſum teſtimoniū dices: tan-
gis octauam chordam: cecidit beſtia falſita-
tis. Non cōcupiſces vxorem ꝓximi tui: tan-
gis nonam chordam: cecidit beſtia adulteri-
nę cogitationis. Aliud enim eſt non facere
aliquid tale preter vxorem: aliud non appe-
tere alienam vxorē: Ideo duo p̄cepta ſunt:
Non męchaberis: ꝛ non concupiſces vxorē
proximi tui. Non concupiſces rem proximi
tui: tangis decimam chordā: cecidit beſtia
cupiditatis. Ita cadentibus omnibus be-
ſtijs: ſecurus ꝛ innocens in dei dilectione et
humana ſocietate verſaris: Tangens chor-
das decem quot beſtias occidis? Nam mul-
tę beſtię ſunt ſub iſtis capitibus. In ſingu-
lis chordis non ſingulas beſtias: ſed greges
interficis beſtiarum. Sic ergo canticum no-
uum cum amore non cum timore cantabis.
Noli dicere tibi quando forte aliquid luxu- Q
rianter vis agere: Vxorem non habeo: face- Ca.16.
re poſſum qd̄ volo: non enim poſt vxorem
meam pecco. Iam noſti precium tuum: iam
noſti quo accedas: quid mādūces: quid bi-
bas: immo quem manduces: quem bibas.
Abſtine te a fornicationibus. Ne forte mihi
dicas: ad fornicem vado: ad meretricē per-
go: ad proſtitutā eo: nec illud p̄ceptum vio-
lo quo dictum eſt: Non męchaberis: quia
vxorem nōdum habeo: nec poſt illā aliquid
facio. Nec illud p̄ceptum violo quo dictum
eſt: Non cōcupiſces vxorem ꝓximi tui: quia
ad publicam vado: in quod p̄ceptum incur-
ro? Non inuenimus chordā quam tanga-
mus: non inuenimus chordam quo neruo
ligemus fugitiuum iſtum? Non fugiet: ha-
bet vnde ligetur: ſed amet et non erit liga-
mentum: ſed ornamentum. Non enim liga-
mentū ſed ornamentū in ipſis decem chor-
dis inuenimus. Decem enim p̄cepta ad duo
illa referunt̄: ſicuti audiuimus vt diligamus
deū ꝛ ꝓximū: ꝛ duo illa ad vnū illud. Vnū
ē aūt: Qd̄ tibi fieri nō vis alij ne feceris. Ibi
ꝯtinent̄ decē: ibi ꝯtinent̄ duo. Sꝫ dic: Fur-
tū ſi faciā id facio qd̄ pati nolo. Si occidā id
facio qd̄ ab altero pati nolo. Si parentibus
meis honorem non deferam quādo volo vt
deferat̄ mihi a filijs: id facio quod pati no-
lo. Si ſim męchus et aliquid tale moliar: id

facio quod pati nolo. Nam ſi interrogetur a
me dico: Nolo vt vxor mea aliquid tale fa-
ciat. Si cõcupiſco vxorem ꝓximi mei: nolo
quiſq̃ concupiſcat meam: id facio quod pa-
ti nolo. Cum vero ad meretricem eo: cui facio
qđ pati nolo? Reſpõdet tibi: qđ grauius eſt
Matth.7. ipſi deo. Intelligat ſanctitas veſtra: Eteni qđ
fieri tibi nõ vis: alij ne feceris. Ad duo pce-
pta ptinet. Quomõ ptinet ad duo pcepta:
ſi homini non feceris qđ pati non vis ab ho-
mine? Ad ꝓximi preceptũ pertinet: ad dilec-
tionẽ ꝓximi: ad ſeptem chordas. Si autẽ
qđ non vis pati ab homine: ipſi deo vis fa-
cere? Quid eſt hoc nõ facis alteri qđ pati nõ
vis? Charior factus eſt tibi homo q̃ deus?
Ergo quomodo facio inquis ipſi deo? Cor-
rumpis teipſum. Et vnde iniuriam facio
deo: quia corrumpo meipſum? Unde tibi fa-
cit iniuriam qui voluerit forte lapidare tuã
tabulã pictam: in qua tabula imago tua eſt
in domo tua inaniter poſita ad vanum ho-
norem tuũ: nec ſentiens nec loquens nec vi-
dens? Si quis illam lapidet: nõne in te facit
contumeliã? Cum vero imaginẽ dei qđ es tu
corrumpis in te p fornicationes ꝛ p diffluen-
tias libidinis: attẽdis quia ad nullius vxo-
rem acceſſiſti: attendis quia poſt vxorẽ tuã
nihil feciſti: quia vxorem non habes: et non
attendis per libidines illicitas fornicatiõis
cuius imaginem violaſti. Poſtremo deus qui
ſcit quid tibi vtile ſit: qui vere non ſic ſuos
ſeruos gubernat ad vtilitatem illorum: nõ
ad ſuam. Non enim indiget ſeruis quaſi ad
adiutorium: ſed tu indiges domini auxilio.
Ipſe ergo dominus qui ſcit quid tibi ſit vti-
le: vxorem cõceſſit nihil amplius: hoc iuſſit:
hoc precepit: ne per illicitas voluptates cor-
ruat templũ eius quod eſſe cepiſti. Nunquid
1.Cor.3. hoc ego dico? Apoſtolũ audite: Neſcitis quia
templũ dei eſtis: ꝛ ſpiritus dei habitat i vo-
bis? Si quis templũ dei corruperit: corrum-
pet illum deus. Videtis quomodo minatur.
Nõ vis corrumpi domũ tuam: quare corrũ-
pis domũ dei? Certe non facis alicui qđ pa-
ti non vis. Non eſt ergo qua euadatur. Tenetur
ille qui ſe teneri non putabat. Omnia enim
peccata hominũ aut ad corruptelã pertinẽt
flagitiorum: aut ad facinora nocendi: quia deo
noceri nõ poteſt in facinoribus: in flagitijs
eum offendis: in corruptelis illum offendis:
R in te illi facis iniuriam. Facis enim iniuriã
Ca.17. gratie ipſius: domo ipſius. Seruũ ſi haberes
velles vt ſeruiret tibi ſeruus tuus: Seruis tu
meliori domino deo. Seruũ tuum nõ tu fe-
ciſti: ꝛ te et ſeruũ tuum ille fecit. Vis vt tibi
ſeruiat cum quo factus es: ꝛ nõ vis ſeruire ei
a quo factus es? Ergo cum vis vt ſeruiat ti-
bi ſeruus tuus homo: ꝛ tu nõ vis ſeruire do-
mino deo: facis deo quod tu pati non vis.
Ergo illud vnum pceptum cõtinet duo: illa
duo continent decem: illa decem continent
omnia. Cantate ergo in pſalterio decẽ chor- Pſ.32.
darum canticũ nouum. Ut autẽ cantetis can-
ticum nouũ: eſtote homines noui. Diligite
iuſticiam: habet pulchritudinẽ ſuam. Ideo
non vultis illam videre: quia aliud amatis.
Nam ſi aliud nõ amaretis: eam vtiq̃ vide-
retis. Quare illam videtis quando illã exi-
gitis? Illã exigis quare laudas fidẽ qñ illaz
exigis de ſeruo tuo? Q̃ pulchra res ẽ fides:
ſed tunc pulchra eſt quãdo de ſeruo exigitur:
tũc videtur quãdo ab altero expetitur: quando
de te exigitur non videtur. Aurũ vides: fidem
nõ vides? Sicut lucet aurum ad oculos cor-
poris: ſic lucet fides ad oculos cordis. Apis
ad illam oculos cordis: quando vis vt exhi-
beat illã tibi ſeruus tuus. Si tibi illam exhi-
buerit: laudas ſeruũ tuum: ꝛ pdicas eum et
dicis: Preclarũ ſeruũ habeo: magnũ ſeruũ
habeo: fidelem ſeruum habeo. Nõ laudas
in tuo nõ exhibes dño: ꝛ eo ſceleratius: quia vis
vt meliorẽ tu habeas ſeruũ q̃ te deus. Iubet
deus ſeruo tuo vt bonus ſit erga te: quõ iubet
vxori tue: vt et ſi tu mechaberis nõ mechetur?
Sic iubet ſeruo tuo vt ꝛ ſi tu nõ ſeruis deo:
ſeruiat tibi. Sed hoc totũ vide: vt ad moni-
tionem tuam valeat: non ad perniciẽ tuam.
Etenim ſeruus ille qui tibi ſeruit indigno di-
gne: id eſt qui indigno tibi bene ſeruit et fide-
liter ſeruit ꝛ pure te diligit: deo debet nõ ti-
bi. Iuſtum eſt ergo ꝛ tu attendas: quia ſub
domino es ad quem ꝛ ille attendit vt ſerui-
at tibi. Imple ergo quod dictum eſt: Quod
tibi fieri non vis: alij ne feceris. Sed ipſum
alij cum dicis: vtrunq̃ attende ꝛ proximũ ꝛ
deum. Canta in pſalterio decem chordarũ:
canta canticum nouum. Concorda cum ſer- Matth.5.
mone dei cum eſt tecum in via: concorda cũ
aduerſario tuo cito: ne cum diſcordia veni-
as ante iudicem. Si facis quod audis: con-
cordaſti cum eo: ſi autem non facis rixaris
cum eo: ꝛ nondum compoſuiſti quouſq̃ fa-
cias. Ut autẽ concordetis: abſtinete vos a S
deteſtabilibus corruptelis: et a deteſtabili- Ca.18.

bus inquiſitiõibus a mathematicis: ab aru/
ſpicibus: a ſortilegijs: ab auguribus a ſacri/
legijs: abſtinete vos quãtum poteſtis a nu/
gatorijs ſpectaculis. Si que delectationes
ſeculi ſurrepũt in onima: exercete vos in mi/
ſericordia: exercete vos in elemoſynis: in ie/
iunijs in orationibus. His enim purgantur
quotidiano peccata: que nõ poſſunt niſi ſur
ripere i animã propter fragilitatẽ humanã.
Noli illa cõtemnere: quia minora ſunt: ſed
time quia plura ſunt. Attendite fratres mei
minuta ſunt: non ſunt magna. Non eſt be/
ſtia ſicut leo: vt vno morſu guttur frangat:
ſed beſtie pleruſq3 minute multe necant. Si
proijciatur quiſq3 in loco pulicibus plenum:
nũquid non moritur ibi? Non ſunt quidem
beſtie maiores: ſed infirma eſt natura huma
na que etiã a minutiſſimis beſtijs interimi
poteſt. Sic & modica peccata attenditis: q2
modica ſunt: cauete quia plura ſunt. Q3 mi
nutiſſima ſunt grana arene: ſi amplius i na/
uim mittantur: mergũt illã vt pereat. Q3 mi/
nute ſunt gutte pluuie: nõne flumia implẽt
& domus deijciunt? Ergo iſta nolite cõtem/
nere. Sed dicturi eſtis: Et quis poteſt ſine
iſtis? Ne hoc diceres: quia habere nemo po/
teſt: deus miſericors vidẽs noſtrã fragilita/
tem poſuit contra remedia. Que ſunt reme/
dia? Elemoſynarũ: ieiuniorum et orationũ.
Ipſa ſunt tria. Ut autẽ verum dicas in ora/
tione: perfecte implende ſunt elemoſyne.
Que ſunt perfecte elemoſyne? Ut ex eo qđ
T tibi abundat des ei qui nõ habet: et q2 te le/
Ca.19. dit aliquis ignoſcas illi. Sed ne putetis fra
tres: quia facienda ſunt quotidie adulteria:
et elemoſynis quotidianis mũdanda ſunt.
Ad illa ſcelera maiora non ſufficiunt quoti/
diane elemoſyne vt ea mundent. Aliud eſt
vbi mutes vitam: aliud eſt vbi toleres vitã.
Illa mutanda eſt: Si mechus eras: noli eſſe
mechus. Si fornicator eras: noli fornicari.
Si homicida: noli homicida eſſe. Si ibas
ad mathematicũ et ad ceteras peſtes ſacri/
legas: iã deſine. Arbitraris hec niſi fieri de/
ſinant: quotidianis elemoſynis poſſe mun/
dari? Illa dico quotidiana peccata: que aut
per linguam facile cõmittuntur: vt eſt verbũ
durum: aut cum labitur aliquis in riſum imo/
deratũ: aut in huiuſmodi nugas quotidia/
nas. In ipſis conceſſis peccata ſunt. Cum
ipſa vxore ſi excedit cõcumbendi modus p/
creandis liberis debitus: iam peccatum eſt.

Ad hoc enim ducitur vxor: nam id etiã tabu/
le indicant: vbi ſcribitur liberorum procrean/
dorum cauſa. Quãdo tu vti vxore amplius
q̃ neceſſitas procreandorum liberorum cogit
volueris: iam peccatũ eſt. Et ipſa talia pec/
cata quotidiane elemoſyne mũdãt. In ipſis
alimentis que vtiq3 conceſſa ſunt: ſi forte ex/
cedis modũ & amplius occipis q̃ neceſſe eſt:
peccas. Quotidiana ſunt iſta que dico: ſed
tamen peccata ſunt & non leuia: quia plura.
Quia vero quotidiana & plurima: timẽda eſt
ruina multitudinis: & ſi non magnitudinis.
Talia peccata dimittimus fratres quotidi/
anis elemoſynis poſſe mundari. Sed facite
elemoſynas & nolite ceſſare. Attendite vitã
veſtram quotidianã ipſis peccatis ſcaturiẽ/ T
tem: minutis ipſis dico. Et cum facis ele/ Ca.20.
moſynã non ſuperbe facias: nec ſic ores quẽ
admodum ille phariſeus. Sed tamen quid
ibi dixit? Ieiuno bis in ſabbato: decimas Luce.18.
do omniũ que cũq3 poſſideo: & nondũ fuſus
erat ſanguis domini. Tantũ pro nobis pre/
cium accepimus: et ſaltem nec tantũ eroga/
mus quãtum phariſeus. Et habes alio loco
aperte dicentẽ dominũ: Niſi abundauerit Matth.5.
iuſticia veſtra pluſq̃ ſcribarũ & phariſeorũ:
non intrabitis in regnum celorum. Ergo illi
dant decimas: tu ſi centeſimam dederis ali/
quid magnum te feciſſe gloriaris. Attendis
enim quid alius non faciat: non quid te iu/
beat facere deus. Metiris te de comparati/
one peioris: non de iuſſione melioris. Non
quia ille nihil facit: ideo tu magnũ aliquid
facis: ſed quia gaudet ad quedam minima
opera veſtra: quia tanta eſt ſterilitas veſtra
vt ad modica gaudeat. Quaſi ſecuri vobis
blandimini de minimis elemoſynarum gra/
nis: & aceruos obliuiſcimini peccatorũ. Pro/
tuliſti forte neſcio quid paruũ: qđ alius aut
non habuit: aut non protulit cum haberet:
Noli attendere poſt te quis non faciat: ſed
quid te iubeat deus facere. Poſtremo q̃re i
iſtis affectõibus ſecularibus nõ vobis ſuffi/
ciunt quos preceſſiſtis: ſed vultis eſſe diui/
tes: equales ditioribus vobis? Nõ attendi/
tis quãtos pauperiores tranſcenditis? Uin
cere vultis ditiores. Sed i elemoſynis habet
modus. Hic dicit: iã quouſq3 facio: et illic nõ
dicit: quãtis diuitib9 ditior ſũ. Nõ attẽdunt
egeſtates inumerabiliũ mẽdicorũ: nõ reſpi/
ciunt poſteriores multitudines pauperũ: ſed
paucitas pcedẽtiũ diuitũ añ oculos ponit.

Luc.19. Cur in ope bono nõ attendit ille Zacheus:
qui dimidiũ rerũ ſuarũ dedit pauperibus?
Sed optare cogimur vt attendat ſaltem ille
Luc.18. phariſeus: q oim q̃ poſſidebat decimas da/
bat. Noli parcere theſauris caducis ⁊ vanis:
X Noli ſub imagine pietatis augere pecuniã:
Ca.21. Filijs meis ſeruo. Magna excuſatio: filijs
meis ſeruo. Videamus. Seruat tibi pr tuus:
In li.50.ho/ ſeruas tu filijs tuis: filij tui: filijs ſuis: Et ſic
mel.48.b. p oẽs: ⁊ nullus facturus ẽ ꝑcepta dei. Quare nõ
illi potius impẽdis: q oia fecit ex nihilo? Qui
fecit te: ipſe te paſcit ex his q̃ fecit: ipſe paſcit
⁊ filios tuos. Neq3 eñ melius cõmittis filio
tuo patrimoniũ tuũ: q̃ creatori tuo. Et men
tiunt quidem homines. Mala eſt auaricia.
Palliare ſe volũt noie pietatis et dealbare:
vt q̃ſi ꝓpter filios videant ſeruare hoies qd
ꝓpter auariciã ſeruãt. Nã vt noueritis q2 ſic
plerũq3 ↄtingit. Dicit de quodã: Quare nõ
facit elemoſynam? Quia ſeruat filijs ſuis.
Cõtingit vt amittat vnũ. Si ꝓpt filios ſer/
uabat: mittat poſt illũ partẽ ſuã. Quare illã
tenet in ſaculo: et illũ relinqt ab aio? Redde
illi qd ſuũ eſt: redde qd illi ſeruabas. Mor/
tuus ẽ inqt: ſ3 ad dñm ꝑceſſit: pars ipſius pau
peribus debet. Illi debet ad quẽ preꝛit. Chri/
Matth.25. ſto debet. Ad illũ eñ preꝛit: ⁊ ille dixit: Qui
vni ex minimis meis dederit: mihi dedit. Et
q vni ex minimis meis nõ dederit: mihi nõ
dedit. Sed qd dicis? Seruo fratribus ipſius. Si
viueret ille: nõ erat cũ ſuis fratribus diuiſurus.
O fides mortua. Mortuus eſt eñ filius tu/
us. Quicquid dicas: mortuo debes qd vi/
uo ſeruabas. Mortuus eſt filius meus: ſed
tñ ptẽ filij mei ſeruo fratribus ipſius. Si cre
dis q2 mortuus ẽ: ſi ꝓ illo chriſtus mortuus nõ eſt:
mortuus ẽ ipſe. Si aũt i te fides eſt: viuit filius
tuus. Viuit ꝓrſus: nõ deceſſit: ſ3 ꝑceſſit. Qua
fronte venturus es ad filiũ tuũ q ꝑceſſit: cui
ꝑcedenti nõ mittis partẽ ſuã in celũ? An nõ
põt mitti in celũ? Poteſt prorſus: ſicut dicit
Matth.6. ipſe dñs: Theſaurizate vobis theſauros in
celo. Si ẽ ille theſaurus melius ẽ cuſtoditus i ce/
lo: nũquid tũc mittẽdus ẽ filio q̃ ſi miſſus
fuerit nõ ꝑibit? Tenebit hic vbi põt ꝑire: nõ
mittit illuc vbi chriſtus ẽ cuſtos. Certe ea q̃ h
tenes ⁊ non vis mittere poſt filiũ tuũ: quibus
cõmẽdas actoribus tuis cõmẽdas illius partẽ q
ꝑceſſit: ⁊ chriſto nõ cõmẽdas ad quẽ ꝑceſſit?
An idoneus eſt tibi ꝓcurator tuus: minus ido/
neus chriſtus? Videtis frẽs: q2 mẽdaciũ ẽ qd
dicũt homies: filijs meis ſeruo. Mendaciũ
eſt frẽs mei: mẽdaciũ eſt. Auari ſunt hoies.

Vel ſic certe cogant ꝯfiteri qd nolũt: cũ eru/
beſcũt tacere qd ſũt. Fundãt: vomant in cõ/
feſſiõe qd portãt. Pectus ꝑmixt crapula iniq/
tatis: euomat eã cõfeſſio: ſ3 nõ canino more
redeat ad vomitũ. Eſtote chriſtiani. Valde Y
parũ eſt vocari chriſtianus. Quanta donatis Ca.22.
hiſtrionibus: quãta donatis venatoribus: quã/
ta turpibus ꝑſonis. Donatis eñ eis qui vos
occidunt. Per ipſas eñ exhibitiones volu/
ptatũ interficiũt animas veſtras: ⁊ inſanitis
qs plus donet. Si inſaniretis q̃s plus ſeruet:
nõ eſſetis ferẽdi. Quis plus ſeruet inſanire
auaricię eſt: Quis plus donet inſanire ꝓfu/
ſionis eſt. Nec auarũ te deus: nec ꝓfuſũ te
vult. Collocare te vult q̃ habes nõ ꝓijcere.
Certatis qs vincat in peius: nõ datis operã q
ſit melior: atq3 vtinã nõ daretis: qs ſit peior.
Et dicitis: Chriſtiani ſumus. Ad fauorẽ ipſi
proijciris res vr̃as: ⁊ cõtra iuſſa chriſti tenetis
res vr̃as. Ecce nõ iubet chriſtus. Rogat chri/
ſtus: eget chriſtus. Eſuriui dicit chriſtus: et non Matth.25.
dediſtis mihi mãducare. Egere voluit ꝓpter
te: vt haberes vbi ſeminares terrena q̃ dedit:
⁊ meteres vitã ęternã. Nolite pigri eſſe ⁊ ma
le ſecuri. Mores emendate: peccata redimi/
te. Et cũ hęc feceritis: deo gratias agite: a q
accepiſtis bene viuere. Et nõ inſultetis his
qui nõdum bene viuũt: ſed eos ipſos mori/
bus veſtris adhortamini. Hęc faciẽdo habe
tis pfectam quãtum in hac vita poteſt iuſti/
ciã: cõſeruãtes vos in bonis operibus: in ora/
tionibus: in ieiunijs: in elemoſynis propter
minuta peccata: et abſtinendo vos ab illis
magnis peccatis: cõcordatis cũ aduerſario:
et ſecuri dicitis in oratione: Dimitte nobis Matth.6.
debita noſtra: ſicut ⁊ nos dimittimus debito
ribus noſtris. Habetis eñ qd quotidie vo/
bis dimittat: qui habetis qd quotidie dimit/
tatis. Sic ambulando ſecuri in via nõ time/
bitis latrocinia diaboli: q2 chriſtus viam et
ſtratam magnã ſeipſum fecit qui ꝑducit ad
patriã: vbi omnis ſecuritas: omnis quies:
vbi et ipſa opera miſericordię ceſſabunt: q2
nulla erit ibi indigentia miſerorũ. Erit ergo
illud ſabbatũ ſabbatorũ: vt qd hic deſidera
mus: ibi inueniamus.

## Eodem die De filijs iſrael: Ser/mo II Ser.XCVII

A Exo.32.

h Ec dicit dominus Moyſi: Sine vt
faciam te in gentẽ magnam. Graue
eſt diſcutere ꝑſonam qui in infideli/
tatem cadit: dum malus qd accepit perdit.
Quis iudęorũ inexolubiles nodos neſcit?

Quis perfidiā ⁊ audaciā non deponit? Re-
gunt elogia ſua: qđ in ꝑuaricatiõe parētum
non defuiſſet vindicta. Irata ſeueritas pro-
mitur: ⁊ cõtumacia non emendat. Clemen-
tia leuius iraſcit: quia citius miſeret. Ipſi⁹
erit iudiciū: ⁊ probare dignum: et delinquē-
tibus indulſiſſe peccatū. Quid dico? Deus
illos horruit: aut amauit? Abſit. Si horruit
peccatores cõtempſit. Sʒ amauit: ideo fre-
Zacharie.1. quēter indulſit. Reuertimini inquit ad me:
⁊ reuertar ad vos. Eorum quidē ſunt ſcelera
Job.8. aut rea lingua: aut ꝯſciētia criminoſa. Vos
inquit de patre diabolo eſtis. Nõ poteſt dif-
ferri vindicta: vltio nõ ꝓcraſtinabit. Tanta
enī ſunt crimina vſurpatione cõcepta vt nõ
parcant generi: cū rei videant auctori. Cla-
mauerūt inquit ad dñm cū tribularent: mit-
titur dux qui populū iſraeliticū redderet li-
B beratū. Parant egyptijs digne ⁊ innumera
Exo.7.et.8. biles plage ignominie: ad vindictā ſcyniphes
ꝓceſſerunt: vineas bruchus abſūpſit: fructi-
fera ligna locuſta vaſtauit: terrorem ex gran
dine: vlcera: tumultus: voces: flammas: ad-
dicta pecora: armenta ꝓſtrata: aquas in ſan
guinē mutatas: ꝓſtratas ranas: piſces occi-
ſos: ꝑdurant elementa nullo rigore: ſiccant
fluenta in rei miraculo curuata: et in muro
ſuſpendit vnda: inſuetū iter mirant fluct⁹:
mirat ⁊ populū. Quid incredule popule no
cte deſperas? Signū tibi erit colūna: quam
chriſtus illuminat. Securus iter quod arri-
pis vade: antecedet te chriſtus. Et quia pro-
ſequit chriſtus fiducia non terror debet eſſe:
ſecurus ad ꝓmiſſa ꝑuenies atq; vtinam nõ
Exo.14. rebelles. Apertū intrant mare egyptij quos
circūfuſi fluctus feſtinanter ruentēs ꝑdunt.
Medij maris arena vngulā ſenſit: mare cur-
ſus ſuſtinuit equitē. Sed hec vindicta debe
bat vt citi⁹ periret: q̄ cõſequi denegauit ſalu
tē. Quid dubitas de hoſte? Tute iā ꝓcede:
mortuū videbis: ꝓbabis defunctū: cui ante
C fueras ſeruus. In heremū exitur: nec contu
Exo.16. Numeri.11. melia differtur. Murmurant: petunt cepas
⁊ pepones: merito inſulſi ⁊ quos non gratie
ſales condunt: vilem expetunt cibū. Cepas
ait: vt extorquerent eis lachryme ex delicto
collecte. Nõ aquam in fluuijs natura dege-
nerat: cõmunē liquorē amaritudo triſtaue-
Exo.17. rat: lignū mittit: dulcedo reparat. Petra ꝑ
cuſſa ſitientibus potū ꝓbuit virga: nec ve-
ternoſa eis diſſuta ſunt veſtimēta: aruo ſte-
rili non defuit māna. Pulmentariū poſcit:
deſiderijs omnia conferunt. Saporem ſen- Exo.16.
ſit quiſq; quem voluit in ore dum manduca
uit. Petunt ſibi qđ colerent: atq; vtinā ſim- Exo.32.
pliciter poſtulaſſent. Sed plebs que dota-
les tabulas lege mariti ꝑcepat: de corrupte-
la diſponit: et de adulterio cogitat. Quid te
infidelis vio iūgere cõſortio digno? Mater Eſa.50.
tua diſplicuit repudiata ꝑ libellum repudij
ꝓnunciāte Eſaia: nec ſummo chariſmate es
digna: cum execrabilibus factio videaris in
grata. Non ſeruies inquit deo alieno. Aurū Exo.20. Exo.32.
igni apponit: ⁊ ingrati infauſtū ſcelus expe-
tunt: adorant imaginem quam ſucceſſus
eiecerat ignis. Ubi eſt quod mandatū eſt:
Audi iſrael: domin⁹ deus tuus vn⁹ eſt? Ti- Deut.6.
tulus tuus vbi erat: cum tibi chriſtus in ma-
ri itinera ꝑparabat: mare aperuit: ſitientib⁹
potū ꝑbuit: feſſos ieiunio reparauit? Luxu-
rioſa gentilitas: poſt ſaturiem luſuʒ querit.
Sedit inquit populus mādučare ⁊ bibere: ⁊ Exo.32.
ſurrexerunt ludere. Atq; vtinam verbis fu-
iſſent dicta: nõ factis fuiſſent admiſſa. Ecce
iam pater abraham transfert in gentem ma- Gen.15.
gnā. Ecce quid criminis admittit primitiu⁹:
quid gratie meretur ſecundus. Uendidiſti
mihi primatus tuos: delicto factus ſerui-
lus fratri tuo. Radix quideʒ me aliena por-
tat: ſed noua gratia meū caput impinguat.
Ducem ſe ergo dominus ingrato populo ꝑ- D
bebat: exercitū chriſti ꝑ inacceſſa loca et de-
uia deſerta terrarū nõ turbauit iter ignotū.
Igitur exorit impugnāte diabolo ꝓphana
temptatio: fit repente popul⁹ diuinis bene-
ficijs ingrat⁹: mens eius a veritate deſciſcit:
deſeruit vite largitorē: et ſecutus eſt mortis
auctorē. Unde ſimulacra colentiū ceca ſtul-
ticia: imo nõ ferenda dementia: mortali ma-
nu formatum vitulum putare diuinū? Acer-
bior indignitas rerū eſt: vt pecoris ſit figura
terrori: ⁊ cum deus animalia omnia homini
ſubiecerit: ipſe ſe in famulatū pecudū ſpon-
te deiecerit. Adeo format vitulus ſtultorū
collationib⁹ inauratus: et quē nullus natu-
ralis motus quacūq; flectebat: eum demen
tia ꝑfidorum ſubiugata ceruice portabat: et
cuius aures nullus penetrabat auditus: vt
aliqua cõmotio ſenſibilis agitabat: has in-
caſſum demētis populi oratio ſtulta pulſa-
bat: ⁊ cui viſum modulātibus palpebris vi-
tali motu artificis ꝓbātaſſa nõ dederat: nec
genitrix natura cõtulerat: eū vidētes ingra-
ti deo ſupplices adorabant. Precedebat in

heremo populū carēs ſpiritu vitulus figuratus: vt tali duce demens populus vteref: qualis fuerat et ipſe delictis effectus. Et ne tanti mali ſine vindicta in poſteros manaret exemplū: ſtatim vindicaf̄ i reos. Dū em̄ malis modus imponif̄: frangif̄ licentia peccatorum. Frequēter enim plagis diſciplina corrigif̄: ſi nihil ꝓficiant hortamēta iuſtoꝝ. A damnabilib⁹ factis homies vindicta cōpeſcit: quos in bonis operib⁹ bn̄ficia dei retinere nō poſſunt. Si em̄ nō inter ꝑmos peccantiū lapſus cōſuleret: ſed in futurū ſuſpenderet vltionis occurſum diuina cenſura: ꝓculdubio ſceleſtorū omniū latius ꝓceſſiſſet audacia. Deniq̄ ſi vis tuoꝝ ꝓficere diſciplinā: exerce cenſurā. Ubi dei future vindicte ſollicitudo verſatur: illic aut non peccaf̄: aut tardius delinquif̄. Cenſura em̄ interdū quidam ſuſcipiūt ſupplicium: vt multi corrigant̄ i paucis: ne poſtmodū ira cōmotus incipiat graſſari p multos. Riſus frequēs corrumpit mores: relaxat quoq̄ neruos rigoris aſtrictos: ſeuerus autē vultus cuſtos eſt diſcipline. Si enim delinquētibus frequēter indulges: peccator nō ꝓficit ad ſalutē.

## In eadem dominica Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm̄ Johannē: Abijt ieſus tranſ mare galilee qđ eſt tyberiadis ꝛc̄. que habef̄ in expoſitione doctoris Ibidem.

Joh. 6.

## Feria ſecūda poſt quartā dominicā: de Thuribulis: Sermo I

Ser. XCVIII

A Modo fratres dilectiſſimi cū diuina lectio legeref̄: audiuimus dixiſſe dominū ad moyſen: vt thuribula in q̄bus ſupbi illi ac rebelles incenſū obtulerāt cōflaret: et ꝑducta in laminas altari affigeret: vt eſſent in teſtimoniū rebelliū ꝛ ſupborum. Thuribula inquit dn̄o que ſanctificata ſunt i mortibus peccatoꝝ: facite ea laminas ductiles ꝛ circūda ex eis altare: quia oblata ſunt coram domino ꝛ ſanctificata ſunt. Hoc ergo per hanc figuram videf̄ oſtendi: q̄ thuribula iſta q̄ ſcriptura nomīat erea: imaginem teneant ſcripture diuine. Cui ſcripture heretici ignem alienū imponētes: ſenſum videlicet p errorem ꝛ intelligentiā alienam a deo ꝛ veritati contrariā introducētes: incenſum domino nō ſuaue ſed execrabile offerūt.

Numeri. 16.

Iſta ergo thuribula erea: id eſt hereticorum voces: ſi adhibeamus ad altare dei vbi diuinus ignis eſt: vbi vera fidei predicatio: melius ipſa veritas ex falſorū cōparatione fulgebit. Si em̄ verbi gratia dicā: ponā dicta arrianorū vel manicheorū: aut alterius cuiuſlibet hereticorū: ꝛ hec ſermonib⁹ veritatis ac ſcripturarū diuinarum teſtimonijs velut diuini altaris igne confutē: nōne euidentior eorum ex ipſa cōparatione apparebit impietas? Nā ſi doctrina eccleſiaſtica ſimplex eēt ꝛ nullis extrinſecus hereticorū dogmatū aſſertionibus cingeref̄: nō poterat tam clara ꝛ tā examinata videri fides noſtra. Sed idcirco doctrinā catholicā cōtradicentiū obſidet impugnatio: vt fides nr̄a nō ocio torpeſcat: ſed multis exercitationib⁹ elimef̄. Propter hoc deniq̄ ꝛ apl̄us dicebat: Oportet aūt et hereſes eſſe vt probati quiq̄ manifeſti fiant inter vos. Hoc eſt dicere: Oportet hereticorū thuribulis altare circūdari: vt certa ꝛ manifeſta oib⁹ fiat fideliū atq̄ infideliū differētia. Cum em̄ fides catholica velut aurū ceperit fulgere: et p̄dicatio eius vt argentū igne ꝓbatum intuentib⁹ reſplenduerit: tunc maiore cum turpitudine: ꝛ dedecore hereticorū voces obſcuri eramenti vilitate ſordebunt. Hec autē diximus de thuribulis eoꝝ qui condemnati ſunt: que altari iubent̄ affigi: qđ ex cōparatione impiorū iſti clariores appareāt: ſimul vt et poſteris daref̄ exemplū: ne quis p̄ſumptiōe ſupbi ſpūs nō ſibi a deo datum munus pontificat⁹ inuaderet: ſed vt illi credaf̄ quem non ambitio humana: non fauor corruptus aſciuerit: nec munerū oblatio ꝓphana ſurrogauerit: ſed meritorū ꝯſciētia ꝛ dei volūtas aſſumpſerit. Qđ ergo ptulerūt ſuperbi illi leuite qui domino non iubente ſibi ſacerdotium vendicabant: hoc patiunt̄ quicūq̄ ſe aut ad epiſcopatus: aut ad p̄ſbyteratus: vel diaconatus officiū vel muneribus aut adulationib⁹ impudēter conantur ingerere. Quomodo combuſti ſunt illi i corpore: ſic iſti exurent̄ in corde. Hortatur ergo moyſes pontificem magnū vt offerat incenſum in caſtris: ꝛ exoret pro populo. Jam em̄ inquit vaſtari populus cepit. In ſpiritu videbat moyſes que gerebantur. Abijt ergo aaron vt offerret incenſum ꝓ populo: ꝛ ſtetit inter viuos ꝛ mortuos: et mitigat⁹ eſt furor dei. Si intellexiſti hiſtorie ordinē: et oculis vt ita dicam cernere potuiſti ſtantē pon-

1. Cor. 11.

Numeri. 16.

tificem mediū inter viuos et mortuos: aſcē
de nūc ad verbi hui' celſiora faſtigia: ⁊ vide
quō verus pontifex ieſus chriſtus aſſumpto
thuribulo carnis humane: et ſuppoſito igne
altaris: anima ſine dubio illa magnifica cū
qua natus eſt in carne: adiecto eciā inceuſo
qui ē ſpiritus imaculat' medius inter viuos
⁊ mortuos ſtetit: ⁊ mortem non ꝑmiſit vltra
Heb. 2. graſſari: ſed ſicut apoſtolus dixit: deſtruxit
eum qui habebat mortis imperiū: id eſt dia
bolum: vt qui in ipſum pontificē chriſtū cre
dit: iam non moriat̃ ſed viuat in eternum.
Hoc fuit ergo myſteriū: quod poſtea futurū
iā tūc angelus ille q̃ ꝑſm vaſtabat expauit.
Agnoſcebat enim figuram thuribuli ⁊ ignis
⁊ incenſi: ⁊ qualis offerenda eſſet deo hoſtia
ab eo qui medius mortuorū viuorūq; cōſti
tuēdus erat ꝓuidebat: ⁊ illos tunc imago ꝓ
figurata ſaluauit: ad nos autē ſalutis veri
tas ipſa ꝑuenit. Neq; enim indumenta pon
tificis purpura ac lana byſſoq; cōtexta eru
buiſſet angelus ille vaſtator: ſed iſta que fu
B tura erant indumenta domini et ſaluatoris
noſtri ſingularis ⁊ magni pontificis intelle
xit: et his ceſſit quibus vtiq; vniuerſa crea
tura inferior erat. Puto autem q̄ non ſolū
primo aduentu domini et ſaluatoris noſtri
forma ipſa completa ſit: ſed eadem fortaſſe
ſeruabit̃ ⁊ in ſecundo. Veniet iterum filius
hominis: ⁊ cum venerit ſine dubio inueniet
quoſdam mortuos: quoſdā viuentes. Hoc
loco non incōgrue mortui intelligunt̃ illi q̃
nimietate ſcelerum in peccatis ſuis mortui
comprobant̃: viuentes autem illi qui in ope
ribus vite ꝑmanſerint. Verūtamen vtroli
bet modo ſtabit etiā in futuro magnus hic
pontifex et ſaluator noſter medius viuorū
⁊ mortuorū. Sed ⁊ tunc forte medius viuo
rum et mortuorum ſtare dicendus eſt: cum
Math. 25. ſtatuet quidem oues a dextris: hedos au
tem a ſiniſtris: ⁊ dicet his q̃ a dextris erunt:
Venite bñdicti patris mei ꝑcipite regnum
quod vobis paratum eſt ab origine mūdi.
His autem qui a ſiniſtris ſunt dicet: Ite in
ignem eternum operarij iniquitatis: quem
ꝓparauit pater meus diabolo ⁊ angelis ei':
quoniā non noui vos. Et ſunt vtiq; mortui
qui in ignem mittunt̃ eternum: Sunt autē
viui illi qui mittunt̃ ad regnum. Ad quod
regnum vos pius dominus ꝑducere pro ſua
pietate dignet̃: cui eſt honor ⁊ imperiū cum
patre ⁊ ſancto ſpū in ſecula ſeculoꝝ: Amē.

## Eodē die: De virga Aaron: Sermo II

Ser. XCIX.

A

OMnis princeps tribus populi ha
bet virgam. Non enim poteſt quis Numeri. 17.
regere populū: niſi habeat virgam.
Unde et paulus apoſtol' quia ꝑnceps erat
populi: idcirco dicebat: Quid vultis? In vir 1. Cor. 4.
ga veniam ad vos: an in charitate ⁊ ſpiritu
manſuetudinis? Omnes ergo principes tri
buū habeāt neceſſe eſt virgas ſuas: ſed vn'
eſt ſolus: ſicut ſcriptura dicit: verus pōtifex
cuius ille aaron ſacerdos ꝓferebat figuram.
Huius ergo virga germinauit. Sicut enim
virga aaron germinauit in populo iudeo
rū: ita crux chriſti floruit i populo gentium.
Uerum quoniā vt ſepe oſtendimus: verus
pontifex chriſtus eſt: ipſe ſolus eſt cuius vir
ga crucis nō ſolum germinauit ſed ⁊ floruit:
⁊ omnes credentiū populorū fructus exhi
buit. Quis autē iſte eſt fructus quem attu B
lit? Amygdalas inquit. Amygdale fratres:
nuces ſunt. Qui fructus primo quidem in
dumento amarus eſt: ſequenti munit̃ ac te
gitur: tertio ſumentē paſcit ac nutrit. Talis
ergo eſt in eccleſia chriſti doctrina legis ac
ꝓphetarū. Prima littere facies ſatis ama
ra eſt: que quidem circūciſionem carnis ꝑci
pit: que de ſacrificijs mandat: ⁊ cetera que ꝑ
occidentem litteram deſignant̃. Hec om̄ia
tanq̄ amarā nucis corticem ꝓijce. Secūdo
in loco ad munimenta tecta ꝑuenies: i quo
vel moralis doctrina vel ratio continentie
deſignat̃. Que neceſſaria quidem ſunt ad
cuſtodiam eorum que ſeruant̃ intrinſecus:
frangenda tamē quādoq; et ſine dubio diſ
ſoluenda ſunt: vt ſi verbi cauſa dicamus:
abſtinentia ciborū ⁊ caſtigatio corporis do
nec ſumus in corpore iſto corruptibili ⁊ paſ
ſibili ſine dubio neceſſaria eſt: cum aūt ſup
ueniente morte confractū fuerit et reſolutū:
⁊ reſurrectionis tēpore incorruptibile ex cor
ruptibili redditū: atq; ex animali ſpiritale:
non iam labore afflictionis nec abſtinentie
caſtigatiōe: ſed qualitate ſui nulla iam cor
pori corruptela dominabit̃: Sic ergo ⁊ nunc
durior teſta nucis velut neceſſaria abſtinen
tie ratio videt̃: ⁊ poſtmodum nō querenda.
Tertio autem loco: recōditū velut in nuce
inuenies ſecretum myſteriorū ſapientie ⁊ ſci
entie dei ſenſum: quo nutriant̃ et paſcantur
anime ſancte: non ſolum in ꝑſenti vita: ſed

etiam in futura. Ipſe enim eſt pontificalis
Matth.5. fructus: de quo promittit̃ his qui eſuriunt ⁊
C ſitiunt iuſticiam: quia ipſi ſaturabunt̃. Hoc
igitur modo in omnibus ſcripturis triplex
Prouer.22. hu9 ſacramẽti ratio ꝑcurrit. Sic ⁊ ſapientia
monet: vt deſcribamus eam nobis in corde
tripliciter: ad reſpondendũ inquit verbum
veritatis his qui ꝓpoſuerunt nobis. Nam
Numeri.17. quia ſacramentũ ſacerdotale eſt v̾ga nucis:
Hiere.1. idcirco arbitror etiam hieremiã qui erat vn9
ex ſacerdotibus ex anathot vidiſſe virgã nu
ceam: ⁊ ꝓphetaſſe de ea illa que ſcripta ſũt:
vel de virga nucea: vł de lebete ſiue olla ſuc
cenſa: quaſi oſtenderit ꝑ hec in virga nucea
eſſe vitam: ⁊ in lebete ſuccenſa eſſe mortem.
Hiere.21. Vita eniꝫ ⁊ mors ponit̃ ante faciem noſtrã:
et vita quidẽ chriſtus in ſacramentũ nucis:
mors autẽ diabolus in figura lebetis ſuccẽ-
ſe. Si ergo peccaueris: portionẽ tuã pones
cum olla ſuccenſa. Si autẽ iuſte egeris: effi-
cietur portio tua in virgã nuceam cum ma-
Cant.6. gno pontifice. Sed et in canticiſcanticorũ
ſponſa dicit̃ deſcendiſſe in hortũ nucis: vbi
etiã pariter cum nucibus ſacerdotaliũ quo-
dãmodo pomoꝝ copiam pſcribit̃ inueniſſe.
D Diligenter attendite fratres: quia vnũ pro-
miſit deus futurũ in virga: ſed plura dedit.
Verũ eſt fratres: Conſuetudinis ſue rem fe-
cit dominus noſter. Semꝑ enim maiora tri-
Numeri.17. buit ꝙ̃ ꝓmittit. Et enĩ inq̃t homo quecũqꝫ
elegero: virga eius germinabit: hoc eſt ſolũ
qđ promiſit deus: vt virga eius quẽ eligeret
germinet. Ubi v̾o ad rem venit̃: vt qđ pro-
miſſum eſt oſtendat̃ impletũ: non vnũ illud
qđ ꝓmiſſũ fuerat effectũ dicit̃: ſꝫ vide quan-
ta addant̃. Ait enĩ ſcriptura: Ecce germĩauit
virga aaron in domo leui. Hoc eſt vnũ illud
ſine dubio qđ fuerat repromiſſum. Sed ad-
dunt̃ alia: ⁊ dicit̃: Et ꝓduxit frondes: ⁊ pro-
tulit flores: ⁊ germinauit nuces. Cũ ergo de
ſolo germine fuiſſet repromiſſum: vide quã-
ta largit̃ deus: vt non ſolum germen ꝓduxe
rit: ſed ⁊ frondes: et non ſolum frondes: ſed
⁊ flores: ⁊ nõ ſolũ flores ſed ⁊ fructus. Quid
igit̃ eſt qđ ex his colligi et cõtemplari poſſit
E videamus. Primũ omniũ reſurrectionis ex
mortuis ſacramentũ in his euidenter agno-
ſcimus. Virga enim arida germinat: cũ cor-
pus extinctum ceperit reuiuiſcere. Que ſũt
autem quattuor iſta: que reſurgenti corpori
1.Cor.15. ꝓ̃ſtabunt̃? Ut ſeminatũ in corruptionẽ: ſur-
gat in incorruptiõe: Et ſeminatũ in infirmi-
tatem: ſurgat in virtute: Seminatũ in igno
miniã: ſurgat in gloria: Et ſeminatũ corpus
animale: reſurgat corpus ſpiritale. Iſta ſũt
quattuor: que virga arida corporis noſtri in
reſurrectione germinabit. Sed redeam9 ad
ea que de virga dicere ceperam9. Poſſum9
adhuc ſic intelligere eorum que virga germi
nauerat differentias. Omnis qui in chriſto F
credit: ꝑmo morit̃: ⁊ poſt hoc renaſcit̃. Et eſt
etiã in figura ꝙ virga arida poſtmoduꝫ ger-
minat. Eſt ergo primũ germẽ: prima hom̃is
in chriſto confeſſio. Secũdo frondeſcit: vbi
renatus donum gratie dei ſanctificationẽqꝫ
ſuſceperit. Inde affert flores: vbi ꝓficere ce-
perit: ⁊ in odum ſuauitate decorari ac fragrã-
tiã miſericordie ⁊ benignitatꝭ effundere. Ad
vltimũ quoqꝫ affert etiam fructus iuſticie:
quib9 non ſolum ipſe viuat: ſed et aliis vitã
prebeat. Cum autem ad perfectũ venerit: ⁊
protulerit ex ſe verbum fidei: verbũ ſcientie
dei: ⁊ per doctrinam ſuam alios lucrifecerit:
hoc eſt attuliſſe fructus quib9 alii nutriant̃.
Sic ergo ſinguli quiqꝫ credentium de virga
aaron que chriſtus eſt germinant̃. Quorum
quattuor iſte differentie in aliis ſcripture lo-
cis velut etates quattuor deſignant̃: quas
Johannes apoſtolus in epiſtola ſua diſtin-
ctione myſtica cõprehendit. Ait enim: Scri- 1.Joh.2.
pſi vobis pueri: ſcripſi vobis adoleſcentes:
ſcripſi vobis iuuenes: ſcripſi vobis patres.
In quibus vtiqꝫ non corporales etates: ſed
ſpiritaliũ profectuũ differentias ponit. Sic
etiã in hoc ſacerdotalis virge germen obſer
uabim9 deſignari. Habent̃ ergo oĩa hec nõ tã in G
virga aaron ꝙ̃ ĩ ea v̾ga q̃ exijt đ radice ieſſe: Eſa.11.
⁊ flos de radice ei9 aſcendit: ſup̃ quẽ req̃eſcit
ſpiritus dei. In quo nec hocipſum videtur
ocioſum: qđ exire dicit̃ virga: ⁊ flos aſcende
re. Quis enim vnus ſit chriſtus: ſingulis tñ
diuerſus efficitur: prout indiget is qui ope-
ratur. Qui ergo ſegnior eſt et negligentior:
pro diſciplina chriſtus ei efficitur virga: ⁊ in
virga non aſcendere dicit̃ ſed exire. Exeun-
dum nãqꝫ eſt ei qui inutilis ⁊ ignauus eſt de
eo ſtatu in quo non recte conſiſtit: tranſeun-
dum ad alium ſtatum tanꝙ̃ virge compulſi-
one: id eſt ſeueritate doctrine rigidioris ad-
monitu. Qui v̾o iuſtus eſt: quia iuſtus ſicut Pſ.91.
palma floret: in hoc aſcendere dicit̃ chriſtus.
Sic ergo qui verberibus indiget: exit ad eũ
virga. Qui autem proficit ad iuſticiã: aſcen-
dit ei in florem. Aſcendit autẽ quouſqꝫ affe-

Gal.5. rat fructus ſpiritus: qui ſunt charitas: pax:
patientia: et reliquę virtutes in chriſto ieſu
domino noſtro.

## Item eodem die Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm

Joh.2. Johanne: Prope erat paſcha iudę
orũ ⁊ aſcendit ieſus hieroſolymam
⁊c. que habet in expoſitione docto
ris Ibidẽ.

## Feria tertia poſt quartã domnicam in quadrageſima: De exploratoribus et de botro: Sermo I

Numeri.13. Sermo.C.

A m Odo cũ diuina lectio legeret: audi
uimus ꝙ tempore illo quo miſſi ſũt
Numeri.13. duodecim exploratores ad conſide
randã terrã repromiſſionis: duo ex illis vuã
mirę magnitudinis ĩ phalãga detulerint ad
filios iſrl. Duo iſti fratres dilectiſſimi: mul
tis modis intelligi poſſunt. Nam ⁊ duo te
ſtamenta non incõgrue ſignificaſſe credunt:
⁊ duo ꝑcepta quibus diligitur deus ⁊ proxi
mus. Poſſunt etiam in hiſtoria et allegoria
intelligi. Quod autem duũ teſtamentorũ typũ
habuerint: hinc euidẽter agnoſcimus: quia
quomodo in medio duorum illorum vua ex
hibita legit: ita in medio duũ teſtamentorũ
chriſtus dominus euidenter agnoſcit: ſm il
lud quod ſcriptum eſt: In medio duum ani
maliũ cognoſceris: id eſt in medio noui vel
veteris teſtamẽti. Quod autẽ dixit: In medio:
non ſic intelligendũ eſt: ꝙ chriſtus inter no
uum et vetus teſtamentũ ſic fuerit medius
vt nec in nouo nec in veteri contineret. Nõ
Abacuc.3. ita eſt fratres chariſſimi. Sed quod ait: In
medio duum animaliũ cognoſceris: hoc ſen
tiendum eſt ꝙ ſit in medio veteris teſtamẽ
ti: ⁊ in medio noui: id intus in interiori ⁊ ſpi
2.Cor.3. ritali intellectu: non in littera quę non ſoluꝫ
iudęos ſed etiam hereticos omnes cõſueuit
occidere: ſed in ſpiritu ꝗ omnes chriſtianos
ſpiritaliter intelligentes viuificat. Hoc eſt
ergo in medio duum animaliũ cognoſceris:
in interiore ſenſu noui ſiue veteris teſtamen
B ti. Exhibita eſt ergo vua a duobus. Iſti aũt
duo qui vuã de terra repromiſſionis afferre
meruerunt: ſicut iam diximus: poſſunt intel
ligi etiaꝫ duo precepta dilectionis: id eſt di
Matth.22. liges deum ⁊ diliges ꝓximũ. Deniqꝫ conſi
derate fratres: quia ſicut illi duo pendentẽ
vuã attulerũt: ita ⁊ de iſtis duobus: id ẽ dile
ctione dei ⁊ ꝓximi dicit. In his duobus ꝑce
ptis tota lex pendet ⁊ ꝓphetę. Sicut enim
vua illa chriſtum deum figurauit: ita ⁊ terra
repromiſſiõis in qua natus eſt ſanctę marię
videt imaginem ꝑtuliſſe. In ipſa enim im
pletum eſt illud quod ſcriptum eſt: Veritas Ps.84.
de terra orta eſt. Quomodo autẽ beata ma
ria non fuit terra repromiſſionis: quę ꝑ pro
phetã multo ante ꝓmiſſa eſt: Nam ꝑ beatũ
Eſaiã dominꝰ eam ante multa annorũ ſpa
cia repromiſit. Sic enim ait: Ecce virgo in Eſa.7.
vtero concipiet ⁊ pariet filium. Exhibita eſt
enim vua de terra repromiſſionis. Ipſa eſt
enim de qua legimus: Suxerunt mel de pe Deut.32.
tra: et oleum de firma petra. Et de ipſa ſcri
ptum eſt: Petra autẽ erat chriſtus. Et illud: 1.Cor.10.
Cum adipe reniũ: ⁊ ſanguine vuę. Et iterũ: Deut.32.
Lauabit in vino ſtolam ſuam: ⁊ amictũ ſuũ Geñ.49.
in ſanguine vuę. Hęc inqꝫ vua in ligno ſuſpẽ
ſa duorum defert obſequio: quę nobis vtriqꝫ
ſicut iam dictum eſt: duum teſtamentoꝝ re
ꝑſentant oraculis: quę in ligno crucis pepẽ
dit: cuius vinum in ꝓcium noſtrũ paſſionis
exꝓſſione profluxit. Sed operęcium eſt arca C
na ſacramentorũ aperiri effectibꝰ rerũ. Hãc
vuam duo deferunt inſerto vecte penden
tẽ. Poſſunt iſti duo etiam chriſtianũ vel iu
daicum populũ figurare. Iſti ergo ſũt duo:
id eſt ſynagogę vel eccleſię populi. Et quia
prior fuit iudęorũ populus ꝑcedit iudęus:
ſequit chriſtianus. Salutẽ ſuã hic ante con
ſpectũ ſuum gerit: ille poſt dorſum. Hic ob
ſequiũ ꝓfert: ille cõtemptum. Ideo et de iu
dęis ꝓpheta teſtatur: Obſcurent oculi eorũ Ps.68.
ne videãt: et dorſum illorum ſemp incurua.
Incedunt duo ſb ſacro faſce ordine ſuo. Hic
ſemꝑ videt: ille ſemꝑ relinquit. Iudęus aũt
ꝓximũ ſe eſtimat: ſed abſentat. Chriſtianuſ
ergo ꝑſenti munere fruit: iudęus ſolo onere
ꝑgrauat: Quia chriſtus ſicut credenti ſalꝰ:
ita onus eſt non credenti. Iudęis enim ille
ſpecialiter annũciatus: de quibus dictũ eſt:
In ſua venit: ⁊ ſui eum nõ receperũt: Factꝰ Joh.1.
ẽ eis lapis offenſiõis ⁊ petra ſcãdali: Et quẽ Ro.9.
iſrael non cognouit: gentiũ fides recepit. Et
ideo poſt ſequit iſte: ſed ſpem ſuã ſub oculis
habens antecedit ⁊ proficit: ille poſt gradit ꝙ
deſerit ⁊ recedit. Portat quidẽ chriſtũ in le
ge iudęus: ſed a gr̃a quã in myſterijs portat
auerſus eſt: quia quẽ ꝑdicatiõe ſuſcepit ele
ctus: corde ꝑdit incredulꝰ: ⁊ quẽ vnus aſper

natur in lege: alter miraſ in corpore. Unde amborũ dñs ⁊ redemptor nr̃ ab hoc adorãte geſtaſ: ab illo ſe auerſãte ſuſpẽdiſ: Ac ſic impletũ eſt i iudeis: Poſuerũt ad me dorſa: et
D nõ faciẽs ſuas. Et qꝛ chriſtũ dñm quẽ prior populus iudeoꝝ ⁊ poſt dorſum reliquit ⁊ crucifixit: nos poſtea veniẽtes adorare ⁊ portare
Cor. 6. meruim⁹: ſm illud qd̃ apſus ait: Glorificate ⁊ portate deũ in corpore veſtro: quãtũ poſſumus cũ ipſius adiutorio laborem⁹: ne a ceruicibus nr̃is tã ſanctã ſarcinã malis operib⁹ deponam⁹. Sarcina eñ chriſti: leuare cõſue
Matth. 11. uit nõ p̃mere. Sic ⁊ ipſe i euãgelio dixit: Iugũ meũ ſuaue eſt: ⁊ onus meũ leue. Si eniꝫ iugũ chriſti ſubdita ⁊ humili ceruice ſuſcipimus: magiſ nos portat q̃ a nobis portetur. Sicẽ eñ iugũ ſeculi ſemp̃ p̃mit: ita iugũ chri
E ſti leuare conſueuit. Et qꝛ oĩs hõ aut chriſtũ portando erigiſ: aut iugum ſeculi ſuſtinẽdo ad inferiora deprimiſ: attendat vnuſquiſqꝫ cõſcientiã ſuã: ⁊ ſi ſe ſanctis cogitatiõibus ⁊ bonis opibus iugũ chriſti portare cognouerit: gaudeat ⁊ deo gr̃as agat: ⁊ cũ grãdi ſollicitudine vel timore pſeuerare contendat. Qui vo luxurioſis cogitatiõib⁹ ⁊ malis operib⁹ duriſſimo mũdi hui⁹ iugo ſe nimiũ grauari cognoſcit: oratiõib⁹: ieiunijs vel elemoſynis p̃jiciat iugũ diaboli: vt mereaſ excipe iugũ chriſti: ⁊ de omnib⁹ malis actibus ſuis
Pſ. 2. cũ pp̃heta fideliter dicat: Dirũpum⁹ vincula eorũ: ⁊ p̃jiciam⁹ a nobis iugũ ipſoꝝ. Tũc eñ de illa ſpiritali vua de qua nobis vinũ leticię p̃lũ crucis exp̃ſſit: cũ ſecura cõſcientia bibere poterim⁹: ſi nos nec luxuria ſordidauerit: nec iracũdia cõbuſſerit: nec inflauerit ſupbia: nec auaricia obſcurauerit: nec inuidia vipereo veneno pcuſſerit. Omnia eñ iſta de corde ſuo debet expellere: qui ad altare deſiderat vel optat accedere. Et qꝛ ſpiritaſ vindemia: id eſt paſchalis ſolẽnitas iminet: in q̃ feſtiuitate botrus ille de quo ſupius diximus p iniuriã vel pondera crucis exp̃ſſus ẽ: de tanta ac tali vua accepturi calicẽ ſalutario ⁊ vinũ leticię bibituri: exceptoria cordis vel pectoris nr̃i cũ grãdi nitore ac diligẽtia: ieiunijs: vigilijs: oratiõibus: elemoſynis: et p̃cipue caſtitatis nitore mũdem⁹: Cõtra nullũ hominẽ odiũ in corde ſeruãtes: et nõ ſolũ amicos ſed etiã inimicos ⁊ aduerſarios diligẽtes: cũ ſecura cõſcientia in oratione domi
Matth. 6. nica dicam⁹: Dimitte nobis debita nr̃a: ſicut ⁊ nos dimittimus debitoribus noſtris: pręſtante domino noſtro ieſu chriſto: cui eſt honor et imperiũ cum patre et ſpirituſancto in ſecula ſeculorũ: Amen.

## Eodem die: De ſerpente ęneo: Sermo II

Numeri. 21. Sermo. CI.

A
In lectione quę nobis recitata ẽ fratres chariſſimi: audiuim⁹ q̄ eo tẽpore quo pp̃ter ſupbiã iudeorũ ⁊ murmuratiõẽ eoꝝ cõtra dñm a ſerpentib⁹ regulis: id eſt baſiliſcis i deſerto pp̃lus vaſtabaſ: p̃ceperit dñs moyſi vt ſerpentẽ ęneũ faceret: Numeri. 21.
eũqꝫ in ligno ſuſpẽderet: quẽ pcuſſi reſpiciẽtes ab interitu ſanarenſ. Serpens iſte frẽs dilectiſſimi: licet hoc ſatis mirũ eſſe videaſ: tamẽ figurauit incarnatiõẽ dñi. Durũ forte alicui videri poterat iſta ſignificatio: niſi hoc ipſe dñs in euãgelio ſuo dixiſſet. Sic eñ ait: Sicut moyſes exaltauit ſerpentẽ i deſer Ioh. 3.
to: ita exaltari oportet filiũ hominis. Suſpẽſus eſt q̃ tũc ſerpens ęneus in conto: qꝛ chriſtus ſuſpendẽdus erat i ligno. Tũc eñ quicũqꝫ fuiſſet a ſerpẽte pcuſſus: ſerpentẽ ęneũ reſpiciebat ⁊ ſanabaſ: nũc vo humanũ gen⁹ qd̃ a ſpiritali ſerpente diabolo pcuſſum fuerat: chriſtũ credendo reſpicit et ſanaſ. Quicũqꝫ pcuſſus ſerpentẽ illũ ęneũ nõ vidiſſet: moriebaſ. Ita eſt fratres: niſi quiſqꝫ in chriſtũ crediderit crucifixũ: diaboli veneno pręmiſ. Tunc eñ vnuſquiſqꝫ reſpiciebat ſerpẽtẽ mortuũ: vt poſſet euadere viuũ: Nũc vo q̃ vult diaboli vitare venenũ: chriſtũ reſpici
at crucifixũ. Et qꝛ mors a morſu nomẽ accepit: ⁊ generi humano morſus antiqui ſerpẽtis acciderat: ⁊ mors niſi a morte ſupari non poterat: ideo mortẽ chriſtus ſuſtinuit: vt iniuſta mors iuſtã vinceret mortẽ: et liberaret reos iuſte dũ p eis occidebaſ iniuſte. Quic B
quid eñ diabol⁹ in adam exercuerat: quaſi Gen. 3.
iuſte videbaſ egiſſe in homĩe: qui ſe vniuſ arboris delectatiõe vẽdiderat. In adã q̃ qſi in pp̃rio ſeruo iure ſibi dño dominiũ vendicauit: in paſſiõe aũt chriſti in q̃ peccati maculã nõ inuenit: iniuſte mala oĩa pp̃etrauit. Sic ⁊ ipſe dñs in euãgelio dixit: Ecce venit princeps hui⁹ mũdi: ⁊ in me nihil inuenit. Quid Ioh. 14.
eſt nihil inuenit? Nullũ oĩno peccatũ. Et in pſalmis: Quę nõ rapui inq̃t tunc exoluebã. Pſ. 68.
Nõ q̃ iuſte debebat adã: chriſt⁹ iniuſte mortẽ ſuſcipiẽdo pſoluit. Ille expãdit manũ ad pomoꝝ dulcedinẽ: iſte ad crucis amaritudinẽ. Ille arborẽ necis: iſte ſalutis oñdit. Ille ſe cõtra deũ erexit ⁊ cecidit: chriſtus ſe humiliauit vt oẽs erigeret. Adã mortẽ vniuerſis intulit: ⁊ chriſt⁹ vitã omnib⁹ reparauit. Re

ſpiciebat ꝙ vnuſquiſqȝ ad ſerpentē eneū: ⁊ a
Numeri.21. venenatis ſerpētibꝰ ſanabať. Serpēs eneus
in ligno poſitus venena viuoꝝ ſerpentiū ſu
perauit: ⁊ chriſtꝰ in cruce ſuſpēſus et mortuꝰ
antiqua diaboli venena reſtrinxit: ⁊ oēs qui
C ab eo ꝑcuſſi fuerant liberauit. Quare tū ſer-
pēs ille nō de auro: nō de argēto ſ; de eramē
to fuerit factus videamꝰ. Hoc mihi videť ꝙ
duas ſignificatiões hr̄e poſſit. Vnā ꝓpter
diuturnitatē: q2 vaſa enea durare diutiꝰ ſo-
lent. Aliā ꝓpter vocis claritatē: nā inter oia
metalla vaſa erea maiorē tinnitū reddere et
longius ſonare ſolent. Doctrina non in vna
tm̄ gente iudeoꝝ innoteſcere: ſed p vniuer-
ſum mundū claro ſalutifere ꝑdicatiõis ſono
poterat puenire: ideo ſerpens ille eneus effi-
citur: vt doctrina chriſti in vniuerſo mundo
dariꝰ ꝑdiceť: ſm illud qđ de aplīs ſcriptū ē:
Ps.18. In omnē terrā exiuit ſonꝰ eoꝝ: ⁊ in fines or-
bis terre verba eoꝝ. Et tn̄ frēs etiā ſm me-
dicoꝝ carnaliū diſciplinā quibus de morte
ſerpētis cōtra viuoꝝ ſerpentiū venena ſalu
bria ꝑparanť antidota: non eſt incōgruū: vt
mortuū debeat ſerpentē intendere: qui a vi-
uoꝝ ſerpentiū venenis deſiderat liberari.
Hec ergo oia ideo diximꝰ: vt quoſcūqȝ ſerpē
tis: id eſt diaboli ⁊ angeloꝝ eius venena p-
cuſſerint: ad chriſtū qui i ſimilitudine illiꝰ enei
ſerpentis in ligno ſuſpēſus eſt fideliter aſpi-
ciāt: vt cū beato paulo aplo dicere poſſint:
Gal.6. Mihi aūt abſit gloriari niſi in cruce dñi nr̄i
ieſu chriſti: p quē mihi mūdus crucifixus eſt
D ⁊ ego mūdo. Et q2 de beate crucis myſterio
diutiꝰ loqui ⁊ dulce ē et ſalubre: reliquas eiꝰ
ſignificatiões breuiter ſi iubetis charitatis
vr̄e auribꝰ intimamꝰ. Quid em̄ dulciꝰ: quid
ſuauiꝰ vel cogitari vel dici pōt ꝙ̄ ſancte cru-
cis myſteriū: p quā non ſolū ab inferis reuo-
cari: ſed etiā in celos eleuari meruimꝰ. Quia
ſine vlla dubitatione vbi caput noſtrū chri-
ſtum aſcendiſſe credimꝰ: mēbra illiꝰ ſecutura
eſſe cōfidimus. Ligni crucis etiā vmbra vel
figure: in veteri quoqȝ teſtamēto plurimum
valuerūt. Nullū moyſes ſignū ſine ligni ſa-
Exo.4. cramēto pegit. Vt em̄ ſigna ⁊ ꝓdigia i egy-
pto faceret virgā accepit a dño: et ad ſigna
queqȝ diuinitꝰ audiebat ⁊ dicebať ei: Eleua
virgā tuā. Non vtiqȝ deus virge auxilio in-
digebat: ſed erigebať vt ſcire poſſimus quā-
tum eſſet illud futuri ligni myſterium: cuius
fuerat vmbra figuratū virge illius ſacramē-
Exo.14. tum. Forte ſi rubrum mare diuidendum eſt:
iubeť moyſes eleuare virgā: et mare cōgnoſ-
ſcens venturi ligni figuram: mox iter popu-
lo pandit inſuetū. Si ad aquā myrrhe ama- Exo.15.
rā veniť: niſi lignū in ſe ſuſceperit nō dulce-
ſcit. Que res erat indicio: amaritudinē gen-
tiū p lignum crucis i vſum dulcedinis qñqȝ
eſſe vertendam. Si autē nō habet aquā po- Exo.17.
pulus vnde bibat: petra ligno ꝑcutiť: et dat
p gratiā qđ nō habuerat p naturā. Si ama- Ibi.8.
lech ſeuus hoſtis occurrit: ieſus filius naue
virgā tenere manu iubeť: ⁊ moyſes brachia
ſua in modū crucis extendere: ac ſic p figurā
crucis vinciť inſuperabilis inimicꝰ. Sed nec E
heliſeus ligni huiꝰ myſtici virtutē penitus 4.Reg.6.
ignorauit: qui ſecurim de manubrio in gur-
gitem lapſam miſſo in flumine ligno de ꝓ-
fundo euocauit: ſignificans vtiqȝ dura cor-
da et ferreas hominū ceruices de profundo
emerſas errore: ⁊ ligno crucis eſſe in poſterū
ſubiugandas. O crux cuius tantus ac talis
decerpiť fructus. Fructus aūt crucis: glorie
eſt reſurrectio. Hic fructus ligni huius: vere Ps.1.
plantatꝰ ē ſecus decurſus aquaꝝ. Semp em̄
cruci baptiſma iūgiť. Dedit h̄ lignū fructū i
tpe ſuo: dedit fructū interl dñi reſurrectiōe:
dabit ⁊ cū apparuerit de celis ille ꝗ viſus eſt
ſup terrā: cū ꝑcedēte ipſo crucis ſigno iā ful-
gido venerit de ſupnis: tūc reſurgent corpa
ſepultoꝝ: tūc exultabūt ſancti in glīa: tūc in Ps.149.
ſuis cubilibꝰ letabunť: ꝗ nūc de ſui regis ac
dñi cruce nō ꝯfunduť: ſ; potiꝰ gloriať.

Itē eodē die Homelia de eo qđ
ſcriptū ē ſm Johannē: Iā die feſto Joh.7.
mediāte: aſcēdit ieſus in templū et
docebat ⁊c. que habeť in expoſitio-
ne doctoris Ibidem.

## Feria quarta poſt quartā dñicā in quadrageſima: De eo ꝙ ſenior populus i deſerto mortuꝰ ē: et iunior i terrā repromiſſiōis ingreſſus eſt: Sermo I

Sermo. CII A
S Cire et intelligere debemus fratres
dilectiſſimi: quia ſenior populꝰ iude- Numeri.14.
oꝝ qui ꝓpter incredulitatē in deſer
to mortuus eſt: ſignificauit priorem populū
iudeoꝝ: paruuli vo eorum: id eſt iunior po-
pulus figurauit populū gentiū. Sicut enim
ſeniore populo mortuo: iunior terram repro
miſſionis accepit: ita reprobato iudeoꝝ po
pulo: iunior populus chriſtianoꝝ gratiā di-
uine benedictionis obtinuit. Tamē fratres

charisſimi non tranſitorie vel negligenter: ſ
cum ingenti tremore conſiderandū eſt: quia
Numeri.14. de ſexcentis milibus duo tm̄ terram repro⸗
miſſionis ingreſſi ſunt. Hoc ergo audiant: q̄
ita dominū miſericordē eſſe volunt: vt iuſtū
eſſe non credant. Si enim diligenter atten⸗
dimus fratres charisſimi: ⁊ erga illa ſexcenta
milia quę in heremo mortua fuerāt deus no
ſter miſericors fuit: ⁊ circa illos duos qui ter
ram repromiſſionis intrarunt iuſtus appa⸗
ruit: Quomodo nō fuit miſericors: qui eos
ꝑ quadraginta annos reſeruauit ⁊ expecta⸗
uit ad pęnitentiā: ⁊ nō ſolum conuerti nolu⸗
erunt: ſed etiam frequenti rebellione contra
dominū murmurantes: ad peccatorū ſuorū
cumulum grauiorem ſemꝑ ſarcinam addide
runt? Quomodo nō eſt miſericos: qui nos
tanto tempore expectat vt corrigamur? Nū⸗
quid tam ꝓlixa miſericordia poteſt deo au⸗
ferre iuſticiā? Quanto eñ diutiꝰ expectat:
tanto grauiꝰ vindicat. Quādo eñ prolixis
temporibus peccamus: ⁊ nihil mali a domi⸗
no ſuſtinemus: patientia eſt non negligen⸗
tia. Non ille potentiā ꝑdidit: ſed nos ad pę⸗
nitentiā reſeruauit. Ergo ⁊ in illis q̄ in here⸗
mo mortui ſunt miſericors fuit: quos tanta
longanimitate ſuſtinuit: et in illis duobus
ꝓmiſſa compleuit: quos fidei merito in ter⸗
B rā repromiſſiōis induxit. Sed dicit aliquis
ꝙ etiam ſi egiſſent pęnitentiā terram repro⸗
miſſionis intrare non potuiſſent: quia deus
Abi.5. diffinitā illis dederat ſententiā dicens: Nō
intrabitis terram ꝓ qua iuraui patribus ve
ſtris: ſed in ſolitudine iacebunt cadauera ve
ſtra. Non ita eſt fratres charisſimi: Atqꝫ vti⸗
nam tam cito peccator hō reſurgat ad pęni⸗
tentiā: ꝙ cito etiā deus diffinitā vult muta⸗
re ſententiā. Audi ipſum dominū ꝑ ꝓphetā
ſpem maximā humano generi promittentē.
Hiere.16. Repēte inq̄t loquar ad gentē: vt ꝓ peccatis
ſuis faciā eis malū: et ſi ꝓ iniquitatibꝰ ſuis
egerit pęnitentiā: et ego pęnitentiā agā ſuꝑ
malo qd̄ cogitaui vt facerē eis: ⁊ nō faciam.
Videte frēs quanta ſit circa nos pietas dei
noſtri: ⁊ agnoſcite vtrū velit negare miſeri⸗
cordiā: qui de cōuerſione noſtra ſuā dixerat
mutare ſententiam. Conuertamur ergo fra⸗
tres charisſimi: nec emendationē noſtrā ad
extremū vitę noſtrę tempus differre velimꝰ:
Ecci.5. ſed audiamꝰ ꝓphetā dicentē: Nolite tarde
conuerti ad dominū: nec differatis de die in
Prouer.27. diem: quia neſcitis quę ſuptura pariat
dies. O homo quare differs de die in diem:
forte hodie habiturus vltimū diem? Sem⸗
per ergo fratres charisſimi cum ingenti ti⸗ C
more atqꝫ tremore ad memoriā reuocemus:
ꝙ tanta ſit apud dominū noſtrū iuſticia: vt
ſicut iam ſupra dictū eſt de ſexcētis milibus
duos tm̄ terrā repromiſſiōis intrauerint. Hęc
ſi humili ⁊ cōtrito corde aſſidue cogitare vo⸗
lumus: ſalubrē nobis metū incutiētes: medi
camēta nobis de alienis vulneribꝰ facimꝰ: ⁊
aliorū mors ꝑficit ad noſtrā ſalutem. Iterū
atqꝫ iterum rogo vos fratres ⁊ admoneo vt
iſtam ſęueritatem ⁊ iuſtum iudiciū dei quo
ſenior ille populus ꝓ peccato murmuratio⸗
nis in deſerto ꝯſumptus eſt: cū grandi ſem⸗
per metu ⁊ ſollicitudine cogitemꝰ: ⁊ ſic ame⸗
mus dei miſericordiā: vt tamē iuſticiā time⸗
amus. Parcit modo et tacet: ſed non ſemꝑ
tacebit. Modo eñ ꝓ ineffabili pietate ſua
non ſolum nos admonet: ſed etiā rogat vt
nos a peccatis mortiferis reuocemus. Audi⸗
amus illū dum rogat: ne nos poſtea nō au⸗
diat ille dū iudicat. Audiamꝰ eum ꝑ ꝓphe⸗
tā dicentē: Fili inq̄t miſerere animę tuę pla⸗ Ecci.30.
cens deo. Quid ad hęc reſpōdebit humana
fragilitas? Deus te rogat vt tui miſerearis:
⁊ nō vis. Cauſam tuā apud te agit: ⁊ a te nō
poteſt impetrare. Et quomodo te audit ille
in die iudicij ſupplicantē: cū tu eum ꝓ teipſo
nolueris audire rogantē? Quis eñ nō expa D
ueſcat et metuat frēs charisſimi: ꝙ pro qua⸗
draginta dierū ſpacio: annis q̄draginta po⸗
pulus iudęorū pęnā recipe meruit i heremo?
Si eñ ꝓ vnius diei culpa vniꝰ anni ſpaciū
recōpenſandū eſt pęna: nos q̄ tanta quoti⸗
die peccata cōmittimus: ſi elemoſynarū vel
pęnitētię nō ſubuenerint medicamēta: timeo
ne nobis nō inferant temporalia ſed ęterna
ſupplicia. Et q2 calidis vulneribꝰ ſolēt medi⸗
camēta celerius ſubuenire: quotieſcūqꝫ pec⸗
cauerimꝰ nō expectemꝰ mortifera ſecuritate
vulnera ipſa putreſcere: nec iterum vulnera
vulneribꝰ augeamꝰ: ſed cōtinuo ad ſpiritalē
medicū recurrētes: ſalutē recipere feſtinemꝰ.
Et ideo quō qñ in corꝑe vulnus accipimꝰ: ſi
ſtatim medicamēta req̄rimus: cito ſanitatē
recipere poterimꝰ: ita ſi morā fecerit: neceſſe
eſt vt tardius ad ſanitatem plaga ipſa rede⸗
at: aut aliqua fęda cicatrix in corpore noſtro
remaneat. Si hęc in corꝑe facimꝰ: quāto ma⸗
gis i animę vulneribꝰ adhibere debemꝰ: vbi
ad imaginē et ſimilitudinē dei facti ſumus? Gen.1.

Si tantã curã impedimus corpori qđ velimus nolimus in puluerem redigendum eſt: quãtam ſollicitudinẽ ⁊ curã erga ſalutẽ anime debemus apponere: vt ſicut dicit apl'us:
Eph.5. ſine macula vel ruga mereamur ante tribunal eterni iudicio apparere? Ne ſorte ſi multe peccatorũ vulnerib' lacerati et vitiorũ pannio ſordẽtibus inuoluti ad illud nuptiale cõuiuiũ venerim': dicatur nobis illud qđ ipſe
Matth.22. ſponſus celeſtis in euangelio dixit: Amice quomodo huc intraſti: non habens veſtem nuptialẽ? Auertat a nobis deus illud quod ſequitur. Cum enĩ hec peccator ille audiẽs obmuteſceret: dixit paterfamilias: Ligate illi
E manus ⁊ pedes ⁊ ꝓijcite in tenebras exteriores: ibi erit fletus et ſtridor dentiũ. Ecce q̃lem ſententiã accepturi ſunt qui maiorẽ de corpore q̃ de aĩa ſollicitudinẽ gerunt: ⁊ plus cogitant qualiter caro ſua paruiſſimo tempore viuat in oculis hominũ: q̃ quomõ anima ſua ornata bonis operib' ad beatitudinẽ vel ſimilitudinẽ perueniat angelorum. Hec ergo fratres chariſſimi: ſicut ſupi' ſupplicaui: ſi attenti' voluerimus cogitare: remedia nobis in die neceſſitatis acquirim': vt cum dies iudicij venerit: nõ cum impijs ⁊ peccatoribus puniamur: ſed cũ iuſtis ⁊ deũ timẽtibus ad eterna premia feliciter veniamus: auxiliãte domino noſtro ieſu chriſto: cui eſt honor ⁊ imperiũ cum patre et ſanctoſpiritu in ſecula ſeculorũ: Amen.

Item eodem die Homelie de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm
Joh.9. Johanne: Preteriens ieſus vidit hominẽ cecum a natiuitate ⁊c. que habent in expoſitiõe doctoris Ibidem: Et i libro Quinquaginta homeliarũ.xliij.

Numeri.22. Feria quinta poſt quartã dominicã in quadrageſima: de Balaam
Ser.CIII. et Balach: Sermo I

A Ectio que nobis hodie recitata eſt
i fratres chariſſimi dicit: qđ ꝓfecti fi-
Numeri.22. lij iſrael collocauerũt caſtra ad occidentẽ moab iuxta iordanẽ contra hiericho: ⁊ vidit balach filius ſephor: ⁊ reliqua omnia que de balaam ⁊ aſina ſcribit hiſtoria plena negocijs. Interior vero intellectus multũ negocioſior eſſe põt: vel ipſas tantũ hiſtorie explanari facit ſententias: deo tamẽ donante breuiter q̃ poſſum' enarramus. Hic balaam famoſiſſim' erat in arte magica: ⁊ i carminibus noxijs ꝑpotens. Non enĩ habebat poteſtatẽ vel a ſe verba ad bñdicendũ: ſed habebat ad maledicẽdũ. Demones enĩ ad maledicendũ iuitantur: nõ ad bñdicendũ: ⁊ ideo quaſi expertus in talib': opinioni erat omib' qui erãt in oriente. Niſi enĩ experimẽta plurima ꝓceſſiſſent: q frequẽter maledictis hoſtẽ vertiſſet armatũ: nõ vtiq ꝓſumpſiſſet rex hoc poſſe fieri ſermonib': qđ ferro ⁊ acie vix poſſet impleri. Certus ergo balach de hoc ⁊ frequẽter expertus: omiſſis omnibus inſtrumẽtis et auxilijs bellicis: mittit ad eum legatos dicens: Veni nũc maledic populũ hunc qꝛ fortior hic eſt q̃ nos: ſi forte poſſimus aliquos ꝑcutere ex eis: ⁊ eijcere eos de terra. Et addidit: Scio inq̃t q quos bñdixeris: benedicti erunt: ⁊ quos maledixeris maledicti erunt. Ego non credo: quia ſciret q quibus benedixerit benedicti ſint: ſed videtur mihi adulãdi gratia hec dicere: vt artem eius efferens ⁊ extollens: ꝓmptiorẽ reddat ad facin'. Sed tamẽ veniũt ad balaam legati. Venerũt enĩ Ibi.5.
inquit ſeniores moab ⁊ ſeniores madian: et diuinacula in manib' eorũ. Igitur balaã diuinaculis acceptis: cũ ſolerent demones ad ſe venire: fugatis quidem vidit adeſſe dominum. Venit ergo ipſe dominus ad balaam: B
non q dignus eſſet ad quem veniſſet deus: ſed vt fugarentur illi qui ad maledicendum et ad malefaciendum adeſſe conſueuerunt. Et dixit deus ad balaam: Nõ eas cum eis neq maledicas populum: Eſt enim benedictus. Deus ire balaam atq iuocare demones ad maledicendum prohibet: ſi tamen a cupiditate ceſſaſſet. Sed quia perſiſtit in deſiderio pecunie: indulgens deus arbitrij voluntatẽ rurſus ire ꝑmiſit. Aſcendit ergo aſinam balaam: occurrit ei angelus qui excubabat ꝓ iſrael: de quo ſcriptum eſt dicente domino ad moyſen: Angelus meus ibit tecum. Per- Exo.32.
tendens autem ire comprimitur in via: conteritur ab aſina. Sed magus demones vidit: aſina tamẽ angelũ videt: non q digna eſſet videre angelum: ſicut nec loqui digna erat: ſed vt ꝯfutaretur balaam: vt ait ſcriptura in quodam loco: Mutũ animal humana voce re- 2.Petri.2.
ſpondens argueret ꝓphete dementiã. Hec aſina: id eſt eccleſia prius portabat balaam: nunc autẽ chriſtũ ex quo ſoluta eſt a diſcipulis: ⁊ a quib' innexa erat vinculis relaxata:

vt filius dei ſederet ſup eam: et cum ipſa in/
grederet̃ ſanctã ciuitatẽ hieruſalẽ: ſicut ſcri/
Matth.21. ptum eſt: Noli timere filia ſion: ecce rex tuus
Joh.12. venit tibi mitis: ⁊ ſedet ſup ſubiugalẽ: id eſt
aſinam. Aſinam: credentes ſine dubio ex iu/
deis dicit: ⁊ pullum nouellũ eos ꝑfecto qui
ſunt ex gentibꝰ credẽtes in chriſtũ. Balaam
C hic qui interptat̃ populꝰ vanus: videt̃ mihi
habere ꝑſonam ſcribarum et phariſeorũ iu/
daici populi. Balach vo ꝙ excluſio vl' deuo/
ratio interpretat̃: et ipſe habere pſonam in/
telligendus eſt vnius alicuiꝰ mũdi huiꝰ con/
trarię poteſtatis: quę excludere et deuorare
cupiat iſrael. Primũ ergo omniũ de ipſo ba
laam requiramꝰ: cur in ſcripturis nũc vitu/
perabilis ẽ: nũc laudabilis ponit̃. Nã vitu/
perabilis eſt cũ ędificat aras ⁊ victimas im/
ponit demonibus ⁊ apparatu magico poſcit di
uina conſulta. Culpabilis eſt: cum conſiliũ
peſſimũ dat vt populꝰ decipiat̃ ꝑ mulieres
madianitas: ⁊ cultum idolorũ. Rurſus lau/
dabilis eſt: cum verbũ dñi ponit̃ in ore eius:
cum ſpũs dei fit ſup eũ: cum de chriſto ꝓphe
tat: cum iudeis ⁊ gentibꝰ de aduentu chriſti
myſteria futura ꝓnunciat: cũ ꝓ maledictio/
nibus: benedictionẽ populo largit̃: et nomẽ
iſrael ſup viſibilẽ gloriã myſticis excolit elo/
D quijs. Hęc fratres chariſſimi pauca de pluri
mis ꝓ tempore vobis dicta ſufficiãt: ſed ois
in corde diligentiſſime retinete: et corda vrã
ſemp ad ſpiritalia agnoſcenda cõuertite: vt
quia omniũ ꝓphetiã iam ꝑ euãgeliũ nobis
dñs reuelauit: ad illud gaudiũ ꝑuenire me/
reamur: qđ pie ⁊ iuſte viuentibus dñs repro
miſit: Ipſo adiuuãte qui viuit ⁊ regnat cum
patre ⁊ ſpũſancto in ſecula ſeculoꝝ: Amẽ.

## Item eodem die Homelię de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſcđm
Joh.5. Johanne: Pater meus vſqꝫ modo operat̃ ⁊ ego operor ⁊c. que habẽtur in expoſitione doctoris. Ibidẽ: Et in libro Quinquaginta Homeliarum .xxij.

## Feria ſexta poſt quartã dominicã
Joh.11. in quadrageſima: De ſuſcitatione
Ser.CIIII. Lazari: Sermo I.

A M ultis quidẽ ſignis ac virtutibꝰ dñs
ac ſaluator noſter chriſtꝰ ieſus diui/
nitatis ſuę potentiã declarauit: ſed
maxime i lazari morte: vt in pſenti lectione
audiuit dilectio veſtra: oſtẽdens ſe eſſe de ꝙ
ſcriptũ erat: Dñs virtutũ nobiſcũ: ſuſceptor Ps.
noſter deus iacob. Quas tamẽ virtutes do
minus ac ſaluator noſter duplici genere ope
ratus eſt: ⁊ corporaliter ⁊ ſpiritalit̃: id eſt vi/
ſibiliter ⁊ inuiſibiliter: vt ꝑ viſibile opus in/
uiſibilẽ virtutẽ oſtẽderet. Supius cęcũ a na/
tiuitate lumine oculorũ illuminauit viſibili Joh.9.
opere: vt inuiſibili illa virtute cęcitatẽ iudę/
orum cognitionis ſuę lumine illuſtraret: In
pſenti vo lectiõe lazaro mortuo vitã dona/ Joh.11.
uit vt incredula corda iudęorũ de morte pec
cati ſuſcitaret in vitã. Deniqꝫ multi iudęo/
rum ꝓpter lazarum chriſto dño crediderũt.
Cognouerũt enĩ in reſurrectiõe lazari mani/
feſtã filij dei potentiã: quia morti poteſtate
ꝓpria imperare nõ eſt cõditionis humanę:
ſꝫ diuinę naturę. Legimꝰ quidẽ ⁊ apoſtolos Act.9.et.20.
mortuos ſuſcitaſſe: ſed illi vt ſuſcitarẽt dñm
orauerũt. Suſcitauerũt autẽ nõ ſua virtute:
nec ſua poteſtate: ſed inuocato nomĩe chriſti
qui morti ac vitę dñat̃: filius aũt dei lazarũ
virtute ꝓpria ſuſcitauit. Deniqꝫ vt ait dñs: B
Lazare exi foras: ſtatim ille egreſſus de mo/ Joh.11.
numẽto eſt: neqꝫ mors tenere poterat: quem
vita vocabat. In naribus humor ſepulturę
erat: Lazarus viuꝰ aſtabat. Nõ expectauit
mors iteratã vocẽ ſaluatoris audire: qꝛ vtu/
tẽ vitę ferre nõ poterat: ſed ad vnã vocẽ dñi
mors ⁊ corpus lazari de monumẽto et aĩam
dimiſit de inferno: ⁊ totus lazarus de monu
mẽto viuꝰ ꝓceſſit: ꝙ totus ibi nõ fuerat. Tar
dius qs de ſomno ſuſcitat̃ ꝙ̃ lazarꝰ de mor/
te. Humor corpis adhuc erat i naribꝰ iudęo/
rũ: et lazarꝰ viuus aſtabat. Sed iã caput le/
ctionis ipſiꝰ videamꝰ. Ait ẽ dño ad diſcipu/ C
los ſuos: vt audiuit i pſenti lectiõe dilectio
vrã: Amicꝰ inqt nr̃ lazarus dormit: ſꝫ vado
vt a ſomno ſuſcitẽ eũ. Bñ dixit dñs: amicꝰ
nr̃ lazarus dormit: qꝛ vere de morte velut d
ſomno erat ſurrecturꝰ. Sed diſcipuli ignorã
tes cur h dñs dixiſſet: aiũt ad illũ: Dñe ſi dor
mit ſanꝰ erit. Tũc rñdens ait illis manifeſte:
Lazarus mortuꝰ ẽ: ſꝫ gaudeo ꝓpter vos vt
credatis: qꝛ nõ ibi erã. Sed ſi gaudere ſe dic
hic dñs ꝓpter diſcipłos de lazari morte: qđ
eſt ꝙ poſtea flere refert̃ in lazari morte? Sꝫ
aduertamus rationẽ gaudij: et lachrymarũ.
Gaudebat dñs ꝓpter diſcipłos: flebat ꝓpt
iudęos. Propter diſcipulos gaudebat: qꝛ ꝑ
reſurrectionẽ lazari cõfirmari habebat fideſ
ipſorum in chriſto. Propter iudęorũ flebat

incredulitatem: quia nec reſurgente lazaro
chriſto domino fuerant credituri. Aut forte
idcirco fleuit dominꝰ: vt lachrymis ſuis mũ
Matth. 26. di peccata deleret. Si petrus potuit lachry-
marũ ſuarum fuſione ꝓpria peccata abſter-
gere: cur non credimus lachrymis domini
mundi peccata deleta fuiſſe? Deniqꝫ poſt la
chrymas domini multi ex populo iudeorũ
crediderunt. Uicit ex parte incredulitatẽ iu-
deorum dominicę pietatis affectus: ⁊ diſcor
des mẽtes eorũ molliuit prima fuſio lachry-
marũ. Et idcirco forte vtrũqꝫ de domino in
ꝑſenti lectione refertur: ꝙ ⁊ gauiſus ſit ⁊ fle-
Pſ. 125. uit: quia qui ſeminat in lachrymis: vt ſcriptũ
eſt: in gaudio metet. Lachrymę ergo domi-
ni gaudia mũdi ſunt: quia idcirco ille lachry
D mas fudit: vt nos gaudia mereremur. Sed
redeamus ad ordinem. Ait ergo ad diſcipu-
los ſuos: Amicꝰ inquit noſter lazarus mor-
tuus eſt: ſed gaudeo ꝓpter vos vt ſciatis
quia nõ eram ibi. Aduertamus ⁊ hic myſte-
rium: quomodo nõ ſe illic dominus fuiſſe di
Joh. 11. cit. Cum em̃ dicit manifeſte: Lazarus mor-
tuus eſt: ꝑſentem ſe illic fuiſſe euidẽter oſtẽ-
dit. Neqꝫ enim hoc dicere dominus potuiſ-
ſet: nullo ſibi nunciante niſi pręſens fuiſſet.
Quomodo em̃ in loco vbi lazarus mortuus
eſt ꝑſens nõ erat dominus: qui omnia loca
totius mundi diuina poteſtate circũuenit?
Sed hic quoqꝫ dominus ac ſaluator noſter
ſacramentũ in ſe carnis ac diuinitatis oſten
dit. Non erat ibi ſm carnem: hic erat ſm di-
E uinitatem: quia deus vbiqꝫ eſt. Cum ergo
veniſſet dominus ad mariã ⁊ marthã ſororẽ
lazari: videns turbam iudeorũ ait: Ubi po-
ſuiſtis eum? Nũquid neſciebat dominꝰ vbi
poſitus eſſet lazarus: qui abſens mortuum
lazarum ꝓnũciauerat: ⁊ qui diuinitatis ſuę
maieſtate vbiqꝫ erat? Sed hoc dominus ex
veteri cõſuetudine fecit. Nam ⁊ ad adam ſi-
Gen. 3. militer ait: Ubi es adam? Nõ quia neſciret
vbi eſſet adã: ſ; idcirco interrogauit: vt pec-
catum ſuum adam ore ꝓprio confiteret: vt
poſſet peccati veniã ꝓmereri. Interrogat ⁊
Gen. 4. cain: Ubi eſt frater tuus abel? Et ille dixit:
Neſcio. Non quia neſciret vbi eſſet abel: id
circo interrogaret cain: ſed cum ille negaret
parricidiũ eius argueret qđ in fratre cõmiſe-
rat. Deniqꝫ adam quia interrogãti domino
ꝯfeſſus eſt peccatũ quod cõmiſit: venię red-
ditus eſt: cain qꝛ negauit parricidium quod
cõmiſit: ęterna pęna damnatꝰ eſt: Sicut hic
cum dicit dominus: Ubi poſuiſtis eum: nõ
idcirco interrogat quia neſciret vbi poſitus
eſſet lazarus: ſed vt turba iudeorũ ad monu
mentũ lazari ſequerenť: vt videntes diuinã
chriſti potentiã in lazari reſurrectiõe: ipſi ad
uerſus ſe teſtes exiſterent: ſi tantę virtuti nõ
crederẽt. Dixerat em̃ illis ſupius dñs: Si mi Joh. 10.
hi nõ creditis: vel operibꝰ credite: ⁊ cognoſci
te qꝛ pater in me eſt: ⁊ ego in illo. Deinde cũ F
veniſſet ad monumentũ: ait ad circũſtãtes
iudeos: Tollite hinc lapidẽ. Quid dicimꝰ? Joh. 11.
Nũquid lapidem dñs a monumẽto ꝓcepto
remouere non poterat: qui inferni clauſtra
ꝓpria virtute remouit? Sed qđ ab hominibꝰ
fieri poterat homies facere ꝓcepit: qđ aũt di
uinę virtutis erat: ſua potẽtia demõſtrauit.
Lapidẽ em̃ a monumẽto reuocare humanę
virtutis ẽ: animã vo ab inferno reuocare: ſo
lius diuinę potẽtię eſt. Uerũ facile ſi voluiſ-
ſet ſola iuſſione verbi remouere a monumẽ-
to lapidẽ potuiſſet: q̃ verbo mundũ creauit.
Cum g̃ remouiſſent lapidẽ a monumẽto: ait G
magna voce: Lazare veni foras: oſtendens
ſe eſſe de quo ſcriptũ erat: Uox dñi in virtu Pſ. 28.
te: vox dñi in magnificẽtia. Et iterum: Ecce
dabit virtuti ſuę vocẽ virtutꝭ. Uirtutis pla- Pſ. 67.
nę ⁊ magnificẽtię vox iſta eſt: quę ſtatim la-
zarũ de morte ad vitã reuocauit: ⁊ ante ani-
ma corpori reddita eſt ꝙ ſonum vocis miſe-
rat. Licet alibi eſſet corpus: alibi aĩa: tamen
vox iſta dñi ſtatim ⁊ animã corpi reddidit: ⁊
corpus aię repſentauit. Deterrita eũ mors
eſt: audita voce tantę virtutis. Nec mirũ ſa-
ne ſi ad vnã vocẽ dñi reſurgere lazarus po-
tuit: quãdo omnes q̃ in monumẽtis ſunt ad
vnã vocẽ ſolã reſurrecturos in euãgelio ipſe
declarauit dicẽdo: Uenit hora quãdo oẽs Joh. 5.
qui in monumẽtis ſunt audient vocem filij
dei: ⁊ reſurgent. Unde ſine dubio tũc mors
audita voce dñi oẽs mortuos a ſe potuiſſet
dimittere: niſi ꝓprie vocatũ lazarũ cogno-
uiſſet. Ut ait ergo dñs: Lazare exi foras: ſta H
tim ille exiuit ligatis manibꝰ ⁊ pedibꝰ: ⁊ fa- Joh. 11.
cies eiꝰ ſudario erat cooperta. Quid ⁊ hic di-
cemꝰ? Nũquid dñs in lazaro ſepulturę vin-
cula rũpere non poterat: q̃ mortꝭ vincula di-
ruperat? Sed hic dñs ac ſaluator nr̃ duplicẽ
virtutẽ in lazaro ſuę opatiõis oſtẽdit: vt vel
ſic incredulitati iudeoꝝ fidẽ credulitatis in-
funderet. Nõ em̃ minoris admiratiõis ẽ la-
zarum ligatũ pedibus ambulare potuiſſe ꝙ
a mortuis reſurrexiſſe.

**Eodem die ꝙ iuſto dei iudicio fi-**
**lij iſrael terrā repromiſſiōis recepe-**
Sermo.CV. **runt: Sermo II**

A IN lectionibus q̄ nobis recitatę ſunt
fratres chariſſimi: audiuimꝰ ꝙ mor
Joſue.1. tuo moyſe: ieſus ſuſceperit principa
tū: ⁊ trāſito iordane expulſis vel interfectis
gentibus chananęis: terras eorū filijs iſrael
tradiderit poſſidendas. Quotiēs lectiones
iſtę fratres chariſſimi: de teſtamento veteri
recitant̄: ſolent pagani: ⁊ vel maxime immū
diſſimi manichęi: ore ſacrilego blaſphema
te ⁊ dicere: quia iniuſticia dei fuit: vt filios
iſrael per violentiā de terra ęgypti tolleret:
et poſtea expulſis chananęorū gentibꝰ: ter
ras eorum eis tradiderit poſſidēdas. Unde
ne forte ſimplices quoſq; vel imperitos iſta
murmuratio ꝓphana decipiat: quātū poſ
ſum breuiter deo auxiliāte ſanctitati veſtrę
demonſtrare cupio: ab antiquis patribꝰ tra
ditam veriſſimā rationem: ⁊ oſtendere quia
deus noſter: non ſolū miſericors ſed ⁊ iuſtus
eſt: ⁊ iudicia eius plerūq; ſunt occulta: nun
B q̄ tamē iniuſta. Tradunt maiores nr̄i: ꝙ qn̄
Gen. 10. filij noe omnē terrā inter ſe inuicē diuiſerūt:
terra iſta quę dicit̄ chananęorū: in diuiſione
orbis: ſeniori filio noe: id eſt ſem: in poſſeſſi
onem obuenerit: ⁊ eam tempore non paruo
poſſederit. Poſtea v̄o increſcētes ipſi chana
Gen.9. nęi: de illo vtiq; filio qui a patre fuerat male
dictus: venerūt ad loca illa: ⁊ ꝑ violentiā ex
pulſis fratribus ſuis: id eſt filijs ſem: terram
eorum more barbarico poſſederūt. Et quia
Gen.11. beatꝰ abrahā: de genere ſem legit̄ fuiſſe: filij
eius: id eſt populi iſraelitę: nō alienam terrā
tradente domino ꝑuaſerunt: ſed ſuam pro
priā quā ꝑ violentiā patres eorū ꝑdiderant
receperūt. Et q̄a chananęi: excepto illo pec
cato: ꝙ poſſeſſionē alienā inuaſerant: multa
nefanda ⁊ inaudita crimina committebāt:
intantū vt quādo dominꝰ ſodomā ⁊ gomor
Gen.15. ram ſubuertebat: dixiſſe legat̄: Necdum eñ
cōpletę ſunt iniquitates amorręorū: ⁊ expe
ctabat dominꝰ: vt aut cōuerterent̄ ⁊ agerēt
pęnitentiā: aut certe ſi conuerti nollent: cri
mina criminibꝰ cumulātes: ⁊ peccandi men
ſurā implentes: iuſtiſſimā dei ſententiā ſuſti
nerent. Quia ergo eos dupliciter inuenit re
os diuina cenſura: pro eo ꝙ ⁊ terras alienas
inuaſerant: ⁊ poſtea ſcelera ⁊ crimina inaudi
ta cōmiſerant: iuſto iudicio puniunt̄: ⁊ iſrae
litico populo antiquorū patrū poſſeſſio re
format̄. Et quidē ſm̄ litterā: ſicut in ſcriptu C
ris ſanctoꝝ ſcp̄tū inuenimꝰ: charitati veſtrę
ruſtico ⁊ ſimplici ſermone quem toti intelli
gere poſſent: inſinuāda credidimꝰ: vt habe
atis qđ reſpondere poſſitis ꝑditis ⁊ ſacrile
gis manichęis: quia ſicut iam dictū eſt: filij
iſrael antiquoꝝ parentū ſuoꝝ terrā recipiūt
non alienā quaſi ꝑ iniuſticiā tollunt. Et hec
quidem ſm̄ litteram: iuſto dei iudicio geſta
referunt̄: ſed quia ſicut dicit apoſtolus: om 1.Cor.10.
nia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt
aūt ꝓpter nos: in q̊s fines ſeculorū deuene
runt: Quid etiā ſpiritaliter iſta ſignificēt: ſi
diligenter ſicut deo inſpirante conſueſtis at
tenditis: ratione euidētiſſima cognoſcetis.
Terra repromiſſiōis quā totiēs deꝰ dicit la D
cte ⁊ melle manantē: nos fuimus anteq̄ pec
caret adam: quādo in nobis nihil aliud erat
q̄ quod miſericordia contulerat conditoris.
Poſtq̄ autē in adam omnes moriunt̄: ⁊ ite
rum oēs eunt in cōdemnatione ꝑ tranſgreſ
ſionē primi hominis: terraꝫ repromiſſionis
chananęi cęperant poſſidere. Voluntas eñ
domini poſſeſſionē cordis noſtri: non vitijs
ſed virtutibꝰ naturaliter deputauerat. Quę
poſt ꝑuaricationē adę inſoleſcentibꝰ vitijs
tanq̄ populis chananęis a ꝓpria regione:
id eſt ab intellectu vel mēte rationabili vir
tutes ſanctę depulſę ſūt: ⁊ vitia remāſerūt.
Cum virtutibus rurſum ſi ꝑ dei gratiā poſ
ſeſſio animę nr̄ę recepta fuerit: nō tam alie
nas occupaſſe terras q̄ ꝓprias videbimur
recepiſſe. Cum eñ auxiliante domino: a po
pulo virtutibus cōtra ſe dimicātibus: vitia
fuerint ſuperata: locū quē ſibi i corde noſtro
cōcupiſcētię vel fornicationis ſpiritus reten
tabat: deinceps caſtitas occupabit: quē fu
ror cępit: ſapientia poſſidebit: queꝫ triſticia
mortē operans inuaſerat: ſalutaris ⁊ plena
gaudij lęticia obtinebit: quem deſidię tepor
vel negligētię vaſtabat: humilitas honeſta
bit: quem cupiditas obſcurū fecerat: miſeri
cordia ad claritatē priſtinā reuocabit: quem
inuidia veneno ſuo ꝑcuſſerat: benigna ſim
plicitas adornabit. Ita ſingulis vitijs ex
pulſis: eoꝝ loca: id eſt affectus: virtutes ecō
trario poſſidebunt. Ipſe tamē virtutes: filij
iſrael: id eſt animę videntis deum nō imme
rito nuncupant̄: ⁊ cum vniuerſas deo auxi
liante cordis ſui expulerint paſſiones: non
tam alienas poſſeſſiones ꝑuaſiſſe q̄ ꝓprias

E terras recuperaſſe credẽde ſunt. Et illud ad/
uertite frẽs: qđ ſpecialiter ad donum gratię
ꝑtinere cognoſcit. Nõ enim lege naturę: nec
per legẽ litterę: quia non per moyſen: id eſt
per legem veteris teſtamenti: ſed per ieſum
ſucceſſorem moyſi terra repromiſſionis iſrae
lico populo reformat. Sic enim ⁊ apoſtolus
Heb.7. ait: Nihil inquit ad perfectum adduxit lex.
Non ergo ꝑ legis litteram: ſed ꝑ euangelicã
gratiã: gentes crudeles ⁊ peſſimę: id eſt ori/
ginalia peccata vel actualia crimina: de ter/
ra repromiſſiõis: id ẽ de chriſtianorũ cordibꝰ
ieſu duce potuerũt effugari: ſicut ipe in euã/
Matth.12. gelio dicit: Nemo poteſt domũ fortis intra/
re ⁊ vaſa eius diripere: niſi prius alligauerit
Joh.16. fortem. Et iterum: Confidite: quia ego vici
mundũ. Sicut enim vetus adam cõſentien/
do diabolo nos de terra repromiſſiõis exclu
ſit: Ita ecõtrario nouus adam chriſtus reſi/
ſtendo diabolo ad antiquã patriam reuoca/
Joſue.4. uit. Et hoc fratres attẽdite: quia terra repro
miſſionis nõ recipit: niſi prius regnãte ieſu
iordanis fluuius tranſeat. Ita eſt fratres:
quia ad ſpiritalẽ terram repromiſſionis: id
conſcientiã puram: non niſi per ſacramentũ
baptiſmi peruenit. Deniqꝫ per ipſuꝫ fluuiũ
F ieſus iſraeliticũ populum tranſire fecit. Hęc
enim quę vobis ſuggeſſimus fratres chariſ/
ſimi: velut munda animalia ſpiritaliter ru/
Apoc.3. minate. Scriptũ itaqꝫ ẽ: Quos deus amat:
Eccl.27. arguit ⁊ caſtigat. Et vaſa figuli probat for/
nax: ⁊ homines iuſtos temptatio tribulati/
onis. Quotiẽs domino diſpenſante tribu/
lari ꝑmittimur: vel aliquas aduerſitates cõ/
tra iuſticiã ſuſtinemus: patienter et ęquani/
miter auxiliante domino ſufferamus: ꝓpter
Ro.8. illud qđ apoſtolus ait: Non ſunt condignę
paſſiones huius temporis: ad futurã gloriã
1.Cor.11. quę reuelabit in nobis. Cum tribulamur a
domino corripimur: vt non cum hoc mũdo
damnemur. Magis timere debemus ſi aut
nullas aut paruas tribulationes in hoc ſęcu
lo patimur: quia ſi deus flagellat omnẽ filiũ
quem recipit: ſine dubio quem nõ flagellat
non recipit. Si pro terrenis bonis tanto la/
bores ⁊ tam grauia pericula homines ęquo
animo patiuntur: quare pro fide ⁊ theſauro
ęterno ſumus pigri? Quare ſumꝰ timidi ꝓ
illis diuitijs: quas nec naufragia nobis poſ/
G ſunt auferre? Juſtus eniꝫ naufragus euadit
Job.1. diues ⁊ nudus. His diuitijs plenus erat ſan
ctus iob. Nihil in domo remanſerat: omnia
vno ictu perierunt quibus opulentus pau/
loante videbat: ſubito mendicus in ſterco/
re ſedet: a capite vſqꝫ ad pedes vermibus
ſcatens. Quid iſta miſeria miſerius? Quid
interiore fęlicitate fęlicius? Perdiderat om/
nia illa quę dederat deus: ſed habebat ipm
qui omnia dederat deũ. Nudus inquit exi/
ui de vtero matris meę: nudus reuertar in
terram. Dominus dedit: dominus abſtulit:
ſicut domino placuit ita factũ eſt: ſit nomen
domini benedictũ in ſęcula. Certe pauꝑ eſt:
certe nihil habet. Si nihil remanſit: de quo
theſauro iſte gemmę laudis dei proferunt?
Poſtea temptator ad carnem acceſſit: omni
bus ſublatis temptatricẽ vxorem reliquit.
Euam dimiſit: ſed adam ille non fuit. Et ibi
qualis inuentꝰ eſt: quomodo reſpondit vxo
ri blaſphemiã ſuggerenti? Locuta es inquit Job.2.
q̃ſi vna ex inſipientibꝰ mulieribꝰ. Si bona
ſuſcepimꝰ de manu domini: mala quare nõ
ſuſtineamus? O virum putrem ⁊ integrum:
O fędum ⁊ pulchrum: O vulneratum et ſa/
num: O in ſtercore ſedentẽ: ⁊ in cęlo regnan/
tem. Si amamus imitemur: vt imitemur la/ H
boremus. Adiuuat certantem: qui certamẽ
indixit. Non te ſic expectat deꝰ in agone cer
tantem vt populus aurigam. Clamare eñ
nouit: adiuuare non nouit? Coronę veniam
parare poteſt: vires ſubminiſtrare non põt?
Hoc eñ non deus. Et forte dũ ſpectat: plus
laborat ſedẽdo q̃ꝫ ille luctando. Deus quã/
do ſpectat certatores ſuos: adiuuat eos in/
uocãtes. Nam vox athletę ipſius eſt in pſal/
mo: Si dicebam motus eſt pes meus: miſe/ Ps.93.
ricordia tua domine adiuuabat me. Non ḡ
pigri fratres mei quęramus: petamus: ⁊ pul
ſemus. Qui quęrit iuenit: qui petit accipit: Luc.11.
⁊ pulſanti aperiet: pręſtante domino noſtro
ieſu chriſto: cui eſt honor ⁊ imperiũ cum pa/
tre ⁊ ſpiritu ſancto in ſęcula ſęculoꝝ: Amẽ.

Item eodem die Homelię de eo
quod ſcriptum eſt in euangelio ſcdm
Johannẽ: Erat quidam languens Joh.11.
Lazarus ⁊c. quę habent in expoſi/
tione doctoris Ibidẽ: Et inter ſer/
mones de Verbis domini.xliiij.et
lij. Et in libro.lxxxiij.quęſtionum:
quęſtione.lxv.

Sabbato poſt quartã dominicã
in quadrageſima: de eo quod ieſus Joſue.1.
pręcepit populo vt parati eſſent ad

tranſeundũ iordanem: Et de Raab
Joſue.6. meretrice: Et ſubuerſiõe Hiericho:
Ser.C.VI. Sermo I

A Sicut frequẽter charitati veſtrę ſug/
geſſimus frẽs chariſſimi: moyſes nõ
ſolũ typũ chriſti ſed etiã figurã legis
Matth.17. intelligit habuiſſe. Deniq3 in mõte vbi dñs
trãſfigurat⁹ eſt: moyſes ꝛ helias loquebant
cũ eo. Et in illis duob⁹ lex ꝛ ꝓphetia ſigni/
ficatę ſunt. Mortuo ꝙ̃ moyſe ieſus ſuſcepit
imperiũ: ꝛ ceſſante lege dñs noſter verus ie/
ſus totius mũdi obtinuit ꝑncipatũ. Jeſus
ergo ille qui typũ dñi ꝑ̃ferebat: veniens ad
iordanẽ dixit ad populũ: Parate vobis ci/
bos ad diem tertiũ. Diem tertiũ frẽs chariſ/
ſimi: trinitatis agnoſcimus eſſe myſterium.
Quos ergo cibus ꝑ̃parare debemus: vt ad
diem tertiũ veniamus? Videt mihi ꝙ cibus
iſte fides intelligi debeat. In chriſtianis eñ
fides eſt ꝑ quã in trinitatẽ credit: ꝛ ad ſacra/
mentũ baptiſmi ꝑuenit. Qđ ergo tũc ieſus
ille dixit ꝓplo ſuo: hoc nũc ꝛ verus ieſus ꝑ mi
niſtros ſuos dicit ꝓplo chriſtiano. Quid eſt
Joſue.1. eñ aliud dicere: Parate vobis cibos ad diẽ
tertiũ: niſi trinitatis ſuſcipite ſacramentũ?
B Poſt hęc iordane tranſito quaſi baptiſmi cõ
Joſue.3. pleto myſterio: ꝓplus iſrael terrã repromiſſi/
onis ingredit. Verũ eſt fratres chariſſimi:
Niſi quis ꝑ baptiſmi ſacramentũ tranſierit:
terrã verę repromiſſionis: id eſt ęternã bea/
Joſue.2. titudinem non videbit. Mittit tamẽ ieſus
duos exploratores ad ciuitatem hiericho: et
ſuſcipiunt a meretrice. Jeſus duos mittit ex
ploratores: q2 verus ieſus daturus erat duo
ꝑ̃cepta dilectionis. Quia ꝛ reuera q̃d nobis
aliud q̊s mittit ver⁹ ieſus niſi vt diligamus
deũ: diligam⁹ ꝛ ꝓximũ? Dixit ꝙ̃ ieſus: Pre/
parate vobis cibos: ꝛ eſtote ꝑati ad diẽ ter/
tiũ. Sicut eñ tũc preparatis cibis die tertio
ventũ eſt ad iordanẽ fluuiũ: ita ꝛ nũc in eccle
ſia catholica aſſumptis ſpiritalib⁹ cibis fidei:
ſpei ꝛ charitatis: ꝑuenit ad trinitatis myſte
C riũ ꝛ ad baptiſmi ſacramentũ. Tulit aũt ie/
Joſue.4. ſus duodeciz lapides: ꝛ poſuit i iordane. Ex
ip̃o iordane tulit alios duodecĩ: ꝛ fixit i loca
caſtrorũ. Jlli duodecĩ q̃ miſſi ſũt in iordane:
vident mihi typũ habuiſſe pr̃iarcharũ. Jlli
xo q̃ leuati ſunt de iordane: figurã habuiſſe
apl̃orũ. Poſt mortẽ eñ moyſi ſepultis patri
archis: apl̃i ſurrexerũt. Sic et in pſalmo legi
Ps.44. mus: Pro patrib⁹ inq̃t tuis nati ſunt tibi fi/
lij: cõſtitues eos ꝑncipes ſuꝑ omnẽ trã. Sic
ſepultis patriarchis apl̃i naſcunt: quõ ſepul/
to ſeniore ꝓplo: iunior ꝓplus ieſu duce in ter/
ram repromiſſiõis inducit. Senior ille ꝓplus
typũ habuit iudęorũ: iunior xo figuram ha/
buit gentiũ. Jlle ꝓplus ſenior trãſito mari ru
bro ſepelit i heremo: iunior xo ꝓplus ad hoc
tranſijt iordanẽ fluuiũ vt acciperet regnũ.
Verũ eſt fratres. Nemo beatitudinẽ regni
cęleſtis accipiet: niſi prius ꝑ baptiſmi ſacra/
mẽta trãſierit. Nã de illo ſeniore nõ ampli⁹
q̃3 duo meruerũt terrã repromiſſiõis itrare:
ꝛ in ipſis duob⁹ aliq̃d figuratũ eſſe cognoſci
mus. Sicut eñ ſupra dictũ eſt: duo ſunt prę/
cepta dilectiõis: q̃ chriſtianũ ꝓplm inuitant
vt vitam ęternã accipiant: Jta illi duo fue/
runt qui iudęorũ ꝓplo conſiliũ dabant qđ ſi
in deũ crederẽt: fęliciter terrã repromiſſiõis D
introirẽt. Poſt hęc ad ciuitatẽ hiericho ven/ Joſue.6.
tũ eſt: ꝛ muri eius ad clamorẽ populoꝝ ꝛ ſo/
no tubarũ vſq3 ad fundamẽta deiecti ſunt.
Hiericho frẽs typũ habuit mũdi hui⁹. Sicut
eñ tũc canẽtib⁹ tubis muri illi ceciderũt: ita
ꝛ nũc oportet vt ciuitas mũdi: id eſt ſuꝑbia
cũ ſuis turrib⁹: auaricia ſcilicet inuidia atq3
luxuria ſimul cũ ꝓplis id ẽ omnib⁹ cõcupiſcẽ/
tijs malis: aſſidua ſacerdotũ ꝑ̃dicatione de/
ſtruat atq3 diſpereat. Nõ ꝙ̃ oportet vt ſacer/
dotes in eccleſia taceãt: ſed audiãt dñm di/
cẽtẽ: Clama ne ceſſes: quaſi tuba exalta vo Eſa.58.
cẽ tuã: ꝛ annũcia ꝓplo meo ſcelera eorũ. Cla/
mare ergo iubemur: et vehemẽter clamare.
Ne parcas inq̃t: id eſt peccatoris iniquitati
ne tacendo pereas: ꝛ dũ verecũdię eius con/
ſulis nõ cõſulas ſanitati: ne vulnera illius q̃
clamãdo reſecare poteras: reticẽdo in peius
enutrias. Clamare ꝙ̃ iubemur: ꝛ ne q̊s ſe nõ
audiſſe dicat aut quẽq3 vox lateat ſacerdo/
tis: vehemẽter clamare. Et ne forte hoc ip̃m
nõ ſufficeret: addidit dicens: Sicut tuba ex/
alta vocẽ tuã. Scitis ꝙ tuba non tam oble/
ctationis eſſe ſoleat q̃3 terroris: nõ tam dele/
ctationẽ pręferre: q̃3 inferre formidinẽ. Tu/ E
ba itaq3 peccatoribus neceſſaria eſt: quę nõ
ſolum aureo coꝝ penetret: ſed ꝛ cor ꝯcutiat:
nec delectet cantu: ſed caſtiget auditu: ꝛ ſtre
nuos quoſq3 hortet in bonis: ꝛ remiſſos ter/
reat pro delictis. Nã ſicut in prelio tuba for/
midoloſi militis mentẽ deijcit: ꝛ animũ for/
tis accendit: ita ꝛ ſacerdotalis tuba mentez
peccatoris humiliat: animos viri ſancti cor/
roborat: Nec parcit voci: vt parcat ſaluti: et

vno eodemq; ſono iſti ad hortationem dat
queadmodũ ſit fortior ad vincendũ: illi ter-
rorem incutit queadmodũ ſit tardior ad pec
candũ. Hec enim cõſuetudo tube eſt: vt de-
linquẽtium opera diſſipet: et ſanctorũ facta
Joſue.6. cõfirmet. Deniq; ſacerdotalibus tubis hie-
richo muri qui intra ſe cõtinebant peccato-
rum populũ corruerunt. Non illos pulſauit
aries: non expugnauit machina: ſed qđ mi-
rum eſt ſacerdotalis ſonus aut tube terror
euertit. Muri qui aduerſus ferrum inexpu-
gnabiles extiterant: ſacra tubarũ voce colli-
ſi ſunt. Quis eñ non ſtupeat in illo facto ſa-
xa ſono dirupta: fundamenta clangore eſſe
quaſſata: ⁊ ita vniuerſa collapſa: vt cum vi-
ctores nihil manu lederent: apud aduerſari-
os nihil ſtabile remaneret? Sȝ q̃uis muros
illos nemo cõtingeret: expugnabant̃ tamen
forinſecus ſono iuſtorũ: intrinſecus habita-
cula peccatorũ. Sic enim equo dei iudicio ⁊
iuſtis aperuerũt viam: et defenſionẽ pfidis
negauerunt. Sed hec omnia in figura facta
eſſe non dubiũ eſt: Nam ſacerdotales illius
temporis tubas quid aliud ꝓfiguraſſe credi-
mus q̃ huius temporis ſacerdotũ ꝓdicatio-
nes: p quas non ceſſant peccatorib⁹ terribili
ſono auſterum iudiciũ nũciare: triſtẽ gehen-
ne interitũ ꝓdicare: et quodã cõminationis
ſtrepitu aures delinquẽtium verberare? Si-
cut eñ tunc tubarũ clangor deſtructis cemẽ-
torũ muris ad populi interiora peruenit: ita
nũc ꝓdicatio ſacerdotũ deſtructis prauis co-
gitationib⁹ ad anime nuda ꝑtrãſit. Et ſicut
ſacre vocis ſonus contumacẽ populũ deſtru
xit ⁊ captiuauit: ita ⁊ nunc ſacerdotalis ꝓdi-
catio populũ peccatorẽ ſubiugat. Septem
ergo diebus ſicut ſcriptura dicit: muri hie-
richo ſacerdotalib⁹ tubis circũdanti cecide-
1.Cor.2. runt. Unde nos ſpiritalibus ſpiritalia com-
parantes: dicimus q hoc ſeptenario nume-
ro nũc p ſacerdotes dei non tam vna ciuitas
deſtruit̃: q̃ totius mũdi iniquitas diſſipat̃.
Nã ſicut in ſingularis vrbis nũcupatiõe vni
uerſi mũdi habitus figurat̃: ita ſeptem die-
rum circulo totius mundi ſpacia diſtinguñt
p que ſacerdotaliũ ꝓdicationũ tube ipſi ſecu
lo excidium annũciant ⁊ iudiciũ cõminant̃:
1.Joh.2. ſicut ſcriptum eſt: Quoniã mundus peribit
⁊ omnia que in mundo ſunt. Qui autẽ facit
voluntatẽ dei manet in eternum: ſicut ⁊ chri
ſtus in eternũ manet: Cui eſt honor ⁊ gloria
cum patre et ſpirituſancto in ſecula ſeculo-
rum: Amen.

## Item eodem die Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Johannẽ: Ego ſum lux mundi ⁊c. que habet̃ in expoſitione doctoris Ibidem. Joh.8.

## Dominica in paſſione domini: de Samſone: Sermo I Ser.C.VII.

IN lectione iſta que nobis recitata ẽ fratres chariſſimi: multa ⁊ nimia obſcura diuina myſteria continentur. A
Que q̃a non poſſunt breuiter explicari: hac
ſola ex cauſa pſalmos matutinos temperi⁹
voluimus cõſummare: ne vos ſermo ꝓlixi-
or fatigaret. Et quia hora ꝯſuetudinaria de
eccleſia exituri eſtis: ea que dicẽda ſunt ſm
veſtram conſuetudinẽ cum ſilentio ⁊ quiete
attento animo audite. Samſon fratres dile Judic.14.
ctiſſimi qualem fortitudinẽ habuerit de gra
tia dei non de natura propria iam audiſtis.
Nam ſi fortis eſſet natus: cum ei capillus di
minueret̃: fortitudo non adimeretur. Et vbi
erat illa potẽtiſſima fortitudo: niſi in eo qđ
ſcriptura dixit: Incedebat cum illo ſpiritus
domini? Ad domini ſpiritũ ꝑtinebat illa for
titudo. In ſamſon vas erat: in ſpiritu pleni-
tudo erat. Uas impleri et exinaniri poteſt.
Uideam⁹ ergo allophylis qualem parabo-
lam ſamſon ꝓpoſuit. De manducante inq̃t
exiuit cibus: et de forte eſt egreſſa dulcedo.
Prodita eſt hec parabola: delata ẽ ad ami-
cos: ſoluta eſt: victus eſt ſamſon. Hic ſi iuſt⁹
eſt latet valde: et in profundo eſt viri huius
iuſticia. Nam et qđ legit̃: victus blanditijs
muliebribus: ⁊ q ad meretricem intrauerit:
videte huius meritũ vacillare minus intel-
ligentibus ſecreta veritatis. Requiramus
fratres chariſſimi quid ſignificauerit victus:
quid figurauerit virtus: quid ſignificauerit
cedens blanditijs muliebribus: quid ſigni-
ficauerit ꝓdens ſecretum parabole: quid ſi-
gnificauerit intrans ad meretricem: quid ſi-
gnificauerit vulpes capiens: et per caudas Judic.15.
vulpium quibus ignem alligauit inimicorũ
fructus incendens. Quos quidem fructus
de compendio incendere potuit: ſi nõ in vul
pibus myſterium cogitaret. Nũquid ſtipu-
la arida ardere nõ potuit: niſi ignem p eam
vulpes traxiſſent? Intelligam⁹ ergo fratres

charíſſimi grandia hic latere myſteria ꝗ vi-
B derat. Samſon fratres dilectiſſimi chriſtum
ſignificabat. Uerum mihi dicere videor: ſed
continuo occurrit cogitantibus: Et chriſtus
vincetur blanditijs muliebrib⁹? Et chriſtus
quomodo intelligit ad meretricē intrare po
tuiſſe? Deinde ꝛ chriſtus capite nudat: capil
lo raditur: virtute ſpoliatur: alligat: excęca-
tur: illudit? Euigila fides: attende quid ſit
chriſtus: non ſolum quid fecerit: ſed etiam
quid paſſus eſt chriſtus. Quid fecit? Opera
tus eſt vt fortis: paſſus eſt vt infirmus. In
vno intelligo vtrūq₃: video fortitudinē filij
dei: video infirmitatem filij hominis. Acce-
dit ꝛ aliud: quia chriſtus totus quomō eum
Eph. 5. ſcriptura cōmendat: ꝛ caput ꝛ corpus eſt. Si
cut eccleſię caput eſt chriſtus: ita chriſti cor-
pus eccleſia eſt. Habet ergo eccleſia in ſe for-
tes: habet infirmos. Habet iuſtos: habet et
iniuſtos. Modo eſt corpus chriſti qđ iuſtis
area eſt: poſtea horreū erit. Tamē cum area
Deut. 13. eſt: nō recuſat paleas ſuſtinere. Cum temp⁹
aduenerit reponet triticum: ꝛ a paleis ſegre
C gabit. Quędā ergo fecit ſamſon ex pſona ca
pitis: quędam ex pſona corporis: totū tamē
ex pſona chriſti. In eo enim ꝙ virtutes ꝛ mi
rabilia operatus eſt ſamſon: caput eccleſię
chriſtū ſignificabat: in eo autē ꝙ prudenter
fecit: illorū qui i eccleſia iuſte viuunt: imagi-
nem geſſit. Ubi forte ꝯuentus eſt: ꝛ incaute
egit: eos qui in eccleſia peccatores ſunt figu
rauit. Meretrix quā ſamſon i cōiugium ſu-
mit eccleſia eſt: quę ante agnitionem vnius
dei cum idolis fornicata fuit: quā poſtea ſi-
bi chriſtus adiunxit. Poſtq̄ ab eo illumina-
ta fidem ſuſcepit: etiā hoc meruit vt p eum
ſalutis ſacramenta cognoſceret: ꝛ ab eodem
reuelarent ei myſteria cęleſtium ſecretorum.
Nā queſtio ipſa quę cōtinet: De edente exi-
uit cibus: et de forte ē egreſſa dulcedo: quid
aliud ſignificat q̄ chriſtum a mortuis reſur-
Ioh. 6. gentem? De edēte vtiq₃: id eſt de morte quę
cuncta deuorat atq₃ conſumit exiuit cibus
ille qui dixit: Ego ſum panis viuus qui de
cęlo deſcendi: quē humana exacerbauit ini-
quitas: eiq₃ aceti ꝛ fellis amaritudinem pro
pinauit: atq₃ ab eo plebs gentium vitę dul-
cedinē cōuerſa ſuſcepit: ac ſic de mortui leo-
nis ore: id eſt de chriſti morte qui accubans
dormiuit vt leo: apum: id eſt chriſtianorum
Iudic. 14. proceſſit examen. Quod autē dicit: Nō in-
ueniſſetis propoſitionem meā: niſi araſſetis
in vitula mea: hęc vitula: id eſt eccleſia reue-
lata ſibi a viro ſuo ſecreta fidei myſteria tri-
nitatis: reſurrectiōis: iudicij pariter ꝛ regni:
in fines terrę apoſtolorū ꝛ ſanctorum doctri-
na ꝛ ꝑdicatione vulgauit: ꝛ intelligentibus
atq₃ cognoſcentibus ęternę vitę premia re-
promiſit. Sequit autem: Iratus eſt ſamſon D
quia duxit ſodalis eius vxorem eius. So-
dalis iſte omniū hęreticorū figuram geſſit.
Magnum ſecretū eſt fratres mei. Nam hę-
retici qui eccleſiā diuiſerunt: vxorem domi-
ni ſui ducere ꝛ abducere voluerūt. De eccle-
ſia enim ꝛ de euangelijs exierunt: qui impie
tatis adulterio eccleſiam: id eſt chriſti corp⁹
in partem ſuam conantur inuadere. Unde
fidelis ille ſeruus ꝛ amicus dominicę ſpon-
ſę loquitur: Deſpōdi enim vos vni viro vir- 2. Cor. 11.
ginem caſtam exhibere chriſto. Uideamus
myſteriū: iſte ſamſon quid fecerit offenſus.
Cępit enim vulpes: id eſt adulterātes ſoda- Iudic. 15.
les: de quibus dicitur in canticocanticorū:
Capite nobis vulpes paruulas extermināt- Cant. 2.
tes vineas. Quid eſt capite? Id eſt compre-
hendite: cōuincite: confutate: ne exterminē-
tur eccleſiaſticę vinee. Quid ē aliud vulpes
capere: niſi hęreticos diuinę legis auctori-
tate reuincere: et ſanctarum ſcripturarum
teſtimonijs velut quibuſdam vinculis alli-
gare atq₃ conſtringere? Uulpes capit: liga-
tis caudis ignem apponit. Quid ſibi volūt
caudę vulpium colligatę? Caudę vulpium
quid ſunt: niſi poſteriora hęreticorū: qui pri-
ma habent magna et blanda et deceptoria
opera: poſteriora ligata: id eſt damnata: et
ignem in fine trahentia: vt eorum fructus ꝛ
acta cōſumant: qui ſuis ſeductionibus acq-
eſcunt? Q₃ autem intrauit ad meretricem: ſi E
ſine cauſa fecit quicūq₃ fecit: immūdus eſt. Iudic. 16.
Si non ita intrauit vt cōcumberet: myſterij
cauſa fortaſſis intrauit. Sed cōcubuiſſe nō
legimus. Sequit: Inimici vo expectabant
ad portas ciuitatis vt comphenderent eum
cum de meretrice ad quā intrauerat fuiſſet
egreſſus. Ille autē dormiebat. Uidete quē-
admodum nō ſcriptum eſt: quia mixtus eſt
meretrici: ſed ſcriptum: q̄a dormiebat. Ubi
ſurrexit inq̄t media nocte exijt: abſtulit por-
tas ciuitatis ipſius cum ſeris: ꝛ eaſdem por-
tas in cacumine mōtis poſuit. Ab allophy-
lis teneri non potuit: portas ciuitatis quib⁹
ad meretricem intrauit abſtulit: et in montē
leuauit. Quid eſt hoc? Infernum ꝛ amorem. Prouer. 30.

mulieris: vtrū<del></del>q̄ ſcriptura cõiungit. Inferni ignem tenebat domus meretricis. Pro inferis ponitur domus meretricis. Recte ꝓ inferis ponitur: quia neminem repellit: omnem intrantē ad ſe trahit. Agnoſcimus hoc loco redemptoris noſtri opera. Poſtq̄ ſynagoga ad quã venerat a ſe per diabolū ſeparata ē: poſtea q̄ eum decaluauit: id eſt i loco caluarie

Matth.27. crucifixit: ad inferna deſcendit: et inimici cuſtodiebant locum dormientis: id eſt ſepulchrum: ⁊ capere volebant quem videre non

F poterant. Ille autem dormiebat ibi. Hoc ideo dixit: quia vere mortuus erat. Et quod dictum eſt: Media nocte ſurrexit: hoc ſignificauit: quia in ſecreto ſurrexit. Aperte enim paſſus eſt: ſolis autē diſcipulis ⁊ certis quibuſq̄ reſurrexiſſe manifeſtus eſt. Ergo q̄ intrauit omnes viderunt: q̄ ſurrexit pauci cognouerūt: tenuerunt ⁊ palpauerunt. Tollit tamen portas ciuitatis: id eſt aufert portas inferni. Quid eſt portas inferni tollere: niſi mortis imperiū remouere? Recipiebat enī: non remittebat. Quid autē fecit dominus ieſus chriſtus? Ablatis portis mortis: aſcen-

Act.1. dit in cacumen montis. Nouimus enim eū

Judic.16. ⁊ reſurrexiſſe: ⁊ in celos aſcendiſſe. Quid eſt autem q̄ et in capillis virtutem habebat? Et hoc fratres diligenter aduertite. Virtutem non habuit in manu: non in pede: nõ in pectore: non in ipſo capite: ſed in capillis: in crinibus. Quid ſunt capilli: quid come? Et nos videmus: ⁊ interrogatus apoſtolus re-

1.Cor.11. ſpondet nobis: Coma velamentū eſt. Et in velamento chriſtus habebat virtutē: quando vmbre veteris legis eum tegebant. Coma ergo ſamſon in velamento erat: quia in chriſto aliud videbat: et aliud intelligebat. Quid ſibi autem vult q̄ proditum eſt ſecretum: et decaluatus eſt ſamſon? Cõtempta ē lex: ⁊ paſſus eſt chriſtus. Chriſtū enī non occiderent: ſi legem non cõtempſiſſent. Nam nouerant ⁊ ipſi quia eis chriſtū non licebat

Joh.18. occidere. Dicebant iudici: Nobis non licet occidere aliquem. Decaluatus eſt ſamſon: reuelata ſunt condenſa: remotū eſt velamētum: ⁊ chriſtus qui latebat apparuit. Capilli autem rediuiui caput iterum veſtierunt: q̄a iudei nec reſurgentem chriſtū agnoſcere vo-

G luerunt. Fuit quidem in molendino: fuit cecatus: fuit i domo carceris. Domꝰ carceris vel molendinū labor eſt huius ſeculi. Excecatio autē ſamſon illos indicat: qui infidelitate cecati chriſtū nec virtutes operantem nec aſcendentē ad celeſtia cognouerunt. Cecitas ergo ſamſon quam intulerunt: cecitatem iudeorum ſignificabat. Chriſtus autem a iudeis ⁊ comprehēſus eſt ⁊ occiſus. Adduxerunt ꝗ eū inimici vt illuderent ei. Iam hic imaginem crucis attendite. Expanſas enim manꝰ ad duas colūnas quaſi ad duo ligna crucis extendit: ſed aduerſarios ſuos interemptus oppreſſit: et illius paſſio interfectio facta eſt pſequētium. Et ideo ſcriptura concludit: Plures mortuus occidit: q̄ viuus occiderat. Nam hoc myſterium in domino noſtro ieſu chriſto impletū eſt: Redemptionē noſtrã quam ipſe viuens minime celebrauerat: mortuus pſūmauit: Cui eſt honor ⁊ gloria in ſecula ſeculorū: Amen.

## Item in eadem dominica Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Johannem: Quis arguet me de peccato ⁊c. que habet i expoſitione doctoris ibidem. Joh.8.

## Feria ſecūda poſt dominicã paſſionis dñi: de Gedeon: Sermo I Ser.C.VIII

Hodierna die audiuimus fratres: q̄ A

h cum ſub arbore quercus Gedeon filius Joas triticeã meſſem virga ce- Judic.6.
cideret: angelo promittente audire meruit: q̄ ipſe a poteſtate inimicorū in libertatem dei populū vindicaret. Nec mirum ſi electus ad gratiã: cum ſub vmbra iam tunc ſancte crucis ⁊ venerabilis ſapientie ꝑdeſtinato incarnationis future myſterio cõſtitutus feracis ſegetis ſenſibilis de latibulis frumenta produceret: electionemq̄ ſanctorū a purgamentis inania palee ſequeſtraret: qui tanq̄ virga veritatis exercitati: ſupflua veteris hominis cum actibus eius deponentes: quaſi in torculari ita in eccleſia congregant. Eccleſia enī torcular eſt fontis eterni: in qua celeſtis vitis fructus exundat. Gedeon xͦo cum au- B
diſſet q̄ p eum dominus plebem ſuã a multitudine hoſtium liberaret: obtulit in ſacrificio hedum caprarū: cuius carnem ſm precepta angeli ⁊ azyma ſupra petram poſuit: ⁊ eam ius pfudit. Que ſimul virge cacumine quã gerebat angelus dei cõtigit: et de petra ignis erupit: atq̄ ita ſacrificiū quod offerebatur abſumptum eſt. Per quod indicium

declaratum videt: ꝙ petra illa typum habu-
1. Corî. 10. erit corporis chriſti: quia ſcriptum eſt: Bibe
bant autē de ſpiritali cōſequente eos petra:
petra autem erat chriſtus. Qđ vtiqꝫ non ad
diuinitatē eius ſed ad carnem relatum eſt: q̄
ſitientium corda populorum ꝑenni riuo ſui
ſanguinis inundauit. Jam tūc igitur in my
ſterio declaratū eſt: quia dominus ieſus in
carne ſua totius mundi peccata crucifixus
aboleret: nec ſolum delicta factorū: ſed etiā
cupiditates animorū. Caro eñ hedi ad cul-
pam facti refert: ius ad illecebras cupidita-
Numeri. 11. tum: ſicut ſcriptum eſt: Quia cōcupiuit po-
pulus cupiditatē peſſimā: et dixerūt: Quis
Judicũ. 6. nobis dabit carnem? Qꝫ igitur extendit an-
gelus virgam et tetigit petram: de qua exi-
uit ignis: oſtēdit ꝙ caro domini repleta ſpi-
ritu diuino: peccata omnia humane cōditi-
Luce. 12. onis exureret. Unde et domin9 ait: Jgnem
E veni mittere in terram. Aduertit igitur vir
doctus et ꝑſagus futurorū ſuꝑna myſteria: et
ideo ſm oracula occidit vitulum a patre ſuo
idolis deputatum: et ſeptennē aliũ imola-
uit deo. Quo facto manifeſtiſſime declara-
uit: poſt aduentū domini omnia abolenda
eſſe gentilitatis ſacrificia: ſolumqꝫ ſacrificiū
deo dominice paſſionis ꝓ religione populi
deferendum. Etenim vitulus ille erat in ty-
po chriſti. Septem autem annorū erat: quia
Eſa. 11. in chriſto ſeptem ſpiritaliū plenitudo virtu-
Gen. 18. tum: vt Eſaias dixit: habitabat. Hunc vitu
Joh. 8. lum abrahā obtulit: quādo diem domini vi
dit et gauiſus eſt. Hic eſt qui nunc in hedi ty-
po: nunc in ouis: nunc in vituli offerebatur:
Hedus qđ ſacrificiū pro delictis ſit: ouis qđ
volūtaria hoſtia: vitul9 qđ imaculata ſit vi-
ctima. Preuidit ergo myſteriū ſanctus Ge-
D deon. Deniqꝫ elegit trecentos viros ad pre-
Judicũ. 6. lium: vt oſtenderet non in numero multitu-
dinis: ſed in ſacramento crucis mūdum ab
incurſu grauiū hoſtium liberādum. Trecen-
ti eñ in greca. T. tau ſimilitudinē crucis oſtē-
dunt. Et licet fortis eſſet et fidens: pleniora
adhuc de domino future victorie documen-
ta querebat dicens: Si ſaluas in manu mea
iſrael queadmodu3 locutus es domine: ecce
ego pono lane vellus in area: et ſi ros factus
fuerit ſuꝑ vellus et ſuꝑ omnē terrā ſiccitas:
cognoſcā quia in manu mea ſm ꝓmiſſa tua
populū liberabis. Et ita factū eſt. Sed adie
cit poſtea vt rurſus ros ꝓflueret per totam
terram: et ſiccitas eſſet in vellere: et ita com-
pletum eſt. Ros enim in vellere fides erat in E
iudea: quia ſicut ros verba dei deſcendunt.
Unde et moyſes ait: Expectet ſicut pluuia Deutũ. 32.
eloquium meū: et ſicut ros verba mea. Ergo
quando totus orbis infructuoſo eſtu genti-
lis ſuperſtitiōis arebat: tunc erat ros ille ce-
leſtis viſitationis in vellere: id eſt in iudea.
Poſtea vo ꝙ oues que perierant domus Matth. 15.
iſrael: vnde puto figurā iudaici velleris ad-
umbratā: oues inquā ille fontem aque viue
negauerunt: ros fidei exaruit in pectoribus
iudeorū: meatuſqꝫ ſuos fons ille diuinus in
corda gentiū deriuauit. Jnde eſt ꝙ nunc fi-
dei rore totus orbis humeſcit: at vero iudei
ꝓphetas ſuos et cōſiliarios ꝑdiderunt. Nec
mirū ſi ꝑfidie ſubeunt ſiccitatem: quos do-
min9 deus ꝓphetici imbris vbertate priua-
uit dicens: Mandabo nubibus ne pluant Eſa. 5.
ſuꝑ vineam iſtam. Eſt enim ꝓphetice nubis
pluuia ſalutaris: ſicut dauid dixit: Deſcen- Pš. 71.
det ſicut pluuia in vellus: et ſicut ſtillicidia
ſtillantia ſuper terrā. Hanc nobis ſcripture
diuine totius mundi pluuiam pollicebant:
que ſpiritu diuini roris rigaret orbem ſub
domini ſaluatoris aduentu. Uenit ergo ia3
ros: venit et pluuia: venit domin9 ſtillicidia
ſecum celeſtia deferens: et ideo iam nos bibi
mus qui ante ſitiebamus: et diuinum illum
ſpiritū hauſtu interiore potamus. Hoc ergo
ꝑuidit ſanctus Gedeon: quia verum et ſpiri-
talem rorem etiā gentes nationeſqꝫ erant fi-
dei ꝑceptione bibiture. Nec tunc ocioſe Ge-
deon vellus nec in campo poſuit nec in pra-
to: ſed poſuit in area vbi meſſis eſt tritici.
Meſſis autē multa operarij vo pauci: eo ꝙ Matth. 9.
ꝑ fidem domini i eccleſia futura eſſet meſſis
fecunda virtutum. Nec illud ocioſum eſt ꝙ
exiccauit vellus iudaicū: et rorem eius miſit
in peluim vt repleret aqua: non tamen ipſe
ex eo rore pedes lauit: Alij debebant tanti ꝑ-
rogatiua myſterij. Expectabat chriſtus: qui
ſordes omniū ſolus poſſet abluere. Nō erat
tantus gedeon: qui hoc ſibi myſteriū vendi-
caret. Non enim gedeon ſed filius hominis Matth. 10.
venit nō miniſtrari: ſed miniſtrare. Aliquo- F
tiens ea que dicunt: rogo vos fratres vt nō
moleſte accipiatis: quod propter tardiores
quoſqꝫ et ſimplices breuiter replicam9. Qui
eñ litterati et docti ſunt: deo ꝓpitio ſine la-
bore intelligūt que dicunt: reliquis vo idio-
tis atqꝫ ſimplicibus niſi breuis recapitula-
tio facta fuerit: timeo ne ex his que dicunt

Recapitulatio parum capere poſſint. Gedeon fratres dilectiſſimi typum geſſit domini ſaluatoris. Et quia trecenti ſm grecũ computũ crucem faciunt: ita tunc Gedeon in trecentis viris iudeorum populũ de crudeliſſimis gentibus eripuit: quomodo poſtea chriſtus per myſterium crucis totum genus humanũ de poteſtate diaboli liberauit. Torcular enim vbi meſſẽ terebat: ꝓpter aſſiduas tribulatiões eccleſie typum geſſit. Meſſio que cedebat chriſtianũ populũ ſignificauit: quem adueniens chriſt⁹ virga diſcipline vel baculo crucis ſue: a paleis: id eſt a peccatis omnib⁹ ſeparauit. Nã et angelus ille qui venit ad eũ: et ipſe in typum domini ſaluatoris accipit. Arborem ſub qua ſtetit et virgã quã tenuit: crucem ſignificaſſe manifeſtũ eſt. Petra illa ſup quã gedeon obtulit holocauſtũ: chriſt⁹ erat. Sic enim ait apoſtolus: Petra autem

1.Cor.10. erat chriſtus. Hedus ille qui oblatus eſt: humanũ genus peccatis obnoxiũ deſignauit. Et angelus virga ſua tetigit petram et exijt ignis et cõſumpſit hedum illum: crux tetigit chriſtum: et de petra que erat chriſtus ignis exijt charitatis: qui humani generis peccata conſumpſit. De ipſo enim verus gedeon

Luc.12. chriſtus in euãgelio dixit: Ignem veni mittere in terram: et quid volo niſi vt accendat? Taurus vero quem occidit: et ipſe dominũ figurabat: qui ꝓ redemptione generis humani oblatus eſt. Qui autẽ ſeptem annorũ erat: ſeptẽplicem gratiã ſpiritusſancti que in chri-

G ſto venit ſignificaſſe videtur. Vellus qđ in area poſuit et rogauit dominũ vt in ſolo vellere eſſet ros et i omni terra ſiccitas: et factũ ẽ ita: et iterum rogauit vt vell⁹ remaneret ſiccum: et in tota area eſſet ros: vellus ſignificauit populũ iudeorũ: area autẽ in toto mũdo populũ omniũ gentiũ. Et quia primo tempore ros verbi dei in ſola iudea fuit: et totus mũdus in ſiccitate remanſerat: ideo primũ ros in vellere venit et area ſicca fuit: poſtea vero quãdo iudei chriſtũ dominũ occiderunt: per paſſionis iniuriã expreſſum eſt vellus: et remanſit iudeorũ populus aridus et ſiccus: et in totam aream: id eſt vniuerſum mũdum ad omnes gentes: non ſolum ros: ſed etiam pluuia verbi dei et apoſtolorũ flumina peruenerunt. Denique in vniuerſa terra quaſi ſterrore gratie pſeuerante in nobis ſpiritalis irrigatur eccleſia: et infelix ſynagoga ab omni humore vel pluuia diuini verbi ſicca remanſit et arida. Ut hec ergo ſpiritalis pluuia et ros H diuine gratie pſeueret in nobis: omnia que predicantur ſalubriter cogitando et nobis inuicem colloquẽdo velut mũda animalia ruminemus: vt vtilem ſucũ vnde anima noſtra in eternũ poſſit viuere habere poſſimus: et talibus delitijs ſatiati cum propheta dicere mereamur: Qm dulcia faucib⁹ meis eloquia Ps.118. tua domine. Sed tunc in nobis dulcedo verbi dei poterit ꝑmanere: ſi hoc etiã alijs plena et pfecta charitate frequẽtius referendo voluerimus ingerere: vt nõ ſolum de noſtra ſed etiã de aliorũ ſalute lucra nobis ſpiritalia poſſimus ꝓuidere: auxiliante nobis domino noſtro ieſu chriſto: cui ẽ honor et imperiũ cum patre et ſpiritusancto in ſecula ſeculorum: Amen.

## Item eodem die Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Johannẽ: Miſerunt principes et Joh.7. phariſei etc. que habetur in expoſitione doctoris Ibidem.

## Feria tertia poſt dominicã paſſionis: de illo vſu pſalmi: Sicut de- Ps.67. ficit fumus deficiant etc. Sermo I Ser. C.IX

A Udiuimus et cõtremuimus quod in
a voce pſalmi eſt ꝓphetatũ. Ait enĩ: Sicut deficit fumus deficiant: ſicut Ps.67. fluit cera a facie ignis: ſic pereãt peccatores a facie dei. Non dubito fratres chariſſimi qđ omniũ veſtrũ corda cõcuſſa ſint: nec cuiuſq; cõſcientia ſub his verbis intrepida ſteterit. Quis enim gloriabitur caſtum ſe habere cor: Prouer.20. aut quis gloriabitur mundũ ſe eſſe a peccatis? Ac per hoc cũ ſcriptura dicit: Sic fluit cera a facie ignis: ſic pereãt peccatores a facie dei: quis non cõtremiſcat: quis non pauibũdus exiliat? Quid ergo faciamus: aut que ſpes nobis eſt? Neque enim fruſtra hec cantantur. Aut vero B cum hec dicit propheta optat ea hominib⁹: ac non potius ventura preuidet? In verbis quidem figura optantis apparet ſed intelligitur preſciẽtia nũciantis. Sicut enĩ quedã in ſcriptura ꝓphetarũ tanqȝ in pteritũ facta narrantur cũ futura ꝑdicantur: ita quedã tanqȝ voto dicuntur optantis. Sed qui recte intelligunt qđ audiũt: viſionẽ pnunciantis agnoſcũt. Longe autẽ ante natiuitatẽ dominice incarnatiõis: iſti pſalmi dicti atque conſcripti

ſunt. Non ante deū chriſtū: ſed ante natum
ex virgine maria chriſtū. Nam ꝓfecto pater
abrahā longe ante dauid regē cuiꝰ tempore
hi pſalmi cantati ſunt: fuit. Dñs autē dixit:
Joh.8. Ante abrahā ego ſū. Ipſe eſt eñ verbū dei
Joh.1. ꝑ qꝺ facta ſūt oīa: ſed ipſe implēs ꝓphetas:
in carne ſe eſſe venturū ꝑ eos ꝓdixit. Ad ciꝰ
aūt incarnationē ꝑtinet paſſio. Nec eñ po
tuit pati illa q̄ in euāgelio ſcripta ſunt niſi ī
carne mortali ⁊ paſſibili quā gerebat. Et ibi
vtiqꝫ legit: queādmoduꝫ dño crucifixo hi q̄
Joh.19. crucifixerūt eū veſtimēta eius diuiſerūt ſibi:
⁊ cū inueniſſent in eis tunicā deſuꝑ textam:
noluerūt eā ꝯſcindere: ſed ſortē ſuꝑ eā miſe
runt: vt ad quē ꝑueniret integra ꝑueniret:
qua ſignificabat charitas: q̄ diuidi non pōt.
Hęc ergo cū in euāgelio iam facta narrant:
longe ante multos annos ī pſalmo cū futu
ra ꝓnunciarent: tanqꝫ geſta ⁊ trāſacta narra
Ps.21. ta ſunt. Foderūt inqt manus meas ⁊ pedes
meos: et dinumerauerūt oīa oſſa mea. Ipſi
v̄o cōſiderauerūt ⁊ inſpexerūt me: diuiſerūt
ſibi veſtimēta mea: et ſuꝑ veſtē meā miſerūt
ſortē. Omnia tanqꝫ ꝑterita dicunt: ⁊ futura
ꝓdicant. Sicut ḡ in verbis ꝑteriti temporis
futura facta ſignificant: ſic in figura optatis
ꝓnunciantis mens intelligēda eſt. Sic ⁊ de
iuda domini traditore tanqꝫ optat ei ꝓphe
ta: qꝺ venturū eſſe ꝓdicit: Et de ipis iudęis:
Ps.68. Fiat inquit menſa eorū in laqueū: ⁊ in vena
tionem et in ſcandalū. Quod de his prędi
ctum eſſe ſine dubitatione exponit: ſicut de
iuda quę ſub eadem figura ꝓnunciata ſunt
Act.1. C apoſtolus petrus cōmemorat. Nec ſine cau
ſa ⁊ quę futura ſunt tanqꝫ tranſacta dicunt.
Deo enim ſic certa ſunt: vt iam ꝓ factis ha
beant: ⁊ tanqꝫ optans videt dicere ꝓpheta:
qꝺ certum ꝓuidet eſſe venturū: nihil aliud
quātum mihi videtur oſtendens: niſi nobis
non debere diſplicere cognitā ſententiā dei
quā fixam immobilēqꝫ ꝯſtituit. Et ideo in
actibus apoſtoloꝝ: cum quidā ꝓpheta no
mine agabus ꝓdiceret apoſtolū paulū ī hie
roſolyma a iudęis multa eſſe paſſurū ⁊ vſqꝫ
ad vincula ꝑuenturū: cū hoc audito fratres
reuocare ⁊ retinere vellēt ne illuc ꝑgeret: q̄d
Act.21. facitis inquit cōturbantes cor meū? Ego eñ
nō ſolum alligari ſed etiā mori paratus ſum
pro nomine domini noſtri ieſu chriſti. Atqꝫ
ita cum viderent fratres immobilem viri ad
oīa ꝑferenda conſtantiā dixerunt: Fiat do

mini voluntas. Nūquid ergo quia dixerūt:
Fiat voluntas dei: optauerunt apoſtolo vt
talia pateret: ac nō potius mentē ſuam ſub
limi et diuino ſtatuto deuotiſſime ſubdide
runt? Sic ⁊ ꝓpheta cum dicit: Sicut fluit cę Ps.67.
ra a facie ignis: ſic pereāt peccatores a facie
dei: videt hoc certiſſime peccatoribus immi
nere: ⁊ placet ei qꝺ deus ſtatuit: ne deo ipſe
diſpliceat. Quid ergo facimus fratres: niſi D
vt dum tempus eſt vitam mutemus: ⁊ facta
noſtra ſi qua ſunt corrigamꝰ? Ut quod ſine
vlla dubitatione venturū eſt peccatoribus:
nos non inueniat ſuꝑ quos veniat: non q̄a
nō erimus: ſed vt nō tales inueniat qualibꝰ
venturū eſſe ꝓdictū eſt. Propterea ſe iudex
venturum minat: vt nō inueniat quos pu
niat cum venerit. Propterea illud cantant
ꝓphetę vt corrigamur: Si damnare vellet
taceret. Nemo volens ferire: dicit: obſerua.
Totū fratres qꝺ audiuimꝰ ꝑ ſcripturaſ: vox
eſt dei dicentis: Obſerua. Et totū qꝺ pati
mur tribulatiōes in hac vita: flagellū dei eſt
corrigere volentis ne damnet in fine. Quaſi
dura ſunt: moleſta ſunt: horrent quādo nar
rant. Quę quiſqꝫ grauia valde patit in hac
vita: in comparatione autē ęterni ignis non
parua ſed nulla ſunt. Siue ergo nos flagel
lemur: ſiue cū alij flagellant: admonemur a
dño. Oīa iſta fratres q̄ in hac vita infligunt
a domino: admonitiones ſunt ⁊ ſtimuli cor
rectionis noſtrę. Veniet autē ignis ęternus E
de quo dicet illis qui ad ſiniſtrā cōſtituendi
ſunt: Ite in ignem ęternū qui paratꝰ ē dia Matth.25.
bolo ⁊ angelis eius. Tunc acturi ſunt quidē
pęnitentiā. Nam ſcriptum eſt in libro quo
dam ſapientię: Dicent intra ſe pęnitentiam Sap.5.
agentes: ⁊ prę anguſtia ſpiritus gementes:
Quid nobis ꝓfuit ſuperbia: ⁊ quid diuitia
rū iactantia cōtulit nobis? Tranſierunt oīa
illa tanqꝫ vmbra. Erit eñ ibi pęnitētia: ſed
infructuoſa. Erit ibi pęnitētia ſed dolorē ha
bens: medicinā non habens. Nunc eſt fru
ctuoſa pęnitētia quādo correctio libera: pę
niteat te ad vocem ſcripturę. Nam ad vocē
ꝑſentis iudicis: ſine cauſa pęnitebit te. Tūc
iam ille ſententiā dicturus eſt: Et nō erit qꝺ
reprehendas quādo ſententiā dicturus eſt.
Non enim tacuit ante ſententiā. Non eñ te
diſtulit niſi vt corrigeres te: quādoquidē la
troni in cruce pendenti ſe mutare permiſit.
Tunc eñ latro pendens cum domino credi Luc.23.

dit in chriſtũ: quando de illo diſcipuli titubauerũt. Cõtempſerũt iudei mortuos ſuſcitantẽ: non cõtempſit latro ſecũ in cruce pendentem. Non eſt ergo qđ in fine dicat domino: Nõ me pmiſiſti bene viuere: aut dilationem correctionis non mihi dediſti: aut non oſtendiſti quid appeterẽ: quid vitarem. Videte quia non tacet: videte quia differt: videte quia blandit: hortat: minat. Cõſtituit verbũ ſuuʒ in ſublimitate: per totũ mundũ recitat vniuerſo humano generi. Nõ eſt qui iã dicat: Neſciui: nõ audiui. Implet qđ dictum eſt in pſalmo: Nec eſt qui ſe abſcõdat a calore eiᵘ. Modo ꝫ calor eiᵘ in verbo eiᵘ ẽ. Mutare modo a calore eius: et non deflues ſicut cera ab igne eiᵘ. Nam illud fratres mei venturũ eſt aliquãdo qđ modo ridẽt impij: qđ modo cõtemnũt deriſores: qđ putãt falſo cantari aliquãdo venturũ eſt. Si non venerunt tanta quãta predicta ſunt: deſperemus ⁊ illud aliquãdo venturũ. Si autẽ omnia que de eccleſia futura prenũciata ſunt: iam videmus exhibita et cecorũ etiã oculos feriunt: quid dubitamus etiã illa ventura? Quando dicebat eccleſia chriſti futura p totum orbem terrarũ: dicebat a paucis ⁊ ridebat a multis. Modo iã impletũ eſt qđ tanto ante predictũ eſt: Diffuſa eſt eccleſia p totum orbem terrarũ. Ante milia annorũ promiſſum eſt abrahe: In ſemine tuo benedicẽtur omnes gentes. Venit chriſtus ex ſemine abrahe: benedicte ſunt in chriſto iã oẽs gentes. Predicta ſunt ſciſmata: et hereſes future: videmᵘ illa. Predicte ſunt pſecutiões: facte ſunt a regibus colentibᵘ idola. Pro ipſis idolis aduerſus nomẽ chriſti repleta eſt terra martyribus. Sparſum eſt ſemen ſanguinis: ſurrexit ſeges eccleſie. Nec fruſtra orauit eccleſia p inimicis ſuis. Crediderunt ⁊ q pſequebant. Predictũ eſt etiã quia ipſa idola euertenda eſſent per nomẽ chriſti. Nam ⁊ hoc inuenimus in ſcripturis: Ante paucos annos chriſtiani illa legebãt ⁊ nõ videbãt: adhuc futura illa expectabãt: et ſic abierũt: non illa viderunt: ſed tamen credentes qđ futura eſſent cum fide abierunt ad dominũ. Noſtris temporibus etiam ipſa cernuntur. Omnia que ante predicta ſunt de eccleſia: videmus impleta. Solus dies iudicij nõ eſt venturus? Ipſe ſolus prenunciat ⁊ non venniet? Uſqꝫ adeo ſumus duri ⁊ lapidei cordis vt legamus ſcripturas: et videamus omnia prorſus ad litterã eueniſſe que ſcripta ſunt: ⁊ de his que remanent deſperemus? Quãtũ eſt eñ qđ remanet: ad ea que iã nobis exhibita videmus? Tam plura deus oſtendit ⁊ de reſiduo nos fraudaturᵘ eſt? Veniet iudicium redditurum pro meritis: Bonis bona: malis mala. Boni ſimus ⁊ ſecuri iudicem expectemus. Fratres mei maxime nũc dicentem me audite: Nolo tecum computare preterita. Ab hodierna die te muta: cras te alterũ inueniat. Nos aũt peruerſitate noſtra ſic volumus deum eſſe miſericordẽ: vt non ſit iuſtus. Alij rurſus quaſi prefidentes de iuſticia ſua: ſic volunt iuſtum vt nolunt miſericordẽ. Utrũqꝫ ſe exhibet deus: vtrũqꝫ preſtat: nec miſericordia eius pſcribit iuſticie: nec iuſticia eiᵘ aufert miſericordiã. Miſericors eſt: et iuſtus eſt. Unde miſericordem probamus? Parcit modo peccatoribᵘ: dat veniam confidentibus. Unde probamus quia iuſtus eſt? Quia venturus eſt dies iudicij quem modo differt: non aufert. Et cuʒ venerit redditurus eſt pro meritis. An hoc vultis vt reddat auerſis qđ reddetur cõuerſis? Fratres: iuſtum videt vobis vt ibi ponatur iudas vbi poſitus eſt petrus? Et ipſe ibi poneretur ſi ſe correxiſſet: Sed de venia deſperans: potius ſibi collum ligauit ꝙ regis clementia ſupplicaret. Itaqꝫ fratres ſicut dicere ceperam: non eſt vnde reprehẽdamus deum. Quid cõtra illum dicamus: nõ erit cum venerit iudicare. Cogitet vnuſqſqꝫ peccata ſua: ⁊ modo illa emendet cum tempus eſt. Sit fructuoſus dolor: non ſit ſterilis penitudo. Tanqꝫ hoc dicit deus: Ecce indicaui ſententiam: ſed nondum protuli. Predixi: non fixi. Quid times quia dixi? Si mutaueris: mutatur. Nam ſcriptum eſt: ꝙ peniteat deum. Nunquid quomodo hominem ſic penitet deum? Nam dictum eſt: Si penituerit vos de peccatis veſtris: penitebit et me de omnibus malis que facturus eram vobis. Nunquid quaſi errantem penitet deum? Sed penitentia dicitur in deo mutatio ſentẽtie. Non eſt iniqua: ꝫ iuſta. Quare iuſta? Mutatus eſt reus: mutauit iudex ſententiã. Noli terreri. Sentẽtia mutata eſt non iuſticia. Iuſticia integra manet: qꝛ mu-

Margin notes: Pſ. 18. — F — Gen. 12. et. 22. — G — Matth. 27. — H — De pe. diſ. 1. nouit. — Gen. 6. — Hiere. 18.

tato debet parcere qui iuſtus ē. Quō ꝑtina/
cit non parcit: ſic mutato parcit. Ipſe rex eſt
indulgentiarū: qui dator eſt legis. Miſit le/
gem: venit cum indulgentia. Reum te fece/
rat lex: abſoluit te qui dedit legem. Immo
non abſoluit. Nam abſoluere eſt innocentē
iudicare. Donat potius peccata conuerſo.
Omnes enī ſunt rei qui peccatis ſuis inuo/
luti ſunt. Nemo ſe optet abſolui. Oīs ve/
niā depcemur. Venia xō datur mutato. Et
Ps.67. erim⁹ ſecuri cum audierim⁹: Sicut fluit cera
a facie ignis: ſic pereant peccatores a facie
I dei. Certe fratres modo pereunt peccatores
⁊ nō pereunt peccatores. Si incipiant iuſte
viuere vibunt vtiqꝫ peccatores: ſed nō peri/
23.q.4.duo. bunt homines. Homo peccator: duo nomia
ſunt: homo vnū nomen eſt: et peccator vnū
nomen eſt. In his duobus nominib⁹ intel/
ligimus quia vnū horum deus fecit: alterū
horū homo fecit. Hominē enī deus fecit: pec
catorē ſe ipſe hō fecit. Quid ꝫ contremiſcis?
Quando tibi dicit deus: Pereant peccato/
res a facie mea: hoc tibi dicit deus: Pereat
in te qđ tu feciſti: ⁊ ſeruo qđ ego feci. Et mō
ardet ignis in calore verbi: tes eſt in feruore
ſpiritusſancti: ſicut diximus iam dudū: quia
Ps.18. ſcriptum eſt ī alio pſalmo: Nec eſt qui ſe ab/
ſcondat a calore eius. Spiritū autē ſanctū
Ro.12. eſſe calorem dicit apoſtolus: Spiritu feruen
tes. Ergo ꝓ facie dei: tibi pone interim ſcri/
pturā dei. Liqueſce ab illa: pœniteat te cum
audis hec de peccatis tuis. Cum autē te pœ/
nitet: ⁊ cū teipſum excrucias ſub calore ver/
bi: cum etiā lachrymę currunt: nōne cęrę ta/
beſcenti ⁊ tanqꝫ in lachrymas currenti ſimi/
lis inueniris? Modo ergo fac qđ in poſterū
times: ⁊ non habebis qđ in poſterū timeas.
Tantū non ſicut fumus deficiāt. Nā vtrūqꝫ
ibi habes poſitū: forte non ſine cauſa: quia
eſt etiā diſtātia peccatorū. In ipſo vno ver/
bo: vtrūqꝫ poſuit pſalmus: Sicut deficit fu/
mus deficiāt: et ſicut fluit cera a facie ignis:
K ſic pereant peccatores a facie dei. Qui ſunt
qui ſicut fumus deficiunt? Qui ſunt niſi ſu/
perbi: non cōfitentes peccata ſua ſed defen/
dentes? Quare fumo cōparati ſunt? Quia
fumus erigit ſe: extollit ſe tanqꝫ in celū: ſed
quanto fit ſuperior: tanto facilius euaneſcit
⁊ diſperit. Rurſus conſiderate qđ dixi: So/
lidior eſt fumus igni ꝓximus: et terrę proxi/
mus. Nondū ſic euanuit: nondū ſic eſt diſp/
ſus in ventos. Quādo autē attenuat ⁊ eua-
neſcit ⁊ diſperit: quando ſe multū extulerit.
Quia ergo ſuperbus ſic ſe erigit cōtra deū:
quomodo fumus contra celum: reſtat vt ita
deficiat ⁊ tanqꝫ in ventos ſuę vanitatis ela/
tione diſſipatus intereat quēadmodum diſ/
perit fumus elatus: tumida non ſolida ma/
gnitudine inflat⁹. Sic eſt enī fumus. Video
magnā molē: habes quaſi qđ videas: ⁊ non
habes quod teneas. Talem ergo penā fra/
tres ante omnia deteſtamini: nec defenda/
tis peccata veſtra. Et ſi adhuc facitis: nolite
defendere. Subdite vos deo: et ſic tundite
pectora veſtra: vt ⁊ ipſa quę remanſerūt nō
fiant. Conamini non facere: et ſi fieri poteſt
nulla facite: ſi autem fieri non poteſt vt nul/
la faciatis: maneat tamen illa pia confeſſio.
Erit enim reſpectus miſericordię ipſius: vt
te conante omnia perimere ⁊ quātum adiu/
uerit perimente: de reliquis quę tibi reſtant
in itinere in vento ⁊ in conatu comprehenſo
facile ignoſcat: Tantū ꝑficere affecta: non
deficere. Si non te inuenit dies vltimus vi/
ctorem: inueniat vel pugnantē: non captū ⁊
addictum. Eſt autē miſericordia abundan/
tiſſima ⁊ larga ei⁹ beniuolētia: qui nos ſan/
guine filij ſui redemit: cum propter peccata
noſtra nihil eſſemus. Nam ipſe aliquid ma/ L
gnum fecit: cum hominē ad imaginē ⁊ ſimi/ Gen.1.
litudinem ſuaꝫ creauit. Sed quia nos nihil
fieri voluimus peccādo: ⁊ traducem morta/
litatis de parentibus duximus: ⁊ maſſa pec
cati: maſſa irę facti ſumus: placuit tamē illi
per miſericordiā ſuā redimere nos tanto pre
cio: dedit ꝓ nobis ſanguinē vnici ſui inno/
cēter nati: inocēter viuentis: innocēter mor/
tui. Qui nos tāto ꝑcio redemit: nō vult pe/
rire quos emit. Nō emit quos ꝑdat: ſꝫ emit
quos viuificet. Si peccata noſtra ſuperant
nos: preciū ſuum non contemnit. Deus pre
ciū magnū dedit: nec tñ nobiſ tantū de ipſi⁹
miſericordia blandiamur: ſi nō fuerimus co/
nati aduerſus peccata noſtra: nec ſi aliqua
maxime capitalia fecerimus ſperemus ita
futurā eſſe miſericordiā vt ei ꝓiūgat iniqui/
tas. Nunqđ enī ⁊ eos qui nihil egerūt quē/
admodū correcti viuerēt: ſed in pertinacia ⁊
duricia animi ꝑmanſerūt: accuſauerūt etiaꝫ
deū defendendo peccata ſua ibi conſtitutu/
rus eſt vbi cōſtituit ſanctos apoſtolos: pro/
phetas: patriarchas ⁊ fideles ſuos bene de
ſe meritos: ſibi ſeruientes: ambulantes in
caſtitate: modeſtia: humilitate: elemoſynas

facientes: ignoſcentes qd a quoq; ppeſſi ſunt:
Talis eſt enim via iuſtorū: talis eſt via ſan-
ctorū tenentiū deū patrē: tenentiū eccleſiā ma-
trem: nec illum parentē: nec iſtam offenden-
tes: ſed in amore vtriuſq; parentis viuētes:
et ad hereditatem eternam pperantes: non
leſo patre: nō leſa matre: datur vnicuiq; he-
M reditas. Quia duo parentes nos genuerūt
ad mortē: duo parentes nos genuerunt ad
vitam. Parentes qui nos genuerūt ad mor-
tem: adam eſt ⁊ eua. Parentes qui nos ge-
nuerunt ad vitam: chriſt⁹ eſt ⁊ eccleſia. Et pr
meus q me genuit ad mortē adā mihi fuit:
et mater mea eua mihi fuit. Nati ſumus ſm
iſtam pgeniem carnis ex munere quidē dei:
quia ⁊ iſtud munus nō eſt alterius ſed dei: ⁊
tamen fratres quomō nati ſumus? Certe vt
moriamur. Preceſſores genuerūt ſibi ſucceſ-
ſores: Nūquid genuerūt ſibi cum quib⁹ hic
ſemp viuant? Sed tanq; deceſſuri: qui illis
ſuccederent genuerūt ſibi. Deus autē pater
et mater eccleſia: non ad hoc generant. Ge-
nerant autem ad vitam eternam: quia ⁊ ipſi
eterni ſunt. Et habemus hereditatē pmiſſā
Joh.1. a chriſto vitam eternam: ſm qd verbū caro
factū eſt: ⁊ habitauit in nobis. Nutritus cre-
uit: paſſus: mortuus et reſuſcitatus accepit
hereditatem regnū celorū. In ipſo homine
accepit reſurrectionē ⁊ vitam eternā: In ipſo
homine accepit: in verbo autē non accepit:
qa incōmutabiliter manet ab eterno in eter-
num. Quia ergo accepit reſurrectionē ⁊ vi-
tam eternam: caro illa que reſurrexit ⁊ viui-
ficata aſcendit in celum: hoc nobis pmiſſu;
eſt. Ipſam hereditatē expectam⁹: vitā eter-
nam. Adhuc enim non totū corpus accepit:
quia caput in celo eſt: membra adhuc in ter-
ra ſunt. Nec caput ſolum accepturū eſt here-
ditatem: ⁊ corpus relinquet. Totus chriſtus
accepturus eſt hereditatem. Totus ſm ho-
minē: id eſt caput ⁊ corpus. Membra ergo
chriſti ſumus: ſperemus hereditatē: quia cū
iſta omnia tranſierunt: hoc bonū accepturi
ſum⁹ qd non trāſibit: ⁊ hoc malū euaſuri qd
nō trāſibit: eterna ſunt em̄ vtraq;. Nō enim
aliqd nō eternū pmiſit ſuis: ⁊ aliqd tpale mi-
nat⁹ ē impijs. Quō vitā: btitudinē: regnū:
hereditatē ſempiternā ſine fine pmiſit ſan-
ctis: ſic ignem eternum minatus eſt impijs.
Si qd promiſit non amamus: ſaltem qd mi-
natus eſt timeamus.

Item eodem die Homelia de eo
quod ſcriptum eſt in euangelio ſm
Johannē: Ambulabat ieſus in ga- Joh.7.
lileam ⁊c. que habetr in expoſitione
doctoris Ibidem.

## Feria quarta poſt dominicā paſ-
## ſiōis: de illo verſu pſalmi: Tibi de- Ps.9.
## relictus eſt pauper ⁊c. Sermo I Ser.C.X.

A
Antauimus dn̄o ⁊ dixim⁹: Tibi de- Ps.9.
c relictus eſt paup: pupillo tu eris ad
iutor. Queramus pauperem: quera-
mus pupillū. Nec mirū ſit qd admoneo vt
queram⁹ quos ſic abundare cernim⁹ et ſen-
tim⁹. Nōne pauperib⁹ plena omnia? Nōne
pupillis plena ſūt omnia? Et tamē inter om-
nia quero pupillū. Ac prius oſtendendū eſt
charitati veſtre: id qd putamus nō hoc eſſe
quod querimus. Qui enim dicunt paupe-
res ⁊ ſunt: in quos a deo mandate elemoſy-
ne ſiūt: de quibus fatemur ſcriptū: Include Eccl.29.
elemoſynam in corde pauperis: ⁊ ipſa orabit
pro te dominū. Abundat quidem hoc gen⁹
hominū: ſed altius intelligend⁹ eſt iſte pau
per de quo dictum eſt: Beati pauperes ſpū Matth.5.
quoniā ipſorū eſt regnum celorū. Sunt pau
peres non habentes pecuniā: victum quoti
dianū vix inuenientes: alienis operibus mi
ſericordia ſic indigentes vt etiā mendicare
non erubeſcant: Si de his dictum eſt: Tibi Ps.9.
derelictus eſt pauper: nos quid facimus qui
hoc non ſumus? Ergo nos qui chriſtiani ſu-
mus: non ſumus deo derelicti? Et que alia
nobis ſpes eſt: ſi nō ſumus illi derelicti: qui
nos nō dereliquit? Diſcite ergo eſſe paupes
et deo relinqui o cōpaupes mei. Diues eſt:
ſupbus eſt. Nam et in diuitijs iſtis q vulgo B
appellant diuitie: quib⁹ eſt contraria vulga-
ris iſta pauptas: in diuitijs ergo iſtis nihil ē
ſic cauendū q ſupbie morb⁹. Qui em̄ nō ha
bet pecuniā: nō habet ampliſſimas faculta-
tes: non habet vnde ſe extollat. Si ergo qui
nō habet vnde ſe extollat: non laudatur pro
eo q non ſe extollit: qui habet laudetur ſi ſe
non extollit. Quid ergo laudo humilē pau-
perem? Unde ſuperbiat non habet. Quis
ſūt ferat ⁊ inopem ⁊ ſuperbū? Lauda diuitē
humilē: lauda diuitez pauperē. Tales vult
aplus paul⁹: q ſcribēs ad Timotheū dicit:
Precipe diuitibus huius ſeculi nō ſupbe ſa- 1.Timoth.6
pere. Noui qd dicā. Hoc illis pcipe. Habent
diuitias intrinſec⁹ ſupbiā pſuadētes: habēt

diuitias in quibus laborent eſſe humiles.
Luc.19. Da mihi Zacheū habentem magnas diui-
tias: principem publicanorū: confeſſorē pec-
catorum: ſtatura breuem: animo breuiorez:
aſcendentem lignum: vt tranſeuntē videret
qui ꝑ illo pendebat in ligno. Da mihi dicē-
tem: Dimidiū rerum mearū do pauperibꝰ.
Sed multū diues es o zachee: multū diues
es. Ecce dimidiū dabis: Dimidiū q̄re reſer-
uabis? Quia ſi cui aliq̄d abſtuli: quadruplū
C reddo. Sed ait mihi quiſq̃ mēdicus: debili-
tate feſſus: pānis obſitus: fame languidus:
reſpondit mihi ⁊ dixit: Mihi debetꝛ regnuz
Luc.16. celorū: ego enim ſimilis ſum illi lazaro qui
iacebat vlceroſus ante diuitis domum: cu-
ius canes lingebant vlcera: et querebat de
micis que cadebant de menſa diuitis: Ego
illi ſimilior ſum inquit. Noſtrum genus eſt:
cui debetꝛ regnum celorū: non illi generi qui
induuntꝛ purpura ⁊ byſſo: et epulantꝛ quoti-
die ſplendide. Talis enim erat ille ante cu-
ius domū iacebat pauper vlceroſus. Et vi-
dete exitus amboꝝ. Contigit enim mori in-
opem illum: et auferri ab angelis in ſinum
abrahe. Mortuus eſt diues: et ſepultus eſt.
Nam pauper forte nec ſepultus. Et quid
poſtea? Cum apud inferos diues ille in tor-
mentis eſſet: leuauit oculos ſuos: vidit pau-
perem quē contempſerat in abrahe gremio
quieſcentē. Deſiderauit guttam: a quo ille
micam. Et quoniam dilexit opulentiā: non
inuenit miſericordiā. Voluit ſubueniri fra-
tribus ſuis: ſemper vecors: ſero miſericors.
D Nihil omnis qđ poſtulauit: accepit. Diſcer-
namus ergo inq̄ mihi pauperes et diuites.
Quid me ad alia intelligenda exhortaris?
Aperti ſunt pauperes: aperti ſunt diuites.
Audi ergo me de hoc quod ꝓpoſuiſti domi-
ne pauper. Cum illum ſanctū vlceroſum te
eſſe dicis: timeo ne ſupbiendo non ſis quod
dicis: Noli contēnere diuites miſericordes:
diuites humiles. Et vt citius dicam qđ pau
lo ante dixi: Diuites pauperes noli contem-
nere o pauper. Eſto ⁊ tu pauper: pauper: id
eſt humilis. Si enim diues factus eſt humi-
lis: quanto magis paup̄ debet eſſe humilis?
Pauper non habet vnde infletur: diues ha-
bet cum quo luctetꝛ. Audi ergo me: Eſto ve-
rus pauper: eſto pius: eſto humilis. Nam ſi
de ipſa pannoſa ⁊ vlceroſa pauꝑtate glori-
aris: quia talis fuit ille qui ante domū diui-
tis inops iacebat: attendis q̄ꝛ pauper fuit:
et aliud non attendis. Quid inquit atten-
do? Lege ſcripturas: ⁊ inuenies quod dico.
Lazarus pauper fuit: in cuius ſinum leuatꝰ
eſt diues fuit. Contigit inquit mori inopem
illum: ⁊ auferri ab angelis. Quo? In ſinum
abrahe: id eſt in ſecretum vbi erat abrahā.
Nolite enim carnaliter intelligere: qđ velut
in ſinum tunice abrahe leuatus ſit pauper.
Sinus erat: quia ſecretū erat. Unde dicitꝛ:
Redde vicinis noſtris in ſinum eorū: id eſt Pſ.78.
in ſecreta eorū. Quid eſt: Redde in ſinū eo-
rum? Torque conſcientiā eorum. Lege: aut
ſi legere nō potes: audi cū legitꝛ ⁊ vide abra- Gen.13.
ham opulētiſſimū fuiſſe in terra auro: argē-
to: familia: pecore: poſſeſſione: et tñ diues
iſte pauper fuit: quia humilis fuit. Humilis
aūt fuit: Credidit abrahā deo: ⁊ deputatū ē Gen.15.
illi ad iuſticiā. Juſtificatus eſt gratia dei nō
propria ꝓſumptione. Fidelis erat: bene ope-
rabatꝛ. Filium iuſſus eſt imolare: nec cun- Gen.22.
ctatus eſt ei offerre qđ acceperat a quo acce-
perat. Probatus eſt deo: conſtitutus eſt ex-
emplū fidei. Jam deo notus erat: ſed nobis
monſtrandus erat. Non eſt inflatus quaſi i
operibꝰ bonis ſuis: quia pauper erat diues
iſte. Et vt ſcias quia nō eſt inflatus tanq̄ in
bonis operibus ſuis. Sciebat enim qꝛ quic-
quid habebat: a deo habebat: ⁊ nō i ſemet-
ipſo: ſed in domino gloriabatꝛ. Audi paulū
apoſtolū: Si enim abrahā ex operibus iuſti- Ro.4.
ficatus eſt: habet gloriam ſed non ad deum.
Videtis: quia cum abundent pauperes: re- E
cte querimus pauperem. In turba querimꝰ
et vix inuenimus. Occurrit mihi pauper et
quero pauperem. Interim tu manū porri-
ge pauperi quem inuenis. Ex corde queris
quem queris. Tu dicis pauper ſum ſicut la-
zarus: diues iſte meus humilis nō dicit di-
ues ſum ſicut abraham. Ergo tu te extollis:
ille ſe humiliat. Quid inflaris et non imita-
ris? Ego inquit pauper leuor in ſinum abra-
he: Non vides: quia diues ſuſceptor eſt pau-
peris? Si enim ſuperbis contra eos qui ha-
bent pecuniā: negas eos ad regnum celorū
ꝑtinere: cum in eis fortaſſe inueniatur humi-
litas que in te nō inuenitꝛ. Nō times ne tibi
cū mortuꝰ fueris dicat abrahā: Recede a me
quia blaſphemaſti me? Admoneamꝰ ꝗ̄ diui-
tes nros qđ apls admonuit: Nō ſupbe ſape- 1.Timoth.6.
re: neq̄ ſpare i incerto diuitiarū. Admoniti F
ſumꝰ. Diuitie ille q̄s putatis plenas eē deli-
tiarū: pleniores ſūt piculoꝝ. Pauper erat: ⁊

ſecurior dormiebat. Sic nãq; aliꝰ accedebat
ad duram terram: ꝙ ad lectum inargenta-
tum. Attendite curas diuitum: et compara-
te ſecuritati pauperũ. Sed audiat diues iſte
1. Timoth. 6. vt non ſuperbe ſapiat: neq; ſperet in incerto
diuitiarum. Utatur mũdo tanꝙ nõ vtens.
Sciat ſe viam ambulare: et in has diuitias
tanꝙ in ſtabulo intraſſe. Reficiat: viator ẽ:
reficiat ſe ꝛ tranſeat. Non ſecum tollit qđ in
ſtabulo inuenit. Alius viator erit ꝛ ipſe ha-
bebit: ſed non auferet. Omnes hic relicturi
Job. 1. ſunt: quod hic acquiſierunt. Nudus inquit
exij de vtero matris meę: nudus reuertar in
1. Timoth. 6. terram. Audi alium pauperem: Nihil intuli
mus in hũc mundũ: ſed nec auferre aliquid
poſſumus. Uictum ꝛ tegumentũ habentes
his contenti ſimus. Nam qui volunt diui-
tes fieri: incidunt in temptationẽ et deſide-
ria multa ſtulta ꝛ noxia: quę mergunt homi-
nes in interitũ et ꝑditionem. Radix eſt om-
niũ malorum auaricia: quã quidam appeten
tes a fide perrauerunt: ꝛ inſeruerunt ſe dolo-
ribus multis. Qui ſunt iſti qui a fide perra-
uerunt et inſeruerunt ſe doloribus multis?
G Qui volunt diuites fieri. Modo reſponde-
at mihi ille pannoſus. Uideamꝰ ſi nõ vult
diues fieri: videamꝰ: interrogemus eũ ſi nõ
vult diues fieri. Reſpondeat: non mentia-
tur. Audiat linguam: ſed interrogo conſciẽ-
tiam. Dicat ſi non vult fieri: ſi autem vult:
iam incidit in temptationẽ ꝛ deſideria mul-
ta: ſtulta ꝛ noxia. Non enim opes: ſed deſi-
deria. Unde? Quia vult diues fieri. Quid
inde? Deſideria multa ꝛ ſtulta et noxia: quę
mergunt homines in interitũ ꝛ ꝑditionem.
Uides vbi ſis? Quid mihi oſtentas nullas
facultates: cum ergo vincã tantas cupidita
tes? Ecce iam compara duos: Iſte diues ẽ:
ille pauper. Sed iſte diues eſt: iam eſt: non
vult fieri: iſte diues eſt: aut de parentibus:
aut de donis et hereditatibus. Ponamus:
faciamus. Diues eſt etiam de iniquitatibꝰ:
iam nõ vult addere: impoſuit modum: fixit
limitem cupiditati: iam corde militat pieta-
ti. Diues inquis. Reſpõdeo: Diues eſt. Ite
rum tu accuſator reſpondes ꝛ dicis: De ini-
quitate diues eſt. Quid ſi facit amicos de
mãmona iniquitatis? Dominꝰ nouerat qđ
dicebat. Utiq; non errabat: quando ꝑcipie
Luc. 16. bat: Facite vobis amicos de mãmona ini-
quitatis: vt ꝛ ipſi recipiant vos in taberna-
cula ęterna. Quid ſi hoc facit iſte diues? Iã

finit cupiditatem: exercet pietatem. Tu ni-
hil habes: ſed diues vis fieri: incides in tem
ptationẽ. Sed forte inde factus es pauperri
mus ꝛ egentiſſimus: quia neſcio quid habe
bas paternum quod te ſuſtentaret: ꝛ calum-
nia aliqua competitoris abſtulit. Genꝰ au-
dio: tempora accuſas. Quod genus ſi poſ-
ſis facis. An non videmus: an non quotidi-
anis exemplis plena ſũt omnia? Heri geme-
bat quia ꝑdebat ſua: hodie pergens ad ma-
iorem rapit aliena. Inuenimus verum pau H
perem: inuenimus pium: humilẽ: non de ſe
fidentem: pauperẽ virum: membrũ paupe-
ris: qui ꝓpter nos pauper factus eſt cum 2. Cor. 8.
diues eſſet. Uide diuitem noſtrũ: qui ꝓpter
nos pauper factus eſt cum diues eſſet. Uide
illum diuitem. Omnia per ipſum facta ſunt Joh. 1.
ꝛ ſine ipſo factũ eſt nihil. Plus eſt aurum fa
cere ꝙ habere. Diues es auro: argento: pe-
core: familia: fundis: fructibus: tibi iſta crea
re non potuiſti. Uide illum diuitem: Om-
nia ꝑ ipſum facta ſunt. Uide illum paupe-
rem: Uerbũ caro factum eſt: et habitauit in
nobis. Quis digne cogitat diuitias eius?
Quomodo faciat qui nõ fit: quomodo cre-
et non creatus: formet non formatus: muta
bilia manẽs: tẽporalia ſempiternus? Quis
digne cogitat diuitias eius? Paupertatem
cogitemus: ne forte pauperes vel ipſam ca-
piamus. Concipitur vtero virginali: inclu- Luc. 1. et. 2.
ditur viſceribus matris. O paupertas. In
anguſto diuerſorio naſcit̃: inuolutus in fan-
tilibus tegumẽtis in ꝓſepio ponit̃. Fit ciba
ria iumẽtis paupibꝰ: deinde cęli ꝛ terrę dñs.
Creator angelorũ: omniũ viſibiliũ et inuiſi-
biliũ effector ꝛ conditor: fugit: vagit: nutrit̃:
creſcit: tolerat ętatem: occultat maieſtatem.
Poſtea tenet̃: cõtemnit̃: flagellat̃: illudit̃: cõ Matth. 27.
ſpuitur: colaphizatur: ſpinis coronat̃: ligno
ſuſpenditur: lancea perforat̃. O paupertas.
Ecce caput pauperũ qđ requiro: cuiꝰ pauperis
mẽbrũ inuenimꝰ virũ pauperẽ. Breuiter ꝙ- I
ramꝰ pupillũ: q: in paupe requirendo fatigati
ſumꝰ. Dñe ieſu: pupillũ ꝙro. Fatigatꝰ ꝙro ci
to reſpõde vt inueniã. Ne vobis dicat̃ inqt
patrẽ in terra: Inuentꝰ eſt pupillꝰ iſte. Oret
pupillus iſte. Audiamus eũ: ꝛ imitemur eũ.
Quę eiꝰ ẽ oratio? Qm̃ pater meꝰ ꝛ mater mea Ps. 26.
dereliquerũt: dñs autẽ aſſũpſit me. Si ergo
beati pauperes ſpiritu qm̃ ipſorũ eſt regnũ Matth. 5.
cęlorum: tibi derelictus eſt paup. Si pater meꝰ Ps. 9.
ꝛ mater mea dereliquerũt me: dñs aũt aſſũ-

pſit me: pupillo tu eris adiutor.

## Item eodem die Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Johannem: Facta ſunt encenia in hieroſolymis ꝛc. que habet in expoſitione doctoris Ibidem.

Joh. 10.

## Feria quinta poſt dominicã paſſionis: De aduerſitate temporali: Sermo I

Ser. C.XI.

A Quotiẽs fratres chariſſimi aliquę aduerſitates veniũt: quotiẽs aut hoſtilitas aut ſiccitas aut mortalitas iuſto dei iudicio nobis fuerint irrogata: non eiꝰ iniuſticię ſꝫ nr̃is ſꝫ peccatꝭ imputare debemus. Quia ſic dicit apłs: Nõ iniquꝰ eſt deꝰ q̃ infert irã. Multoꝝ em̃ malis morībꝰ atq; clamorībꝰ exagitatꝰ ẽ mũdꝰ. Et vt hoc oẽs intelligere poſſint: apertiꝰ charitati vrę inſinuo ſic ſunt boni ꝛ mali: quõ ſi duo vaſa ſint plena: ꝛ vnũ habeat putredinẽ: ꝛ aliõ aromata p̃cioſa cũ vno ventilabro ventilata. Illud vas vbi fuerint aromata odoꝛẽ deſiderabilem: aliud autẽ fctoꝛẽ intolerabilem reddit: Ita ſimul boni atq; mali indiſcrete quidem

Ro. 3.

B turbati: ſed alto dei iudicio ſepati. Quotiẽs aliqua tribulatio i mũdũ venerit q̃ boni ſũt velut ſancta vaſa gr̃as agũt deo q̃ eos caſtigare dignat̃. Illi ỽo q̃ ſunt ſupbi: luxurioſi: cupidi: blaſphemant ꝛ murmurãt ꝯ deũ dicentes: O deus q̃d tanti mali fecimꝰ vt talia patiamur. Vñ ſepe fit vt infelices iſti amore huiꝰ vitę obligati: nec iſtã tenere poſſint: ꝛ illã ſempiternã de qua fugiet doloꝛ ꝛ gemitus amittãt. Et qõ peius eſt nec iſta mala p̃ſentia poſſũt euadere: ſꝫ ad illa q̃ ęt̃na mala ſũt eorũ crimia eos faciũt puenire. Nõ inſultano ſꝫ gemẽs ꝛ dolens hęc dico. Ecce ſicut leo q̃ ſupbo ꝛ rebelli ſpũ emẽdare ſe noluerit: implet̃ illud qõ ſcriptũ eſt: Qui i ſordibꝰ eſt ſordeſcat adhuc. Juſtus aũt iuſtioꝛa faciet: ꝛ ſanctus ſanctioꝛa. Non em̃ ſpes bonoꝝ in iſto eſt mundo poſita. Spes em̃ q̃ videt̃: ait apłs: nõ eſt ſpes: Em̃ ꝛ ipſa ſpes mũdana q̃ videt̃ in amaritudine vera eſt. Amarã em̃ potionẽ mũdus ſuis dilectoꝛibꝰ ppinat. O

Apoc. 22.

Ro. 8.

C infelicitas generis hũani. Amarꝰ eſt mũdus ꝛ diligit̃: putas ſi dulcis eſſet q̃liter amaret̃? Vos alloquit̃ veritas dilectores mũdi: vbi eſt qõ amaſtis: vbi eſt qõ p magno tenebatis: vbi eſt qõ dimittere nolebatis: vbi ſunt tot regiones: vbi tantę ſplẽdidiſſimę ciuitates. Lugẽdo potiꝰ iſta dicta ſunt q̃ inſultando. Magno affectu iſta deputarent̃ ſi tantũ mõ audirent̃. At cũ oculos nr̃os dira calamitas ꝛ obſidionis pcuſſerit: ꝛ nunc tp̃e moꝛtalitatis affligat moꝛtuoꝛum hoĩm ſepeliẽdis coꝛpoꝛibus: vix illi q̃ remanere videbant̃ occurrerent. Conſiderãtes etiã illa mala q̃ iuſto dei iudicio illata ſunt: quando totę prouincię in captiuitatẽ ductę ſũt: ſuſtinuimus matreſfamilias abductas: pꝛegnãtes abſciſas et nutrices auulſis e manibus paruulis atq; in vias piectis: nec viuos ipſos filios retinẽ: nec moꝛtuos pmiſerũt ſepelire. Cruciatus magnꝰ ꝛ doloꝛ: timoꝛ et hoꝛroꝛ toꝛtores coꝛdis pariter inſiſtebãt: maxime cum a talibꝰ fęminis hoc impia barbarica exigebat potentia: vt quę ſe ſciebat multoꝝ mãcipiorũ fuiſſe dominã: barbaroꝝ ſe ſubito ſine vllo p̃cio lugeret ancillã. Sic impletũ eſt i nob illud qõ dictũ eſt p pphetã dauid: Vendidiſti populũ tuũ ſine precio: ꝛ nõ fuit multitudo in cõmutatiõibꝰ eoꝝ. Dura a delicatꝭ et a nobilibus mulieribus ſeruitia ſine vlla miſeratione humanitatis a barbaris exacta ſunt. Strepitus clamoꝛis huius in auribus noſtris vrget: dum talia audimus atq; videmus. Nũquid ferreę ſunt carnes hominũ: etiã ſi ſeruus ferreus l aliquibus inueniat̃? Quis iſta audiẽs vidẽſq; nõ doleat? Vnde cum ppheta dicere poſſumus: Quis dabit capiti meo aquam aut oculis meis fontem lachꝛymaꝝ: ꝛ ploꝛabo die ac nocte interfectos filię pp̃li mei? Nõ ſolum moꝛtẽ coꝛpoꝛũ: verũ etiã aĩaꝝ. Chꝛiſtianis loq̃mur: multos cog̃uimus in iſta vaſtatione ſine ſacramẽto baptiſmi ex ipſa vita fuiſſe ereptos atq; inter vaſa irę relictos. Quis luctus idoneꝰ: quis planctus celſioꝛ inueniri poteſt: quando ſic exarſit ira omnipotentis vt repelleret etiam tabernaculũ ſuum in quo habitauit i hominibus? Et ille etiam qui vnico filio ſuo n̄on pepercit: ſed p nobis omnibꝰ tradidit illũ: nec preciũ tanti ſanguinis attenderit: nulli eccleſię: nulli clero: nullę ſacratę virgini: nulli parcere ciuitati. Nos ỽo fratres chariſſimi quibus dominꝰ non pro noſtris meritis parcere: ſed adhuc ad pęnitentiã reſeruare dignat̃: nõ ſine grãdi timoꝛe debemꝰ cõſiderare q̃ hęc omibꝰ nobis p̃bent̃ exempla. Et ideo illoꝝ moꝛs pficiat ad nr̃aꝫ ſalutẽ: eoꝝ tribulatio ſit nr̃a coꝛreptio. De alioꝝ plagis

Pſ. 43.

Hiere 9.

Ro. 9.

Ro. 8.

D

faciamus medicamenta vulneribus noſtris.
Et ſemper timeamus quod domin⁹ in euã-
Luc. 13. gelio dixit: Putatis ꝙ hi galilei pre omni-
bus pctõres fuerint quoniã talia paſſi ſunt:
Non dico vobis ſed niſi penitentiã egeritis
omnes ſimilit̃ peribitis. Et ideo qui ſolebat
eſſe luxurioſus ſit caſtus: qui ſupbus ſit hu-
milis: qui erat inuid⁹ ſit benign⁹: qui p frau-
des vel calũnias ſolebat res alienas rapere:
incipiat de ſuis largiores elemoſynas dare.
Nimis delicatũ eſt qđ a nobis requirit dñs
noſter frẽs chariſſimi: nõ dixit nobis ieiuna
te plus ꝙ poteſtis: ꝛ pluſ ꝙ vires veſtre ſuf-
ferunt vigilate. Nõ nobis dicit: a vino vel a
carnib⁹ abſtinete. Nõ a nobis iſta requirũt:
ſed hoc dignat̃ iniungere qđ oẽs hoies poſ-
ſunt cũ ipſius grã ſine grãdi labore cõplere.
Sed qđ peſſimũ eſt: mlti ſunt qui duriſſimũ
ꝛ amariſſimũ auaricie iugũ cũ multis labo-
rib⁹ volũt ferre: ꝛ dulce iugũ chriſti ꝛ onus
eius leue: diſſimulãt hũeris ſuis imponere:
Malũt cũ multis peccatis ſub ſarcina gra-
Matth. 11. ui ſuccũbere ꝙ iugũ chriſti qđ eos poteſt in
celũ eleuare ſuſcipe. Uos vo frẽs nobiſcum
ſapient̃ ꝛ fideliter cogitãtes dirũpatis a cer-
uicibus vr̃is durũ ꝛ aſperũ auaricie iugum:
et iugũ chriſti ſuauiſſimũ vr̃is humeris im-
Phil. 3. ponẽtes: ſm aplm: conuerſationẽ veſtrã le-
uãtes in celũ: vt cũ chriſtus apparuerit vita
Col. 3. veſtra tũc ꝛ vos cũ ipſo appareatis i gloria:
qđ ipſe preſtabit in ꝛc.

### Item eodem die: Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Luc. 7. Lucã: Rogabat ieſum quidã phariſeus ꝛc. que habet̃ in libro Quinquaginta homeliarũ. xxiij.

### Feria ſexta poſt dominicã paſſionis: De ſtudio ſapiẽtie ꝛ meditatione legis dei: Ser. C. XII. Sermo I

A O Portet frẽs chariſſimi vt mũdo cor-
de ꝛ caſto corpore ſapientiã diuinã
diſcere diligatis: et intelligere appe-
tatis: qꝛ ipſa cognitio dei ſe fideliter q̃renti-
bus et inſtanter meditãtib⁹ tribuit. Cogni-
tione aũt dei nihil meli⁹ eſt: qꝛ nihil beatius
eſt: ꝛ ipſa vera beatitudo eſt. Unde ꝛ ſalua-
Job. 17 tor ad patrẽ ait: Hec eſt aũt vita eterna: vt
cognoſcãt te vnũ verũ deũ: ꝛ quẽ miſiſti ie-
ſũ xp̃m. Hui⁹ q̃ ſapiẽtie noticia q̃liter adipi-
ſcat̃ audite. Primo oĩm q̃rendũ eſt homini
q̃ ſit vera ſciẽtia: veraq ſapientia: qꝛ ſapien- 1. Cor. 3.
tia huius ſeculi ſtulticia eſt apud deũ. Sciẽ-
tia vera eſt a diaboli ſeruitio qđ ſunt pecca-
ta recedere: ꝛ ſapientia perfecta eſt deũ cole-
re ſcđm mandatorꝫ illius veritatẽ: qꝛ in his
duobus vita beata acquirit̃: ſicut pſalmiſta
ait: Diuerte a malo ꝛ fac bonũ. Nec etiã ſuf- Ps. 33.
ficit cuiq mala nõ facere niſi etiam bona fa-
ciat: nec bona facere niſi etiã mala omittat.
Omĩs ergo qui ſic ſapiens eſt: proculdubio
beatus erit in eternũ. Beata ſiquidẽ vita ẽ:
cognitio diuinitatis. Cognitio diuinitatis:
virtus boni operis eſt: virtus boni operis:
fructus eſt eterne beatitudinis. Adhuc ergo B
bonũ habemus ſolatiũ diuinarũ lectionem
ſcripturarꝫ: qꝛ ſacrarꝫ lectio ſcripturarꝫ diui-
ne eſt precognitio non parua beatitudinis.
In his eñ quaſi in quodã ſpeculo homo ſe-
ipſum conſiderare poteſt qualis ſit: vel quo
tendat. Lectio aſſidua purificat oĩa: timo-
rem incutit gehenne: ad gaudia ſuperna cor
inſtigat legẽtis. Qui vult cum deo ſemper
eſſe: frequẽter debet orare ꝛ legere. Nam cũ
oramus: ipſi cum deo loquimur: cũ vo legi-
mus: deus nobiſcum loquit̃. Geminũ con-
fert donũ lectio ſanctarũ ſcripturarũ: ſiue qꝛ
intellectũ mentis erudit: ſeu qꝛ a mundi va-
nitatibus abſtractũ hominẽ ad amorem dei
pducit. Labor honeſtus eſt lectionis: ꝛ mul-
tũ ad emundationẽ animi proficit. Sicut eñ
ex carnalib⁹ eſcis alitur caro: ita ex diuinis
eloquijs interior homo nutrit̃ ꝛ paſcit̃: ſicut
pſalmiſta ait: Q dulcia faucibus meis elo- Ps. 118.
quia tua dñe: ſup mel ꝛ fauum ori meo. Sed
ille beatiſſim⁹ eſt qui diuinas ſcripturas ver-
tit in opera. Omnes plane ſcripture ſancte C
ad noſtrã ſalutẽ ſcripture ſunt: vt pficiamus
i eis i veritatꝭ agnitionẽ. Sepi⁹ cecus offen-
dit ꝙ vidẽs: ſic ignorãs legẽ dei ſepi⁹ igno-
rant peccat ꝙ ille q̃ ſcit. Sic cec⁹ ſine ducto-
re: ſic hõ ſine doctore viã rectã vix gradit̃. Et
ideo frẽs chariſſimi quicũq ex vob lectiões
ſacras legere et intelligẽ poſſint: i his ſtudiũ
impẽdãt: vt earꝫ frequent̃ meditatõe vtant̃.
Qui vo ſenſum locutiõis ſacre ex lectiõe nõ
poſſint pcipere: attenti⁹ audiãt interp̄rantẽ:
vt recipiãt ſaltẽ inde edificatioꝫ. Cũ vo ma-
giſterio celeſti inſtructi quid faciendũ: qđ ve
vitandũ ſit dilectiſſimi accipiatis: nõ ſit mo-
ra in faciẽdo: qđ int⁹ ſapiatis intelligẽdo: qꝛ
vt beatus paulus aplus ait: Nõ auditores Ro. 2.
legis iuſti ſũt apud deũ: ſed factores legis.

Luce.12. Et ipſa veritas ait: Seruus qui ſcit volũtatem domini ſui ⁊ non facit: vapulabit multis. Item alibi ſcriptũ eſt: Scienti bonum ⁊ Iacobi.4. non facienti: peccatũ eſt illi. Itaqꝫ omni diligentia ſtudete vt cognoſcatis voluntatem dei. Poſtq̃ aũt cognoueritis voluntatẽ eiꝰ: ſummo niſu cõtendite: vt hanc faciatis implẽtes mandata illius: ⁊ inſtanter depoſcite vt in hoc pſeuerantes pueniatis ad ꝓmiſſa illius. Ad qḋ nos adiuuare dignet᷑ ipſe qui p ſuam bonitatem nos vocauerat: ⁊ p ſuam gratiã liberauerat: quiqꝫ bene certantibus celeſtia regna ꝓmiſerat ieſus chriſtus dominus noſter: qui viuit et regnat cum deo patre ⁊ ſpũſancto: p oĩa ſecula ſeculoꝝ: Amẽ.

## Item eodem die Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Johanne: Collegerunt pontifices et phariſei conſiliũ aduerſus ieſum ⁊c. que habet᷑ in expoſitione doctoris Ibidem.

Joh.11.

## Sabbato poſt dominicã paſſionis: De vita mortali et immortali: Sermo I

Ser.CXIII.

A
D Ixit dñs cuidã adoleſcenti: Si vis venire ad vitam ſerua mãdata. Nõ dixit: Si vis venire ad vitã eternã: ſ ſi vis venire ad vitam: eam definiens vitã que fuerit eterna vita. Huius ergo vite amorem nos pnitus cõmendemꝰ. Etenim amat᷑ et qualiſcunqꝫ vita iſta: ⁊ ipſam qualẽcunqꝫ erũnoſam: miſerã finire homines timent et paueſcunt. Hinc videndum eſt: hinc cõſiderandum eſt quẽadmodum amanda ſit eterna vita: quando ſic amat᷑ miſera iſta: ⁊ qñqꝫ finienda vita: conſiderate fratres quãtum amãda ſit vita vbi nunq̃ finies vitã. Amas ergo iſtam vitam: vbi tantũ laboras: curris: ſatagis: anhelas: et vix enumerant᷑ que neceſſaria ſunt in miſera vita: ſeminare: arare: nouellare: nauigare: molere: coquere: texere: ⁊ poſt hec oĩa finire habes vitã. Ecce q̃ pateris in miſera iſta quã diligis vitã: ⁊ putas te ſemp victurũ ⁊ nunq̃ moriturũ. Templa ſaxea: marmorea: ferro plũboqꝫ conſolidata tamen cadunt: ⁊ homo ſe nunq̃ putat moriturũ. Diſcite ergo fratres querere eternam vitã: vbi iſta nõ tolerabitis: ſed in eter- B num cũ deo regnabitis. Qui eñ vult vitã: ſicut dicit propheta: diligat videre dies bonos. Nam in diebꝰ malis mors potius optatur q̃ vita. Nonne audiuimus ⁊ vidimus homines in aliquibꝰ tribulationibꝰ ⁊ anguſtijs: cõflictationibus ⁊ egritudinibus dum ſunt cõſtituti ⁊ vidẽt ſe laborare: nihil aliud dicere: Deus mitte mihi mortẽ: accelera dies meos? Et quãdo venit egritudo: curꝛit᷑: adducunt᷑ medici: ſolidi ⁊ munera ꝓmittuntur. Dicit tibi ipſa mors: Ecce aſſum quam pauloante a domino petebas: Quid mihi modo fugere vis? Inueni te falſatorẽ et miſere vite amatorẽ. De his aũt diebus quos agimus apoſtolus ait: Redimẽtes tempus quoniã dies mali ſunt. Non ergo ſunt mali dies quos agimus in corruptela huius carnis i tanta vel ſb tanta ſarcina corruptibilis corporis: inter tantas temptatiões: int̃ tantas difficultates: vbi falſa voluntas: nulla ſecuritas gaudij: timor torquẽs: cupiditas auida: triſticia arida? Ecce q̃ malos dies et nemo vult finire ipſos dies malos: multũqꝫ hinc rogant homines deum vt diu viuant. Quid eſt autẽ diu viuere: niſi diu torqueri? Quid ẽ aliud diu viuere q̃ malos dies malis diebus addere? Et cũ creſcunt pueri: q̃ſi accedunt illis dies: et neſciunt q2 minuunt᷑: et ipſa eſt falſa cõputatio. Creſcentibus eñ decedunt dies potius q̃ accedunt. Conſtituit alicui homini nato: verbi gratia: octoginta annos: quicquid viuit de ſumma minuit: ⁊ inepti hoĩes gratulant᷑ plurimis natalicijs: tam ſuis q̃ filioꝝ ſuorum. O virum C prudentẽ: ſi tibi vinum minuat᷑ in cupa triſtaris: dies perdis ⁊ gaudes? Mali ergo ſũt dies: ⁊ eo peiores: q2 diligunt᷑. Sic blandit᷑ hic mundus vt nemo velit finire erũnoſam vitam. Vera eñ vita vel beata hec: cum reſurgimus ⁊ cum chriſto regnabimus. Nam ⁊ impij reſurrecturi ſunt: ſed in ignem ituri. Vita itaqꝫ non eſt niſi beata. Et beata vita eſſe nõ poteſt niſi eterna: vbi ſũt dies boni: nec multi: ſed vnus. Ex cõſuetudine huius vite appellati ſunt dies. Dies ille neſcit ortũ: neſcit occaſum. Illi diei non ſuccedit craſtinus: quia eum non p̃cedit heſternus. Hunc diem vel hos dies ⁊ hanc vitam ⁊ verã vitã in ꝓmiſſis habemus. Alicuius ergo operis merces eſt. Si enim mercedem amamus: in opere non deficiamus ⁊ in eternũ cum chriſto regnabimus.

Matth.19. Eph.5.

107

Item eodem die Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Johannẽ: Subleuatis ieſus oculis in celũ dixit: Pater venit hora rc. que habet in expoſitiõe doctoris Ibidem.

Joh. 17.

## Dominica in Ramiſpalmarũ de paſſione domini: Sermo I

Ser. C.XIIII

A Dmonet vos fratres chariſſimi ad ſolennitatẽ dominice paſſionis: ipſe in quo eam nec muta elementa tacuerunt. Celebret eam lux fidei linguis hominũ quã clamauerunt etiã ſilentia tenebrarũ. Hodie dñs noſter i ſtatera crucis preciũ noſtre ſalutis appendit: z vna morte vniuerſum mundũ ſicut omniũ cõditor: ita omniũ reparator abſoluit. Indubitanter enim credamus q totum mundum redemit: qui plus dedit q̃ totus mũdus valeret. Meritum enim redempte mercedis dignitas inſignia pcij ſupgreſſa eſt. Inter redemptũ z redimentẽ diſpenſatio fuit: compenſatio non fuit. Qui ergo non habebat peccata ppria: digne deleuit aliena. Solus hic pia victima p omnibus cecidit: vt omnes leuaret. Et qr debiti ſolus non habuit: recte fenus miſericordie pro debitoribus erogauit. Perpende inter hec qui talẽ pro nobis dedit pecuniaz: qualem a nobis ſit exacturus vſurã. In hac itaq3 die fides pphetice annũciationis impleta eſt: ita dicẽtis: Corpus meũ dedi pcutientibus z genas meas vellẽtibus: faciem meã nõ auerti a feditate ſputorũ. Suſcepit mala noſtra: vt tribueret bona ſua. Hinc intelligamus quãtũ hominẽ diligere dignat ſit ante culpam: quẽ ſic diligit poſt ruinam. Agnoſce homo quãtum valeas: et quãtum debeas: z dum tantã redemptiõis tue pſpicis dignitatẽ: ipſe tibi indicito peccandi pudorem. Ecce pro impio pietas flagellat: pro ſtulto ſapientia illudit: pro mẽdace veritas necat. Damnat iuſticia p iniquo: miſericordia afficitur p crudeli. Pro miſero repletur ſinceritas aceto: inebriat felle dulcedo. Addicit innocẽtia p reo: morit vita p mortuo. Expauit ſcelus hominũ natura rerũ: z quez creatura rebellis non agnoſcit: eum mundi dominũ tremens terra teſtat: et celi regẽ ſol fugiens cõfitet. Chlamyde coccinea induit: quia ſanguine martyrũ ſuorũ eccleſie corp ornat. Corona ſpinea capiti eius imponit: quia punctio peccatorũ noſtrorũ quorũ remiſſione redemptoris gloria ſtruitur: aridis tribulis comparat. Studeam nunc e diuerſo: vt membrorũ vita capitis ſit corona. Qđ ſe ſitire ſe i cruce poſitus dicit: fidem incredule gentia concupiſcit. Sed ecõtra acetum malicie porrigunt: quia vinũ ſapientie qđ a deo acceperãt peccando corruperãt. Velum templi ſcindit: qa ſynagoga honore nudat. Obſeruatio antiqua diſſoluit: eccleſie vnitas ſmonſtrat. Monumenta aperiunt: qa mortis iura iure ſuperant. Laxata ſede tartarea a domino rerũ pfunde noctis clauſtra reſerant: z quẽ homines nõ recipiunt: inferi deũ eſſe cognoſcũt. Qz autẽ triginta argenteos iudas venditor pphan refudit: indicabat nihil ſibi chriſti preciũ pfuturũ: ſed ſalutis beneficiũ ſcelere ſuo alijs conferendum. Videamus quid hoc refuſo precio emptũ eſſe eloquia diuina teſtant. Emerunt inquit ex eo agrũ figuli in ſepulturã pegrinorũ. Figulus chriſtus eſt: ager chriſti eccleſia: acquiſitio peregrinorũ populus gentiũ. Supeſt chariſſimi vt agri hui quotidiani atq3 perpetui ſtudeamus eſſe cultores: ſeminemus i eo frugem bone cõſcientie: vt cum tempus meſſis: id eſt cõſummationis z dies reddende rationis aduenerit: cum ſecuritate z exultatione bonorũ operũ manipulos reportemus: z poſt cõtritionem ieiuniorũ preſentis quadrageſime laudabiliũ actuum candore veſtiti z indumẽto caſtitatis ornati: ad feſta futura pcedam: z paſcha illud eternũ piorz inſerti concilijs celebremus: pſtante domino noſtro ieſu chriſto qui cum patre z ſpiritu ſancto viuit z regnat i ſecula ſeculorz: Amẽ.

Eſa. 50.

B

Matth. 27.

C

## In eadem dominica: De traditione ſymboli: Sermo II

Ser. C.XV

A Symbolũ qđ vobis tradituri ſumus fratres chariſſimi cõprehenſio eſt fidei nr̃e atq3 pfectio. Simplex: breue: plenũ: vt ſimplicitas conſulat audientiũ ruſticitati: breuitas memorie: plenitudo doctrine. Qđ enim grece ſymbolũ dicit: latine collatio noiat. Collatio itaq3 deo: qr collata in vnum totius catholice legis fides ſymboli colligit breuitate. Cui textũ vobis modo deo annuente dicem. Petrus dixit: Credo in deũ patrẽ omnipotentẽ. Johãnes dixit:

Creatorem celi ꝛ terre. Jacobus dixit: Credo ꝛ in ieſum chriſtū filium eius vnicum dominū noſtrū. Andreas dixit: Qui cōceptus eſt de ſpirituſancto: natus ex maria ꝟgine. Philipꝰ ait: Paſſus ſub pontio pilato: crucifixus: mortuus et ſepultus. Thomas ait: Deſcendit ad inferna: tertia die reſurrexit a mortuis. Bartholomeus dixit: Aſcendit ad celos ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Mattheus dixit: Inde venturus iudicare viuos ꝛ mortuos. Jacobus alphei: Credo et in ſpiritūſanctū ſanctam eccleſiam catholicam. Simon zelotes: Sanctorū communionē: remiſſionē peccatorū. Judas iacobi: Carnis reſurrectionē. Matthias com-

B pleuit: Uitam eternam amen. Audite ergo fratres chariſſimi redemptoris noſtri vocē

Pſ.33. per ꝓphetam dicentem: Uenite filij audite me: timorē domini docebo vos. Filios vocat: quos ī gremio eccleſie collocat. Nec eñ poteſt mater vocari: niſi filios procreauerit. Ergo chariſſimi ad genu ꝑremiū vos inuitari cognoſcite: qui fideliter cum dei adiutorio lauacrum aque vitalis accepiſtis vel qui expetitis: vt cum ad ſacrum fontem vel veram penitentiā ꝑueneritis: per ſpiritū ſanctum ſalutaris ꝛ celeſtis vos vnda ꝑfundat. Ideo ꝗ chariſſimi huius myſterij ſacramentū ſicut fide cōcepimus ꝛ corde credimus: ꝑ-

C fectis vocibus declaremus. Credo in deum patrem omnipotentē: ꝛ reliqua ſicut ſupra. Ergo dilectiſſimi hec verba non humana ſed domini ſunt celeſtia ſacramenta: que in veſtris cordibus ipſius miſericordia ꝓſtante reſideant: vt gratiā domini incorruptā ꝛ immaculatā vſ ad finem ꝑcipiatis. Repetimus adhuc chariſſimi ſymbolū: vt cum myſterio cōueniat trinitatis. Credo in deū. Credendū nobis eſt fratres chariſſimi in deum patrē: ita ꝛ in ieſum chriſtū filiū eius. Pater ſine filio credi nō poteſt: quia licet diſtincta ſit in eis ꝑſonarū ꝓprietas: tamē vna eſt et indiſcreta maieſtas. Sicut totū ergo potuit ſemꝑ pater: ita totū poteſt ſemꝑ filius. Qui cōceptus eſt de ſpirituſancto: natus ex maria virgine. Sacramentū hic ſuſcepti corporis demonſtratur: vt quē ante ſecula pater genuit: in fine iā ſeculi maria virgo ſpirituſancto inſpirante cōcepit. Et ideo de ipſa domi-

Luc.1. ni matre angelus gabriel dicit: Spirituſſanctus ſuperueniet in te: ꝛ virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ad excipiendū eñ dominice maieſtatis aduentū: neceſſe fuit vt humane infirmitati diuinū adeſſet auxiliū. Sancta eñ maria vt virgo peperit: ita virgo concepit. Qualiter hec aut quomodo ſalua virginali integritate ꝑfecta ſit: credere magis ꝙ enarrare poſſumꝰ. Fidei in his plurimū licet: ſermoni parū. Paſſus ergo ſub pontio pilato: D crucifixus: mortuus ꝛ ſepultus. Deſcēdit ad inferna: tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcēdit ad celos ſedet ad dexterā dei patris. Sedere ad dexterā patris dicitur: nō vt dicatur maior: ſed vt oſtēdatur equalis. Hec omnia teſtimonia ſunt dominice paſſionis: vt dominū ieſum chriſtū ſicut vere paſſum et vere mortuū: ſic vere reſurrexiſſe ꝛ triumphaſſe credamus. In quo nobis chriſtus dominus reliquit exemplū: vt ſicut eum non dubitamus natū ꝛ mortuū ꝛ reſurrexiſſe et viuē: ita nos quo ſicut natos ꝛ mortuos eſſe nouimus: ſic poſt mortē reſurrecturos et in eternū eſſe victuros noſcamus. Sequitur: Inde venturꝰ iudicare viuos et mortuos. Credo et in ſpiritūſanctū: Utiq vt equalis credulitas dei patris ꝛ filij ꝛ ſpūſſancti equalem oſtēderet poteſtatē. Credo ſanctā eccleſiā catholicā. Bene ſymbolū eccleſiam catholicā nominauit ꝛ ſanctā: quia multe eccleſie hereticorum ſunt: ſed que non eſt catholica nec ſancta dici poteſt. Sequitur: Sanctorum cōmunionē. Credentes ergo ſanctā eccleſiam catholicā ſanctorū habentes cōmunionē: quia vbi eſt fides ſancta: ibi eſt ꝛ ſancta cōmunio: credere vos quo in corpore reſurrectionem ꝛ remiſſionē peccatorū oportet. Omne ſacramētum baptiſmi in hoc conſtat: vt reſurrectionem corporū ꝛ remiſſionē peccatorū nobis a deo ꝓſtanda credamus. Supeſt vt cuiꝰ audiſtis paſſionē: audiſtis aſcenſionē: audiſtis iudiciū: quotidie expectetis aduentū.

## In eadem dominica: Ad competentes: Sermo III

Sermo C.XVI.

A

Hodie fratres chariſſimi ſpecialiter ad cōpetentes hūilitatis noſtre ſermo dirigitur. Et ꝙuis omibꝰ etiā fidelibus baptizatis admonitio noſtra cōueniat: ꝛ vnuſquiſ qui de anime ſue ſalute ſollicitudinē gerit vnde ꝓficere poſſit: credimꝰ ꝗ in iſta humili ſuggeſtione noſtra reperiat: peculiariter tamē eos qui nunc baptiſmi ſacramenta deſiderant volumus admonere.

Primũ ergo competentes iſti: quare hoc nomine vocent agnoſcant. Competentes dicunt ſimul petentes: quomodo conſedẽtes nihil eſt aliud niſi ſimul ſedẽtes: ꝛ colloquẽtes nihil aliud eſt: niſi ſimul loquentes: concurrentes ſine dubio non intelligunt: niſi ſimul currentes: ita ꝛ competẽtes nõ poſſunt aliud intelligi niſi ſimul petentes. Ecce iam quare hoc nomen cõpetentes habeant: diximus. Nunc vero iſti qui ſimul petunt: debent ſcire quid petunt. Quid ergo petunt q̃ baptiſmi ſacramenta deſiderant? Quid vtiq̃ niſi vt qui erant vaſa diaboli mereantur effici vaſa chriſti? Totum in nobis ſpiritaliter implet miniſterijs angelorũ. Ideo rogo

B vos ꝛ cõmoneo omnes competentes: ꝛ conteſtor ſimul ꝛ annũcio: vt cum dei adiutorio in iſtis diebus vſq̃ ad paſcha: diligenter ꝑſcrutemini conſcientias veſtras: ne forte ſit vel vnus homo contra quem odium in corde teneatis. Si enim ille qui baptizandus eſt: iracũdiam vel odium in corde reſeruat: neſcio ſi i eo gratia diuina proficiat. Dicturus eſt enim: Dimitte nobis debita noſtra: ſicut et nos dimittimus debitorib⁹ noſtris. Et ſi hoc in eo futurum eſt qđ ipſe orat: quidupereſt niſi quõ ipſe dimiſerit: ſic ei iuſticia diuina dimittat? Scđm illud quod domin⁹ ipſe dixit: Date ꝛ dabit vobis: Dimittite: ꝛ dimittetur vobis. Ac ſic qui non dimiſerit: ipſe contra ſe ianuã diuinę miſericordię claudit: dicendo: Dimitte nobis debita noſtra: ſicut ꝛ nos dimittim⁹. Primo ergo hoc ſpecialiter competentes ottendant: ne vllũ hominẽ odio habeant. Secũdo interrogent cõſcientias ſuas: ꝛ ſi alicui vt euenire ſolet fecerunt iniuriam: cito veniam petant. Tertio ſi aut per furtũ aut per falſum teſtimoniũ aut per aliquã calliditatem aut per ſtateras doloſas vel menſuras duplices cuicũq̃ aliqđ abſtulerũt: ſi ſcđm exemplũ Zachęi nõ poſſunt in quadruplum: vel ſimplo reſtituant. Nam neſcio qua fronte gratiã diuinę miſericordię ſe credit poſſe accipere: qui res alienas quas male abſtulit diſſimulat reformare.

C Sed forte hoc etiã oportet competentib⁹ obſeruare: vt ſi agnoſcunt ſe ꝑſuadente diabolo furtum: homicidiũ: aut adulterũ commiſiſſe: aut ſi aliqua mulier competens potiones diabolicas aliquãdo ad aborſum accepit: et filios ſuos adhuc in vtero poſitos aut etiã natos occidit: quia ſatis graue peccatum eſt: ꝓ omibus his cum gemitu ꝛ compunctione dei miſericordiã quęrant: ꝛ ad baptiſmi ſacramenta ꝑ pęnitentiã mundati ꝑueniant. Et hoc ante omnia quicũq̃ ſe has culpas habere vident: obſeruent vt caſtitatem ꝛ ante baptiſmũ cuſtodiant: et poſt baptiſmũ non paruo tempore ſe a voluptate cuſtodiant. Venenũ inuidię fugiant: ne imitatores diaboli eſſe videant: de quo ſcriptũ eſt: Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum: imitantur autem eum qui ſunt ex parte illius. Superbiã etiam per quam ipſe diabolus cecidit vitare contendant: quia chriſtus quem ſequi deſiderant: mitis fuit ꝛ humilis corde. Et ſatis timendum eſt illud quod ſcriptum eſt: Deus ſuꝑbis reſiſtit: humilibus autẽ dat gratiam. Mendaciũ etiaz de ore ſuo nõ ꝓferãt: ꝓpter illud qđ ſcriptũ eſt: Perdes omnes qui loquunt mendaciũ. Et iterum: Os quod mentit: occidit animã. Nec ſolum a ꝑiurio ſed etiam a iuramento abſtineant: quia non mentit qui dixit: Vir multũ iurans implebit iniquitate: ꝛ nõ diſcedet de domo illius plaga. Vinum vero et

D iſtis diebus paruum accipiãt: ꝛ cum dies paſchę venerint: cum grandi ſe cautela a crapula vel ebrietate cuſtodiant: ne forte quod ꝑ ſacramentũ baptiſmi mundatũ vel illuminatuz fuit: ſi crapula ſurrepſerit ꝑ intemperantiã obſcuret. Et ideo etiã ſi aliquis eos per inimicã anicitiam ad bibendum cogere voluerit: omnino refugiãt ꝛ nunq̃ penitus acquieſcant: ſed quod decet et expedit chriſtianis in cibo vel in potu ꝑcipiant. Et quia omnes competentes vterus matris eccleſię chriſto inſpirãte concepit: nihil iniuſtũ aut inhoneſtum exerceant: ne forte male agendo viſcera materna cõcutiant: et ante legitimũ partum velut aborſum eos mater ſancta ꝓiciat: ſed magis omnes competentes benigni ſint: humiles: mãſueti: ſobrij: vt ad ſalutaris baptiſmi ſacramentũ ordine legitimo cõuenientes: de hedis conuertant ad agnos: de ſiniſtra transferant ad dexteram: cum illis qui ad dexteram erunt: illam deſiderabilẽ vocẽ feliciter audituri: Venite benedicti patris mei: percipite regnum qđ vobis paratũ eſt ab origine mũdi. Si ſm conſuetudinẽ ſuam charitas veſtra diligẽter attendat: agnoſcere poteſtis admonitionẽ noſtram: licet ad cõpetentes dicta ſit: poſſe tamen omnib⁹ baptizatis fidelibus cõuenire.

Marginal references: Matth. 6. — Luc. 6. — Luc. 19. — Sap. 2. — Matth. 11. — Jacobi. 4. — Pſ. 5. — Sap. 1. — Eccl. 23. — Matth. 25.

E Et ideo nos qui iam ante multa tempora in chriſto renati ſumus: iſtis qui baptizandi ſunt exemplū ſancte cōuerſationis in omnibus ꝓbeamus: vt ſi nos imitari voluerint:
Matth.7. non ꝑ latam et ſpacioſam viam trahant̃ ad mortē: ſed per artam ⁊ anguſtā ꝑuenire mereantur ad vitam. Et ideo non ſolum exemplis ſed etiā verbis eos ad omne opus bonum admonere debetis: ꝓcipue tamē qui filios aut filias excipe religioſo amore deſiderant: ⁊ anteꝗ̄ baptizent̃ ⁊ poſteaꝗ̄ baptizati fuerint de caſtitate: de humilitate: de ſobrietate vel pace eos admonere vel docere nō deſinant: ⁊ agnoſcant ſe fideiuſſores eſſe ipſoꝝ. Pro ipſis enim reſpōdent: ꝙ abrenūcient diaboli pompis et operibus eius. Et ideo tam illi qui excipiunt ꝗ̄ qui excipiunt̃: id eſt tā patres ꝗ̄ filij pactū qḋ cū chriſto in baptiſmi ſacramento conſcribunt cuſtodire contendant: nec vnꝗ̄ aliqḋ de diaboli pompis vel mundi iſtius luxurioſis oblectationibus cōcupiſcant: vt deo adiuuante et illi qui filios ſuſcipiūt ſi caſte aut iuſte vixerint: ⁊ illi qui excipiuntur ſi eos imitari voluerint ſicut credimus pariter ad premia eterna perueniant: ꝓſtante domino noſtro ieſu chriſto qui cum patre ⁊ ſpirituſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorū: Amen.

Item in eadem dominica de eodem alius ſermo: qui habet̃ i libro Quinquaginta Homeliarū. xlix.

Item in eadem dominica alius ſermo de primo verſu pſalmi viceſimiprimi:
Ps.21. Deus deus meus reſpice in me: qui ſumit̃ ex expoſitione doctoris Ibidem.

De eodem etiā pſalmo tractat̃ in libro de gratia no. teſta. ad honoratum. ca. ij. et ſequētibus.

## Feria ſecūda poſt dominicā Palmarū: De paſſione domini et Juda traditore: Sermo I

Sermo C.XVII.

A Suſcepit dominus triſticiā noſtram vt nobis largiret̃ leticiam ſuam. Et veſtigijs noſtris deſcendit vſꝙ ad mortis erumnā: vt nos ſuis veſtigijs reuo-
Zacharie.13. Matth.26. caret ad vitam. Percutiā inquit paſtorem ⁊ diſpergent̃ oues gregis. Triſtis erat: quia nos paruulos relinq̄bat. Anima triſtis erat nō pro ſua paſſione: ſed ꝓ noſtra diſperſione. Proditorē oſculo libenter ſuſcepit: non quia deus dei filius mortē timebat: ſed quia nec malos ꝓ ſe perire volebat. Juda oſculo filiū hominis tradis? Fungebaris diſciplina virtutis: ⁊ diſcipulus factus es cōſilij iniquitatis. Officio ſanguinem fundis: pro pignore amoris vulnus infigis: pacis argumēto mortem immittis: ſeruus dominū tradis: diſcipulus magiſtrū prodis. Utiliora ſunt Prouer.27.
vulnera amici ꝗ̄ voluntaria oſcula inimici.
Signo dato: ab his qui cum fuſtibus vene- B
rant detinet̃. Injicit manus turba: nectunt̃ Matth.26.
vincula: detinet̃ iuſticia et tradit̃ ab iniuſticia. Percuſſit ergo petrus aurem pueri principis. Quare petrus? Quia ipſe accepit regni celorum claues: ⁊ ſoluendi ligandiꝙ ipſe adeptus eſt poteſtatē. Abſciſa eſt pueri auricula male audientis: aure interiore chriſtū male intelligentis: qui paſſus non eſt ſe prophetam eſtimari: ſed dei filium docuit fideli cōfeſſione ſignari. Limus ſuum agnoſcit cooperatorē: ⁊ caro ſuam ſequit̃ operatricem. Jubere potuit: operari maluit ꝗ̄ e limo terre corporis membra formauit: qui hoſtes ſuos nō paſſus eſt vulnerari. Illi iuſto mortē inferebant: ꝑſecutorū vulnera iſte ſanabat. Petrꝰ ſequebat̃ a longe. Neꝙ enim negare potuiſſet: ſi xp̄o dn̄o adheſiſſet. Ter me e inq̄t negabis. In domo ꝑncipis ſacerdotū ignis ardebat: vbi petrus occultus ſedebat. Frigus erat vbi chriſtus nō erat. Petrus ab ancilla ꝓditus negat. Mallem petrū dominū
negaſſe ꝗ̄ iudā dominū vendidiſſe. Inter- C
rogatus petrꝰ: Et tu inquit ex illis es qui cū galileo erant. Non eīn erat quia i principio erat: hominē negauit: hominū conſortiū refutauit. Non eīn hominis erat apoſtolꝰ: qui fuerat chriſti diſcipulus. Ergo fleuit amare: maluit ipſe ſuū accuſare peccatū: vt iuſtificaret̃ fatendo ꝗ̄ grauaret̃ negando. Lachrymas lego: ſatiſfactionē nō lego. Petrus negauit in nocte: ſed confitet̃ in die. Habebat lachrymas petrus quas pio fundebat affectu: non habebat ꝓditor fletus quibus culpam ablueret: vt dum reus ſuo iudicio damnat̃: ſpontaneū facinus expietur. Peccaui inquit: ꝙ tradiderim ſanguinem iuſtum. Et iudei: Quid ad nos? Tu videris. Pertinacibus ſtudijs funeſtā ſibi vendicāt ſanguin-

auctionem: cum refunderet venditor ſacrile
gij quãtitatem. Preciũ ſanguinis a iudeo-
rũ gazophylacio ſeparat: et ager figuli chri-
ſti pecunia comparat: locus humandis pe-
regrinorũ reliquijs ꝓphetie teſtimoniũ ad-
implet: ⁊ ſurgentis eccleſie myſterium reue-
latur. Ergo precio ſanguinis emit mũdus:
Venit enim vt ſaluet mundus. Non enim
cognouit mundus eum qui fuerat in mũdo
D mundus. Accuſat: et tacet. Bene tacet qui
defenſione non eget. Ambiant defendi: qui
timent vinci. Non vt reus excuſat ſe tacen-
Matth.27. do: ſed deſpicit falſidicos refellendo. Ma-
nus quidem pilatus lauit: ſed facta ꝓbauit.
Vxor verberat in nocte: admonet virum in
die. Veritas fatigat: ⁊ a ſeruo dominꝰ iudi-
catur. Coronam de ſpinis annexã compun-
gentes caput eius coronant: et illudentes
adorant. Vt rex ſalutat: vt victor coronat:
⁊ quaſi deus ⁊ dominus adoratur. Pulchre
crucem aſcendit: iudicio victor aſſiſtit. Talis
ergo aſcendit qui ſeculũ vincere parat. Po-
ſuerunt titulum ſcriptum: Hic eſt ieſus rex
iudeorũ. Vermis in cruce: ſcarabeus in cru-
ce. Bonus vermis qui heſit ligno: bonꝰ ſca-
rabeus qui clamauit e ligno. Quid clama-
uit? Ne ſtatuas illis hoc peccatũ. Illis vtiqꝫ
petebat veniam a quibꝰ accipiebat iniuriã:
Luc.23. Hodie inquit mecũ eris in paradiſo. Nec mi-
rum ſi conuerſo culpam ignoſcebat: qui in-
ſultantibus veniam relaxabat. Potauerũt
eum aceto. Bene ad cõſummanda omnia
corruptio ſinceritatis haurit. Itaqꝫ acetum
bibitur: vinum cum felle non bibit. Since-
ritati nõ debuit amaritudo miſceri: quia ꝓ
nobis dominũ ſine peccato decuit crucifigi.
Pater inquit: in manus tuas cõmendo ſpi-
ritũ meũ. Bene tradidit qui nõ amiſit. Spi-
ritus patri cõmendat vt peccatorũ vincula
E reſoluant. Sol occidit ſacrilegis vt ſpecta-
culum obumbraret funeſtis. Findunt petre
⁊ iudeorũ corda durant. Elementa fugiunt:
terra concutit. Judeus arguit: miles cuſto-
dit: monumẽta reſerant: ⁊ iudeorum pſidia
denudat. Diſcipuli vigilant: ⁊ fletibus ocu-
los meſtos ſomnus inuidus captat. Judei
qd curioſi eſtis: vbi caro crucifixa remanſit?
Daniel.3. In flammis cũ tribus pueris apparuit: qui
Luc.2. poſtea paruulus dignatus eſt naſci. Stabãt
tamẽ mulieres hec videntes: ſtabat ⁊ mater
dñi ſuo filio teſtimoniũ perhibente. Joſeph
Joh.19. ⁊ Nicodemus chriſtũ ſepeliũt: vnus iuſtus:
alter in quo dolus non erat. Nam ſi apoſto-
li ſepelirent: dicerent non ſepultũ: quẽ iudei
nũciauerant raptum. Nicodemus nocte ve-
nit ꝓpter metum iudeorũ. Simplicitas eũ
querit: non ambitio deſiderat. Quomodo
iuſtus latebras periculi timeret: qui corpus
non timuit ſepelire? Ideo occulte poſtula-
uit vt corpus celaret: non vt periculũ ꝑcaue-
ret. Mulieres de longe ſtabant que diligen- Matth.27.
ter locum ſeruabant. Sexus innutat: deuo-
tio calet. Et cum diſcipuli fatigarentur: ſole
tamẽ ab angelo ne timeant admonent. No- Joh.20.
li me inquit tangere: nondum enim aſcendi
ad patrem meũ. Nondũ tibi aſcendi que vi-
uentem cum mortuis queris. Quare primũ
mulieri? Per mulierẽ mors antea eſt nuncia-
ta: per mulierem vita hominibus reparat.
Mulier quid ploras? Mulier chriſtũ vide-
bat: ſed hortulanum putabat. Deus eſt qui
adoratur: homo eſt qui tenebat. Nõ renuit
tangi a femina: qꝛ non omnes poſſunt chri-
ſtum tangere reſurgentẽ quem tetigerant in
corpore cõmemorantem.

## In eadem feria de paſſiõe domini et Suſanna: Sermo II

Sermo C.XVIII.

Forſitan mirum videt nobis fratres A
cur dominus apud ꝑſidem pilatum Matth.27.
a principibus ſacerdotũ accuſet: nec
aliquem iam eorum reſponſione cõuincat:
cum vtiqꝫ ingratã accuſationẽ nõ niſi repel-
lere ſolet ſubſecuta defenſio. Mirum inquã
ſit fratres qd arguat ſaluator ⁊ taceat. Taci-
turnitas enim negat qd obijcitur: cum non
vult reſpondere qd queritur. Accuſationem
ſuam dominus tacendo non firmat: ſed de-
ſpicit non repellendo. Bene enim tacet: qui
defenſionem nõ deſperat. Ambiat defendi
qui metuit ſuperari. Feſtinet loqui: qui ti-
met vinci. Chriſtus aũt cũ cõdemnat exupe-
rat: cum iudicat vincit: ſicut ait propheta:
Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis ⁊ vincas Ps.50.
cũ iudicaris. Quid ergo opus erat ei loqui
ante iudicium: cui ipſum iudiciũ erat plena
victoria? Vicit ergo cum iudicatur chriſtus:
quia ſic innocens approbat. Vnde ait pila- B
tus: Innocens ego ſum a ſanguine huiꝰ iu- Matth.27.
ſti. Melior eſt igitur cauſa que non defendit
⁊ probatur: plenior iuſticia que non verbis
aſtruitur: ſed veritate fulcit. Taceat lingua
neceſſe ẽ: vbi ipſa veritas ſibi adeſt. Taceat

linguis in bono negocio: quę ⁊ in malis cau/
ſis obticere conſueuit. Nolo ſic defendi iuſti
ciam: ſicut ſolet iniquitas excuſari. Quod vin/
cit chriſtus: nō rationis eſt ſed virtutis. Sci/
uit enim ſaluator qui eſt ſapiētia quomodo
tacendo vinceret: quomodo non reſpondē/
do ſuperaret: atq; ideo cauſam ſuam maluit
comprobare ꝙ dicere. Ad vincendum for/
taſſe metus eum cogeret ne ſalutem ꝑderet
niſi qđ ipſa erat tota cauſa victorię. Suam
enim ſalutem prodidit vt ſalutem omniū lu
craretur. In ſe vinci maluit vt victor eſſet in
C cūctis. Sed quid de deo chriſto loquar? Su/
Daniel.13. ſanna mulier inimicos ſuos tacuit et vicit.
Non enim apud danielē in ſermone tuitio ē
ſed in ſancta femina tacente lingua pro ea
caſtitas loquit̄. Caſtitas eñ ſuſannę affuit
Geñ.3. in iudicio: quę eue defuit in paradiſo. Ibi
enim pudori eius conſuluit: hic ſaluti. Ibi
ne macularetur pudicitia: hic ne innocentia
damnaret̄. Caſtitas enim ſuſannę ⁊ pſbyte/
ros impudicos conuicit in paradiſo: ⁊ in iu/
dicio falſos accuſatores obtinuit: hiſq; vi/
ctrix reos facit teſtimonij: quos reos facit
adulterij: atq; tandem iudicem meret̄ caſti/
tas danielem puerū iuniorem: necdum pu/
beſcentis ętatis. Multū igitur de deo pudi
citia conſequit̄: cum iudicem virginē ꝓme/
retur. Secura enim eſt de victoria caſtitas:
cui eſt iudicatura virginitas. Pudicitię aūt
cauſas: niſi vir pudicus audire non debuit.
Tale enim arbitriū meret̄ caſtimonia: apud
D quem non periclitet̄ verecundia. Cognito
igitur daniel ſuſannę negocio: cum eam fal/
ſis accuſationib⁹ vellet plebs imperita dam
Daniel.13. nare: ait idem: Mūdus ego ſum a ſanguine
huius. Quo dicto: peccantis populi reuoca
uit errorem. Hac ergo voce circa ſuſannam
daniel vtit̄: qua circa dominū vſus eſt pila/
Matth.27. tus. Ait enim pilatus: Mundus ego ſum a
ſanguine huius iuſti. Eadem igit̄ ſententia
abſoluit̄ pudicitia: qua ē̄ et abſoluta iuſti/
cia. Sed daniel melius ꝙ pilatus. Ille eniz
pudicum ſanguinē nec cōdemnat et liberat:
hic autem iuſti ſanguinem confitet̄ ⁊ tradit.
Quid eñ ꝓfuit teſtimoniū ꝓhibuiſſe inno/
centię: ⁊ velut reum addixiſſe nequicię: niſi
qđ grauius peccatū eſt vnū eundeq; ⁊ ꝓnū/
ciare iuſtū ⁊ tradere criminoſo? Ipſe enim
iniquitatis ſuę teſtis eſt: qui ore abſoluit et
corde cōdemnat. Lauerit licet manus pila/
tus: tamē ſua facta non diluit. Quis abſter
gere ſe putauerit iuſti ſanguinē de ſuis mē/
bris: eodem tamē ſanguine mens eius tene/
tur infecta. Ipſe enim occidit chriſtum qui
eum tradidit occidendū. Iudex enim bon⁹
⁊ conſtans: ne ſanguinem innocentis addi/
ceret: nec inuidię cedere debuit: nec timere.
Daniel ergo melius ꝙ pilatus. Ille peccan/
tis populi reuocauit errorem: hic autē furen
tis ſynagogę ſacrilegiū cōfirmauit.

## In eadem feria de Symbolo: Sermo III

Sermo C.XIX.

Symbolum eſt breuiter complexa re/ A
gula fidei: vt mentē inſtruat nec one
ret memoriā: paucis verbis dicatur
vnde multū acquiratur. Credo in deum pa/
trem omnipotentem. Uide ꝙ cito dicit̄: et
quātum valet. Deus eſt: et pater eſt. Deus
poteſtate: pater bonitate. O ꝙ felices ſumus
qui dominū noſtrū patrem inuenimus. Cre
damus ergo in eum: ⁊ omnia nobis de ipſi⁹
miſericordia ꝓmittamus. Quia omnipotēs
eſt: ideo in deum patrem omnipotentē cre/
dimus. Nemo dicat: nō mihi poteſt dimit/
tere peccata. Quomodo nō poteſt omnipo/
tens? Sed dicis: Ego multū peccaui. Et ego
dico: ſed ille omnipotens eſt. Et tu: Ego ta/
lia peccata cōmiſi: vnde liberari et mundari
non poſſum. Reſpondeo: Sed ille omnipo/
tens eſt. Uidete quid ei cantetis in pſalmo:
Benedic inquit anima mea domino: et noli Pſ.102.
obliuiſci omnes retributiones eius. Qui ꝓ/
pitius fit omnibus iniquitatib⁹ tuis: qui ſa/
nat omnes languores tuos. Ad hoc nobis
eſt eius omnipotētia neceſſaria. Nam vni/
uerſę creaturę ad hoc erat neceſſaria vt crea/
retur. Omnipotens eſt ad facienda maiora
⁊ minora. Oīpotēs ē ad cęleſtia et terreſtria.
Omipotēs eſt ad faciēda īmortalia ⁊ morta
lia. Omipotēs eſt ad faciēda ſpiritalia ⁊ cor/
poralia. Omipotēs eſt ad faciēda viſibilia ⁊
inuiſibilia: magnus in magnis: nec paruus
in minimis. Poſtremo omnipotens eſt ad
facienda omnia que facere voluerit. Nā ego
dico quanta non poſſit. Nō poteſt mori: nō
poteſt peccare: non poteſt mentiri: non po/
teſt falli. Tanta non poteſt: quę ſi poſſet: nō
eſſet omnipotens. Credite ergo in eum ⁊ cō
fitemini. Corde enim creditur ad iuſticiam: Ro.10.
ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Ideo cū
credideritis oportet vt cōfiteamini. Quan/

do ſymbolū redditis: accipite modo qđ te/
neatis: ⁊ poſtea redditio: ⁊ nunꝗ obliuiſca/
B mini. Poſt hoc quid? Et in ieſum chriſtum.
Credo dicis in deum patrem omnipotentē:
⁊ in ieſum chriſtū filium eius vnicum domi/
num noſtrū. Si filiū vnicū: ergo patri ęqua/
lem. Si filiū vnicum: ergo eiuſdem ſubſtan/
tię cuiꝰ eſt pater. Si filiū vnicum: ergo eius
omnipotētię cuiꝰ eſt pater. Si filium vnicū:
ergo patri coęternum. Hoc in ſe ⁊ apud ſe et
Luc. 1. et. 2. apud patrem. Propter nos quid? Ad nos
quid? Qui cōceptus eſt de ſpiritu ſancto: na/
tus ex ꝟgine maria. Ecce qua venit: Quis:
Ad quos. Per virginem mariā: in qua ope
ratus eſt ſpiritusſanctus: non homo mari/
tus: qui fęcundauit caſtam et ſeruauit inta/
ctam. Sic ergo carne indutus eſt dominus
chriſtus: ſic factus eſt homo qui fecit homi/
nem: aſſumendo quod non erat: nō ꝑdendo
Joh. 1. qđ erat. Verbū enim caro factū eſt: et habi/
tauit in nobis. Non verbum in carnem ver/
ſum eſt: ſed verbum manens carne accepta.
Inuiſibilis ſemper: factus eſt viſibilis quā/
do voluit ⁊ habitauit in nobis. Quid eſt in
nobis? In hominibus. Factus vnus ex ho/
minū numero: vnus ⁊ vnicus. Vnicus pa/
tri. Nobis quid? Et nobis vnicus ſaluator.
Nemo enim pręter ipſum ſaluator noſter: ⁊
nobis vnicus redemptor. Nemo enim pre/
ter ipſum redemptor noſter: non auro: non
argento: ſed ſanguie ſuo. Ergo ipſa vbi em/
pti ſumus eius cōmertia videamꝰ. Cū enim
dictū eſſet i ſymbolo: Qui cōceptus ē de ſpi
ritu ſancto: natꝰ ex virgine maria: iā quid ꝓ
C nobis paſſus eſt ſequit̄: Sub pontio pilato
crucifixus mortuꝰ ⁊ ſepultus. Quia filiꝰ dei
vnicus dominus non crucifixus: filius dei
vnicus dñs noſter nō ſepultꝰ eſt: homo cru
cifixꝰ ē: hō ſepultꝰ ē: deus nō eſt mutatꝰ: deꝰ
non eſt occiſus: ⁊ tamē ſ̄m hominē occiſus.
1. Cor. 2. Si enim cognouiſſent: ait apoſtolus: nunꝗ
dominū glorię crucifixiſſent. Et dominū glo
rię oſtendit: ⁊ crucifixum confeſſus eſt: quia
ſi quis etiā tuam tunicā illęſa carne tua con
ſcindat: tibi facit iniuriā: nec ſic clamas pro
veſte tua vt dicas: conſcidiſti tunicā meam:
ſed conſcidiſti me: fila de me feciſti. Loque/
ris iſta integer: ⁊ verum dicis: ⁊ de carne tua
nihil detraxit qui leſit. Sic et dominus chri/
ſtus crucifixus eſt: dominus eſt: vnicus pa/
tri eſt: ſaluator noſter eſt: dominus glorię
eſt: tamen crucifixus eſt: ſed in carne: et ſe/
pultus in ſola carne. Nam vbi ſepultus eſt:
et quando ſepultus eſt: tunc ibi nec anima
fuit. Sola caro in ſepulchro iacebat: ⁊ tamē
confiteris ieſum chriſtum filium eius vnicū
dñm noſtrū: Qui cōceptus eſt de ſpiritu ſan
cto: natꝰ ex virgine maria. Qui ieſus chriſtꝰ
vnicus filius dei dominus noſter ſub pon/
tio pilato crucifixus: Qui ieſus chriſtus vni
cus dei filius dominus noſter et ſepultus.
Qui ieſus chriſtus vnicus dei filius domi/
nus noſter: ſola caro iacet: et tu dicis: Do/
minus noſter. Dico: plane dico: quia veſtē
intueor ⁊ veſtitum adoro. Caro illa illius ve
ſtimentum fuit: quia cum in forma dei eſſet Phil. 2.
non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem
deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſer/
ui accipiens: non formam dei amittens: In
ſimilitudine hominū factus ⁊ habitu inuen
tus vt homo. Non cōtemnamus ſolam car/
nem: quando iacuit: tunc nos emit. Qua/
re nos emit? Quia non ſemper iacuit: Ter/ D
tia enim die reſurrexit a mortuis. Hoc ſequi Matth. 28.
tur in ſymbolo: Cum confeſſi fuerimus eius
paſſionem: cōfitemur ⁊ reſurrectionem: In
paſſione quid egit? Docuit quid toleremꝰ.
In reſurrectione quid egit? Oſtendit quid
ſperemus. Hic opus: ibi merces. Opus in
paſſione: merces in reſurrectione. Nec quia
reſurrexit a mortuis hic remāſit. Sed quid
ſequitur? Aſcendit in cęlum. Et modo vbi
eſt? Sedet a dexterā patris. Intellige dex/
teram: ne quęras ibi ſiniſtram. Dextera dei
dicitur ęterna fęlicitas. Dextera dei dici/
tur ineffabilis: ineſtimabilis: incomprehen/
ſibilis beatitudo atꝗ proſperitas. Hęc eſt
dextera dei. Ibi ſedet. Quid eſt ibi ſedet?
Ibi habitat. Sedes eñ dicunt̄ vbi quiſꝗ
habitat. Non enim qñdo illum vidit Ste/
phanus ſanctus: mentiebatur qui dicebat:
Sedet ad dexteram patris? Quomodo eñ
dicit Stephanus: Ecce ego video cęlū aper Act. 7.
tum ⁊ filium hominis ſtantem ad dexteram
dei. Quia ille vidit ſtantem: mentiebat̄ for/
te qui dicebat tunc: Sedet ad dexteram pa/
tris? Sedet ergo dictū eſt: manet: habitat.
Quomodo? Quomodo tu. Quo ſtatu?
Quis dicet? Dicamus quod docuit: dica/
mus quod nouimus. Quid? Inde ventu/
rus iudicaturus viuos et mortuos. Confi/
teamur ſaluatorem: ne timeamus iudicem.

Qui eniȝ modo in eum credit ⁊ ꝑcepta eius
facit ⁊ diligit eum: non timebit quando ve/
niet iudicare viuos ⁊ mortuos: nō ſolum nō
timebit: ſed vt veniat optabit. Quid enim
nobis felicius ꝙ̄ quando venit quem deſi/
deramus? Quando venit quem amamus?
Sed timeamus quia iudex noſter erit: qui
modo eſt aduocatus noſter: ipſe tunc erit iu
1.Joh.1. dex noſter. Audi Johannē: Si dixerimus
quia peccatum non habemus: nosipſos ſe/
ducimus ⁊ veritas in nobis non eſt. Si autē
confeſſi fuerimus peccata noſtra: dixit: fi/
delis eſt et iuſtus qui dimittat nobis pecca/
1.Joh.2. ta: et mundet nos ab omni iniquitate. Hec
ſcripſi vobis vt non peccetis. Et ſiquis pec/
cauerit: aduocatuȝ habemus apud patrem
ieſum chriſtū iuſtum: ⁊ ipſe eſt exoratio pec/
catorum noſtrorum. Si haberes cauſam apud
aliquem iudicem agendam: ⁊ inſtrueres ad/
uocatum: eſſes ſuſceptus ab aduocato: age/
ret cauſam tuā ſicut poſſet: ⁊ ſi non illā finiſ/
ſet: ⁊ audires illum iudicio venturū: quantū
gauderes quia ipſe potuit eſſe iudex tuus:
qui fuit pauloante aduocatus tuus? Et mō
ipſe pro nobis orat: ipſe pro nobis interpel/
lat. Aduocatū enim habemus ⁊ iudicem ti/
meamus: Immo quia aduocatuȝ ꝑmiſim⁹:
E ſecuri iudicem venturum ſperemus. Tranſi/
tum eſt in ſymbolo qđ ꝑtinet ad ieſum chri/
ſtum filium dei vnicum dominū noſtrum:
Sequit̄: Et in ſpiritūſanctū: vt cōpleat̄ tri/
nitas: pater et filius et ſpiritusſanctus. Sed
de filio multa ſunt dicta: quia filius ſuſcepit
hominē: filius verbū caro factum eſt: nō pa/
ter: non ſpiritusſanctus: ſed carnem filij tota
trinitas fecit. Inſepabilia enim ſunt opera
trinitatis. Sic ergo accipite ſpiritūſanctum
vt non credatis minorem eſſe ꝙ̄ filium: et
minorem eſſe ꝙ̄ patrem. Pater enim ⁊ filius
et ſpiritusſanctus tota trinitas vnus deus.
Nihil ibi diſtat: nihil variū: nihil defectiuū:
nihil alteri cōtrariū: equale ſemper: inuiſibi/
le ⁊ incōmutabile pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſan
ctus. Liberet nos trinitas a mltitudine pec/
F catorū. Jam qđ ſequit̄ ad nos pertinet. In
ſanctam eccleſiam. Sancta eccleſia nos ſu/
mus: ꝫ nō ſic dixi: nos: quaſi ecce qui hic ſu/
mus: qui me modo audiſtis. Quotquot hic
ſumus deo propitio chriſtiani fideles in hac
eccleſia: id eſt in iſta ciuitate: quotquot ſunt
in iſta regione: quotquot ſunt in iſta ꝓuin/
cia: quotquot ſunt et tranſ mare: quotquot
ſunt in toto orbe terrarum: quoniam a ſolis Ps.49
ortu vſq; ad occaſum laudat̄ nomen domi/
ni. Sic ſe habet eccleſia catholica mater nr̄a
vera: vera illius ſponſi cōiunx: Honoremus
eā quia tanti domini matrona eſt. Et quid
dicam? Magna eſt ſponſo et ſingularis di/
gnatio: meretricem inuenit: virginem fecit.
Quia meretrix fuit non debet negare: ne ob
liuiſcat̄ miſericordiā liberantis. Quomodo
non erat meretrix: quando poſt idola et de/
monia fornicabatur? Fornicatio cordis in
omnibus fuit. In paucis carne: in omnibus
corde. Et venit et virginem fecit. Eccleſiam
virginem fecit. In fide virgo eſt. In carne
paucas habet virgines ſanctimoniales: In
fide omnes virgines debet habere ⁊ feminas
⁊ viros. Ibi enim debet eſſe caſtitas ⁊ puri/
tas et ſanctitas. Nam vultis noſſe ꝙ̄ virgo
ſit? Apoſtolū paulum audite: amicū ſponſi
audite zelante ſponſo nō ſibi: Aptaui vos 1 Cori.11.
inqt vni viro. Eccleſie dicebat. Et cui eccle/
ſie? Quocūq; littere ille ꝑuenire potuerunt:
Aptaui vos vni viro virginem caſtam exhi
bere chriſto. Timeo autem dixit: ne ſicut ſer/
pens euam decepit aſtutia ſua. Serpēs ille Geñ.3.
nūquid corporaliter concubuit cum eua? Et
tamē virginitatem cordis eius extinxit. Hoc
timeo dicit: ne corrumpant̄ mentes veſtre a
caſtitate que eſt i chriſto. Virgo ē ergo eccle/
ſia: virgo eſt: virgo ſit. Caueat ſeductorem
ne inueniat corruptorem. Virgo eſt eccleſia.
Dicturus es mihi forte: Si virgo eſt: quo/
mō parit filios? Aut ſi non parit filios: quo/
modo dedimus nomia noſtra vt de eius vi/
ſceribus naſceremur? Reſpondeo: Et virgo
eſt ⁊ parit. Mariā imitatur que dominū pe/
perit. Nūquid non virgo ſancta maria ⁊ pe/
perit ⁊ virgo ꝑmanſit? Sic ⁊ eccleſia ⁊ parit ⁊
virgo eſt. Et ſi cōſideres chriſtū parit: quia
membra eius ſūt qui baptizant̄. Vos eſtis 1.Cori.12.
inquit apoſtolus corpus chriſti et membra.
Si ergo membra chriſti parit: marie ſimilli/
ma eſt. In remiſſionem peccatorum. Hec in G
eccleſia ſi non eſſet: nulla ſpes eſſet remiſſio
peccatorū. Si in eccleſia non eſſet: nulla fu/
ture vite ⁊ liberatiōis eterne ſpes eſſet. Gra/
tias agim⁹ deo: q eccleſie ſue dedit h donū.
Ecce venturi eſtis ad fontē ſanctū: diluemi/
ni baptiſmo ſalutari lauacro regeneratiōis.
Renouamini: eritis ſine vllo peccato: aſcen/

dẽtes de illo lauacro: oĩa q̃ vos peccata perſequebant: ibi delebunt: Egyptijs inſequẽtibus iſraelitas ſimilia erant veſtra peccata
Exo.14. perſequentibus: ſed vſq̧ ad mare rubrum. Quid eſt vſq̧ ad mare rubrum? Uſq̧ ad fontem chriſti cruce et ſanguine conſecratũ. Quod enim rubrum eſt rubet. Non vides quomodo rubeat pars chriſti: īterroga oculos fidei. Si crucem vides: attende et cruorem. Si video qđ pendet: attende qđ fudit.
Joh.19. Lancea pforatũ eſt latus chriſti: et manauit precium noſtrũ. Jdeo ſigno chriſti ſignatur baptiſmus: id eſt aqua vbi tingimini: et q̃ſi in mari rubro tranſitis. Peccata veſtra: hoſtes veſtri ſunt. Sequũtur: ſed vſq̧ ad mare. Cum vos intraueritis euaderis: illa delebuntur: Quomodo euadentibus per ſiccum iſraelitis: aqua cooperuit egyptios. Et quid dixit ſcriptura? Unus ex eis non remanſit. Peccaſti multa: peccaſti pauca: peccaſti magna: peccaſti parua: quod eſt min⁹ ex eis non remanſit. Sed quoniam victuri ſumus in iſto ſeculo vbi quis non viuit ſine peccato: ideo remiſſio peccatorũ nõ eſt in ſola ablutione ſacri baptiſmatis: ſed etiam in oratione dominica ⁊ quotidiana: quaꝫ poſt octo dies accepturi eſtis. In illa inuenietis quaſi quotidianũ baptiſmũ veſtrũ: vt agatis deo gratias qui donauit hoc munus eccleſię ſuę: qđ cõfitemur in ſymbolo. Ut cum dixerim⁹: Sanctã eccleſiã: adiũgamus: Re
b miſſionẽ peccatoꝝ. Poſt hec: Carnis reſurrectionẽ. Jſte iam finis eſt. Sed finis ſine fine erit reſurrectio carnis: Sꝫ erit poſtea nulla mors carnis: nullę anguſtię carnis: nulla fames ⁊ ſitis carnis: nullę afflictiões carnis: nlla ſenect⁹ ⁊ laſſitudo carnis. Noli ꝗ horrere carnis reſurrectionẽ. Bona eius vide: mala obliuiſcere. Prorſus quicquid querelarũ ẽ carnaliũ modo: tunc ibi nõ erit. Eterni eri
Matth.22. mus: ęquales angelis dei. Unã cũ angelis ſanctis ciuitatem habebimus: a dño poſſidebimur: hereditas eius erimus: ⁊ ipſe hereditas noſtra erit: quoniã ipſi dicim⁹ modo:
Ps.15. Domine pars hereditatis meę. Et de nobis
Ps.2. dictũ eſt filio ipi⁹: Poſtula a me ⁊ dabo tibi gentes hereditatẽ tuã. Poſſidebim⁹ ⁊ poſſidebimur: tenebimus ⁊ tenebimur. Quid dicã? Colimur ⁊ colim⁹. Sed colimus vt deũ: colimur vt ager. Ut ſciatis qꝛ colimur: dominũ
Joh.15. audite: Ego ſum vitis vera: vos eſtis ſarmẽta: pater meus agricola. Si agricola dicit: agrum colit. Quem agrum? Colit nos. Et agricola terre huius viſibilis arare poteſt: fodere poteſt: plãtare poteſt: rigare ſi aquã inuenerit poteſt: nunquid poteſt incrementum dare: germen educere in terrã: radicem figere: in auras ꝓmouere: robur addere ramis: fructibus onerare: folijs oneſtare? Nũquid agricola poteſt? Agricola tamẽ noſter deus pater omnia iſta poteſt ĩ nobis. Quare? Quia credimus in deum patrẽ omnipotentẽ. Ergo tenete qđ et ꝓpoſuimus vobis: ⁊ quomõ deus dare dignatus ẽ expoſuim⁹.

**Jtem eodem die alius ſermo de eodem: qui habet in libro Quinquaginta Homeliarũ. xlij.**

**Jtem eodem die Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Johannẽ: Ante ſex dies paſchę venit ieſus Bethaniam ⁊c. que habet in expoſitiõe doctoris Ibidem.** Joh.12.

**Feria tertia poſt dominicã Palmarũ: De reparatione generis humani: Sermo I** Ser. C.XX

a F Requenter audiuimus fratres dileceiſſimi beatum Paulum apoſtolũ dicentem: Deus erat in chriſto: mũ 2. Cor. 5. dum reconcilians ſibi: id eſt diuinitas operabatur in corpore. Apparebat in fragilitate humanitas: et in virtute maieſtas. Ad hoc itaq̧ nobiſcum vixit in carne vt preferret exempla iuſticię. Ad hoc pro nobis mortem ſubijt: vt conferret munera ſalutis ęternę. Hominẽ ad hoc induit vt erudiret: ad hoc tradidit vt redimeret: ad hoc reſumpſit vt hominem ſumeret. Uitam ad hoc depoſuit vt donaret: mortem ad hoc ſuſcepit vt vinceret: cui tamen mortis ꝯſumptum dominiũ redditur: ⁊ quaſi ſeruus quidem ſuccubuit: ſed quaſi dominus imperauit. Siquidem nec animã inferni porta: nec corpus tenere potuit ſepultura: q̃ per illud triduũ nequaq̃ carnẽ mortali corruptione violabat: quia in inferno ſub eadẽ mora regnũ mortis ala deſtruebat. Quid retribuem⁹ dño ꝓ munerib⁹ tantę dignitatis? De plenitudine celeſti pro nobis in facturã ſe ſuam factor exinaniuit:

figulus in figmentū ſuum tranſijt: et rex celi
homini militauit. Militauit dixi: Crux eū
B pugnantem indicat: reſurrectio triumphan-
Pſ.18. tem. Quis tantā poſſit narrare pietatē? A
ſummo celo eius egreſſio: et vſq; ad inferni
ꝓfunda deſcenſio. In vna eademq; pſona
q̄ bene manifeſtant humana pariter et di-
uina. Nam ſedem tartari penetraturus ho-
minē ſe cōfeſſus eſt dum deſcenderet: deum
ſe ꝓdidit dū rediret. Ut redimeret impios:
Eſa.53. ſicut ait ſermo diuin⁹: vt redimeret iniquos
Luc.22.et.23. inter iniquos reputatus ē: inter duos quos
dextra leuaq; legimus pependiſſe. Seipſū
cōfuſioni ⁊ opprobrio crucis tradidit: vt la-
tronem glorificaret. Sed ſi bene reſpicimus:
non illi ſoli hoc ꝓſtitum eſſe dephendimus.
Nam dum tantū reū benigne relaxat: dum
tanto debitori refundit imanis debiti cau-
tionem: humano generi ꝯſcripſit ſecuritatē:
vt cōſolatio ac ſpes fieret totius populi ab-
ſolutio vnius deſperati: ⁊ priuatū donum in
publicū creſceret beneficiū. Quare indubi-
tanter credendū eſt: vt qḋ latroni illi ad cō-
mendationem fidei ſue venerat: etiā cauſa
ſpei noſtre et vtilitatis acceſſerit. Immenſa
enim dei noſtri bonitas libēter tribuit: que
etiā generaliter ꝓfutura prenoſcit. Et ideo
iuxta fiduciam tante clementie: ſi quis nr̄m
crimina ſua probabili cōuerſatione damna-
uerit: ⁊ chriſtū toto corde crediderit: etiā cū
latrone in ſemetipſo ingreſſū paradiſi ape-
ruiſſe ſe nouerit. Quantum autē ſit in ſpe ſa-
lutis humane magnitudo fidei: et altitudo
diuitiarū miſericordie dei: et patientie ma-
gnitudo oſtendit: cum hominē in ſceleribus
inuolutū: pena miſit ad innocentiā: ⁊ offen-
ſa perduxit ad gloriam. Quem ſaluti culpa
ꝑdiderat: ꝑditio inuenit: cruciat⁹ abſoluit:
damnatio conſecrauit. Sed non ſine cauſa
C tantū meruit. Videam⁹ quo tempore fide-
lis apparuit. Ecce inter ſigna atq; virtutes
atteſtantibus miraculis ⁊ acclamātibus: ali-
quotiēs in diſcipulis mens iam robuſta ti-
tubauit: ⁊ nūc chriſti ſupplicijs quodāmodo
cōtradicentibus in latrone fides nouella cō-
ualuit. Sub ipſo paſſionis tempore ab an-
Matth.26. cilla interrogatus vnus ex diſcipulis beat⁹
petrus: peculiarius chriſto cognitus: ita re-
ſpondit: Non noui hominē iſtum. Et iſte q
Luc.23. ante non nouerat exclamat: Memento mei
domine cum veneris in regnum tuum. O

ſingularis et q̄ ſtupenda deuotio. Sub illo
tempore credidit reus quo negauit electus.
Laudabili⁹ hoc itaq; in latrone ac magnifi-
centi⁹ fuit qḋ hoīem addictū et int̄ extrema
deficientē ſupplicia deū credidit: q̄ ſi int̄ vir-
tutum opera crediſſet. Non itaq; ſine cau-
ſa tantū meruit. Aduertamus plenius quo
tempore dominū confitet̄. Feruebat impie-
tas pſequētiū: exultabat impietas blaſphe-
mantiū: cōtritio: liuores ⁊ vulnera ſolū chri-
ſtum hominē demonſtrabāt. Sacrarū ma-
nuū in ligno crucis extenſio ⁊ reuerēda con-
fixio: que cōdemnabat ade ⁊ eue manus ad
interdictū ligni cibū ingemiſcēda ſeculi trāſ-
greſſione porrectas. Hec inq̄ confixio ꝑ om-
nia infirmitatē hominis aſſerebat. Illi ſe ꝑ
latus lancee tremēda ꝑcuſſio quātum oſten
debat hoīem: tantū abſcōdebat deū. Apo-
ſtolis poſt diuina miracula deſperātib⁹: ſo-
lus hic nō acquieſcit ſcandalo crucis ⁊ mor-
tis. Solus hic teſtis eſt maieſtatis: qui ſoci⁹
probat̄ doloris. Et ideo adhuc ī latrocinijs
poſitus: inuiſibilem deū angelicis iam ocu-
lis videt. Illuminarat credo naſcentē fidem
lateri iam credentis in chriſtū ꝓpius corpo-
re admota diuinitas: que ſe largi⁹ ſub mo-
mēto illo ꝓ pagenda redēptione infuderat.
Videamus autē qualis fuerit ipſa depcatio D
confitentis: Memento inquit mei domine
cum veneris in regnū tuū. Non dixit: ſi de⁹
es de p̄ſenti ſupplicio eripe me: ſed magis q̄
vere de⁹ es: de futuro iudicio libera me. O
cito eum repleuit ſanctiſpirit⁹ eruditio: per
quā futuri examinis diē cogitans: ⁊ ſi intole
rabile probat eſſe qḋ ſentit: grauī⁹ tamē in-
telligit eſſe qḋ metuit. Predicat ſeculis iudi
cem regēq; ſeculoꝝ nondū vocatus etiā ele-
ctus: nondū famulus etiā amicus: nondum
diſcipulus etiā magiſter atq; ex latrone con
feſſor: quia ⁊ ſi pena ceperat ī latrone: nouo
genere cōſummat̄ in martyre. Memēto in-
quit mei dn̄e. De ligno crucis clamat: ſed iā
tēpora retributiōis cogitat. Videam⁹ quid
inter iſta reſpondeat diues ⁊ larga dei boni-
tas: que ſicut excedit vota: ita gratiā adiun-
git ad merita. Hodie īquit: tanq̄ ſi diceret:
Quid me inquit o fideliſſime comes et vni-
cus tanti teſtis triumphi: quid me tantope-
re exorandū putas: vt die iudicij mei memi-
neri tui? Quid me ad p̄ſentē retributiōē pa-
tū in tpa tā longa diſſimulas? Quid ī futura

Luc.23. ſecula fidem in te ꝑfectam ſatigas? Hodie
mecum eris in paradiſo. Ergo tanq̄ heredi-
Gen.3. taria et paterna ſedes: que expulſo adam:
que expulſio duobus clauſa eſt: innumeris
populis te introeunte reſerabit. Ingredere
illuc primus: ſed ingreſſu feliciore q̄ prim⁹.
Intra paradiſum: nequaq̄ vltra cum adam
viſurus infernū. Nullū illic cibum letalem:
nullā iam legem: nullā arborem ꝑtimeſcas.
Ego tibi illic ero victus & vita: & ne forte ve-
rearis ne tibi aliquis hoſtis in illo beato ne-
more: ne antiquus ille latro inſidiet: poſſeſ-
ſio tibi illic me introducente firmabit. Rece-
dat ergo infidelitas que deum & hominē nō
recognoſcit. Nam ſicut diabolus eſt qui de
E ꝑadiſo expulit: ita deus eſt qui reducit. Hec
chariſſimi ꝑ omnē geſtorū ordinem: deū ſub
homine agnoſcamus operantē. Poſitus in
patibulo verus arbiter in medio damnato-
rū: negantem repulit: ſuſcepit confitentem.
Hunc deputat regno: illū relinquit inferno.
Per hec ergo credamus in maieſtate iudica-
turū: quem iam in cruce & miſericordiā vide
mus exercere & iudiciū. Credamus inq̄ deū:
vel ex ſola virtute patientie: qui dum ab ho
mine crucis neci traditur: ſic quoq̄ homini
gloriā pollicet: qui illas ipſas iniurias & pla
gas in corpus ſuū cōuertit in preciū noſtrū.
Sed & ipſa totius mūdi irrationabilis crea-
tura: moribus ſuis deū loquit. Nam in me-
dia paſſione domini ſaluatoris: celeſtia & ter
rena turbant: lux cum nocte miſcet: elemen-
ta quatiunt: et ab antiquis miniſterijs effu-
gant. Apte rerum natura ꝯſpirit cōmoueri:
velut in vindictā auctoris ſui velit armari.
Terra ipſa cōcuſſa a fundamētis ſuis quaſi
que crucē domini vix ſuſtineat: tanq̄ ad ſce-
lus ꝓprium cōtremiſerit. Dies refugo lumie
quomō poteſt ſumit lamentū: & fuſco triſtiū
tenebrarum habitu more lugentis induit: &
vt tota celi facies dominice natiuitatis glo-
riā noua luce teſtat: ita crucis iniuriā nouis
tenebris deteſtat. Et que duritia cordis hu-
mani? Ve eis qui int' iſta non credunt: quā-
doquidem creatura irrationabilis que reſpi
cere nō poteſt credulitatis affectū: dat tamē
deo cōfeſſionis obſequiū: et cum ꝓ ſolo ho-
mine chriſtus mortuus ſit: ꝓhibet ei tamen
etiā pars illa mundi teſtimoniū diuinitatis
ad quā non ꝑuenerunt beneficia paſſionis.
¶ Que cū ita ſint chariſſimi: agnoſcat homo
quātum valeat: & quātum illum deo obno-
xiū faciat natura vel gratia. Agnoſcat homo
quantū ab illo expectet deus: & quem tanta
dignatiōe habuit charum: q̄ velit eſſe in cō-
uerſatione ꝑcioſum. Agnoſcat homo quātū
valeat & quātum debeat: et dum preciū ſuū
cogitat: vilis ſibi eſſe deſinat: & potius vicē
muneris ſaluatori ex ipſo bono ſuo: id eſt de
cōſeruata ſalute reſtituat. Cuſtodiam⁹ ergo
ſollicite qd tanti ſui cruoris cōmertio chriſt⁹
redemit. Reus itaq̄ erit non parui ꝑcij: ſed
ſanguinis chriſti: q̄ violat et cōmaculat ani-
mam chriſti ſanguine et paſſione mundatā
blaſphemus: homicida: caſtitatis proditor.
Hec tria capitulari' occidunt. Conteſtamur
charitati veſtre cauſas eternorū malorum.
Blaſphemus: homicida: proditor caſtitatis
ſue: expugnator aliene: id eſt qui legitimi cu
bilis iura tranſgredit: qui extra coniugē ſuā
ꝑ mortiferos errat amplexus: reus erit eter-
ne mortis: quia vilem in ſe habuit ſanguinē
redemptoris. Et qa clamat apoſtol⁹: Neq̄ 1.Cor.6.
rapaces neq̄ adulteri regnum dei poſſide-
bunt: abſtineamus manus ab alienis: ocu-
los ab aliena femina caueamus: ne corpori
illi qd de noſtro chriſtus aſſumpſit: iniuriā
faciamus in noſtro corpore. Caueamus ita
peccatis & criminibus vitam prodere: vt ad
nos nō reſpiciat ꝓphetia illa terribilis: Nō Ps.9.
eſt inquit deus in conſpectu eius: polluunt
vie eius in omni tempore: auferunt iudicia
tua a facie eius. Irremediabile periculū eſt:
ſic aliquem vitijs & cupiditatibus frena la-
xare vt ſe rationem deo non meminerit red-
diturū. Puto q magna ſit iā peccati pena:
metum ac memoriā futuri ꝑdidiſſe iudicij.
Non nobis ita dulcia ſint pauperū ſpolia:
poſtmodum nimis amaricatura. Nihilomi-
nus ſicut dictum eſt: refugiamus carnis ali-
ene abominanda contagia: vitemus obſce-
na inimice voluptatis incendia. Hec q̄ agit
chariſſimi: de ſtipula ac lignis iniquitatum
perpetuos ſibi ſuccendit ignes: et nunq̄ ex-
tinguendos concinnat vapores. Non tanti
eſt vita ſi ad h' viuat homo vt in paucis hu-
ius vite annis cōſummande eternas et ſub
breui fine congreget ſibi penas ſine fine mā-
ſuras. Sed ne forte chariſſimi aliquem ni- G
mis ſecurum faciat aut remiſſum tam noua
felicitas credulitatis: ne forte dicat aliqs in
corde ſuo: Nō me vſq̄ adeo ꝯturbet & cruciet
tea ꝯſciētia: nō me vſq̄ adeo cōtriſtet culpa-
bilis vita: video ſb momēto: video ſb exiguo

ſpacio latroni crimina ſua donata: et mihi
reſoluta mente cōcipiunt: Primū conſide/
Luc.23. tandū in latrone illo: nō ſolum credulitatis
cōpendiū: ſed deuotio: ꝙ tēporis illiꝰ ſub ꝗ
hec agebant occaſio: ꝗ iuſtoꝝ legit titubaſ/
ſe pfectio. Deinde ante mihi fidem latronis
oſtēde: ꝛ tūc tibi latronis btitudinē pollicē.
Immittit diabolꝰ ſecuritatē vt inferat pdi/
tionē: nec dinumerari poſſint: quātos hec
inanis ſpei vmbra decepit. Deterreant ꝗſo
nos ab hac pſuaſione: innumerabiles popu
li ſub tali ſecuritate nudi et vacui bonis: et
malis pleni ex hac luce ꝓrepti. Quotidie ex/
paueſcenda tranſitus noſtri ꝛ cōmigratiōis
incerta: que et modo vel inſperata vel ſubi/
ta ſunt: et in eternū remedijs caritura ſunt.
Preueniendus eſt deo: qui ꝓuenire cōſue/
uit. Ipſe ſe ſeducit: ꝛ de morte ſua ludit qui
hoc cogitat: poteſt mihi extremi tēporis in/
dulgentia ſubuenire. Nō eſt hoc: Primum:
quia piculoſiſſima eſt in vltimū diem pro/
miſſa ſecuritas: Deinde ſtultiſſimū ē vt cau/
ſa que de neceſſitatibus agit eternis: in uti/
litatibus vite deficientis cōmittatur extre/
mis. Odibile eſt apud deum: quādo homo
ſub fiducia penitentie in ſenectutē reſeruate
liberius peccat. Credite chariſſimi: difficile
ē vt callida diſſimulatio ordinādę ꝯſumma/
tionis obtinere digna ſit facultatem. Apud
illum cordis interpretē: ars non admittetur
B ad ſalutem. Ille autē de quo locuti ſumus
beatus latro: beatꝰ inquā nō iam iuxta viā
inſidias tendens: ſed viam ipſam in chriſto
tenens: ac vite predā ſubito rapiens: imuta
to genere: ꝛ noua ſpolia de morte ꝓpria re/
portans: ille nec ſalutis tempora ſciēs diſtu
lit: nec remedia ſtatus ſui in momenta vlti/
ma infelici fraude poſuit: nec redemptionis
ſue ſpem in deſperatiōis nouiſſimū reſerua
uit: nec religionem ante nec chriſtum ſciuit.
Nā ſi ſciſſet: fuiſſet forſitan inter apoſtolos
non poſtremus in numero: qui prior eſt fa/
ctus in regno. Ergo etiā ex hoc in extremo
placuit deo: quia ad conſequēdā fidem: non
fuit extrema hora illa ſed prima. Opus eſt ꝗ
vt ſibi homo quotidiano actu ꝓuideat: ꝛ ꝓ/
curet cōſummationē: opus eſt vt tota vita
noſtra talis ſit in cōuerſatione: vt liberi me/
reamur eſſe in fine. Inceſſabiliter diē tranſi/
tus noſtri ꝛ tempus iudicij cogitantes: nos
Luc.23. quoq cū latrone iugiter ꝓclamemus: Me/
mento mei domine cum veneris in regnum
tuum.

## In eadem feria de paſſione domini: Sermo II

Ser.C.XXII.

A Math.26.

OMnes inquit dominꝰ ieſus ſcanda
lum patiemini i hac nocte. Diſcipuli
terrent tali auditu: ꝛ iudam non ter/
ret tanti ſceleris cogitatus. Conſulite apo/
ſtoli dominū: interrogate diſcipli magiſtrū.
Qui mecū inquit mittit manū i parapſide:
ipſe traditurus eſt me. O induratā frontem
talia de ſe audire: et adhuc delectat accum/
bere. Uidet publicari ſuam cōſcientiā: et ad
huc manū porrigit ad buccellā. Nūquid ego
ſum rabbi? O iuda cui dicis: nūquid ego ſū
rabbi? iam dic ego ſum. Nō eſt obliuio neſci
entis: ſed pietas miſerantis. Tu iuda quem
poſſedit cupiditas: omnia in te nouit diui/
nitas: ſed ve tibi in quo ſemel perijt huma/
nitas. Omnes inquit ſcandalū patiemini i
hac nocte. Et petrꝰ: Et ſi omnes ſcādalizati
fuerint in te: ego tamen non ſcandalizabor.
Ceperunt altercari medicus ꝛ egrotus. Ille
ſine egritudine ſe eſſe putabat: ille futuram
acceſſionē videbat. Cui dominus ait: Pau/
lulum ſequeſtremur: donec rei exitū cōpro/
bemus. Et iudas: Quē oſculatus fuero ipſe
eſt: tenete eum. O ſignū ſacrilegum: o placi/
tum fugiendū: vbi ab oſculo incipit bellū:
ꝛ p pacis indiciū pacis rumpit ſacramentū.
Uenerūt ad hortū qui iam antea pdiderāt B
paradiſum: querētes dominū ieſum chriſtū.
Egrediunt querentes ꝗ ante ꝓuenerant ve/
nientes. Stat ieſus ꝛ dicunt: Ieſum queri/ Ioh.18.
mus. Aſpicit eos ipſe ſaluator: quos ꝓcede/
bat iudas tenebroſus ducator. Ducatū pre/
bebat ꝛ magiſtrū nō videbat: nō quia ieſus
mutabilis erat. Erat qđ erat. Lucē in tene/
bris querebant: ſed lucem tenebre non com/ Ioh.1.
ꝓhenderunt. Sed audiamus vocem lucis:
qđ dicit tenebris venientibꝰ cum laternis:
Quem queritis? Illi dixerunt: Ieſum. Re/ Ioh.18.
ſpondit ieſus: Ego ſum. Audita voce abie/
runt ꝓſtrati in faciem cecitatis. Sed quia
lucet lux i tenebris: excitat eliſos a mortuis.
Iterum dicit eis: Quē queritis? Ieſum in/
quiunt. Et ait illis: Ego ſū. O inſenſati iu/
dei: interrogaſtis ꝛ cecidiſtis: leuati eſtis: et
ingrati eſtis. Qua vos cōcutiemini cōmina
tione vel terrore: qui ad ſolam cecidiſtis ſim
plicē vocem? Dic iſrael: Ueniſti tenere me:
ꝗa ego defendi te a pſequētibus te? Utinā

Exo. 14. teneres me: ⁊ non pderes te. In aquis pari‑etes conſtruxi: facula columne micantis erexi: egyptios cecitare pcuſſi: tota nocte ꝓ te pugnaui. Factū eſt mane: et tranſiſti in‑columis mare. Male me queritis: ideo ceci‑diſtis. Ecce qualiter cadunt: qui male domi‑

C num querūt. Tenet interea dominus ad sa‑

Joh. 18. cerdotū principē pducendus: ⁊ cum diſcipu‑li laberent: petrus pmiſſor egregius cepit ambulare longinquius: peruenit ad princi‑pis domū: ⁊ quia petrū frigus vrgebat: ca‑lefaciendus ſollicitus aſſiſtebat. Ecce ille qui nihil infirmitatis ſe putabat habere: paula‑tim cepit ad verba medici peruenire. Negat territus chriſtū: qui ſe ꝓmiſerat animā ꝑ eo poſiturū. Proſtrauit eū anicula decrepita: quaſi grauis febricula. Preſſit eū lethargi‑cus ſomnus: ⁊ cepit eum ꝑco impiger matu‑tinus. Audit gallū cantantē: ⁊ vidit ſe diſci‑pulus dominū offendiſſe. Sub ancilla cepit pondere vergi atq̧ demergi. Non erat qui adiuuaret niſi de interioribus ꝑtorij petrum dominꝰ reſpexiſſet. Cū nox media declina‑tū ſubito teneret incurſum: gallus cantauit: ⁊ nocte naufragus reſpirauit. Contū inue‑nit fidei liberalē quouſq̧ impelleret nauē: vt in medio ſcopulorū portum quereret la‑chrymarū. Vidit nauim cordis ſui ſine mer‑cibus nudam: flere cepit amare: quia domi‑nū ſuum cepit amare. Jeſus pelago nauiga‑torem terrebat: ⁊ petrus de gubernatore ſe‑curitatem ſperabat. Domine inquit petrus vbi me dimiſiſti? Lumē tuū video: te adhuc non video. Lauiſti pedes meos: terſiſti lin‑theo tuo: lumine tuo aperi oculos meos. Nō poſſum videre te: niſi reſpexeris me? Ita p‑manſit in amaritudine lachrymarū quouſq̧ dominus de portis erumperet inferorū. Pe‑trus lachrymas fudit confeſſionis: et iudas

D oſculū porrigit falſitatis. Orate inquit diſci‑

Matth. 26. pulis: ne intretis in temptationē. Inquieta nox in fugam cōpulit piſcatores. Paſtor te‑netur: ⁊ petrus turbatur. Ipſe paſtor triſtis erat: anima eius turbat: diuinitas incōcuſſa letatur. Orat ſemel: orat et iterum: tertioq̧ precat. Tanq̧ aquila tegebat nidum ſuum velamēto pennarū: ⁊ ſollicitus cum orat ad pullos reuertebat: ꝓpter quos triſticiā pa‑tiebatur. Obtulerunt iudei triginta argen‑teos. Ille tali ꝑcio debet cōparari: cui nō ꝑoteſt aliquid eſtimari. Bene ſynagoga tri‑ginta ſtateres argenti penſaſti: dū dei filiū ſuſpendiſti. Abijt ergo iudas: et laqueo ſe ſuſpendit. Vide iudas ſententiā diuine ma‑ieſtatis: que te puniri noluit manibus alie‑nis. Pendes in laqueo: ⁊ argentum iacet in templo. Nullus gratulat de tali cōmercio: quia ſacrilegum pronūciat preciū. Non licet mitti in corbonan: quoniā preciū ſanguinis eſt. Ecce iudeorū improbitas cōdemnat ad‑miſſum: ⁊ nō cōdemnat ſacrilegiū. Si tolle‑re nō licet preciū: cur implere feſtinas homi‑cidium? Aut preciū innocentis ſanguinis in corbonan non licebat mittere: ipſum inno‑centē licebat occidere? Emerūt inquit agrū in ſepulturam peregrinorū. Inuenit tandē mens ceca remediū. Ad requiem peregrino‑rum: ſaluatoris deputant preciū. Licet non agnoſcant: implet tamen myſterij ſacramen‑tū. Interrogauit pilatus ieſum: Tu es rex iudeorū? Et ieſus: Tu dixiſti. Qui ait vul‑go: Quem vultis dimittam vobis: barra‑bam an ieſum? Vulgus clamat: crucifigat. O inordinata nequicia iudicantis. Pronū‑ciat innocentē: ⁊ eligendi tribuit facultatē. Multa enim ſum paſſa ꝑ iuſto iſto hac no‑cte: eius mulier mandat. In natiuitate mun‑di: vxor ducit virum ad mortem: in paſſione chriſti vxor ꝓuocat ad ſalutem. Illic ſerpen‑tis ſubtilitas ꝑcipitat: hic terror angelicus reuocat: vt inde inciperet venia: vnde vidē‑tur ꝓrupiſſe peccata. Aqua manus lauat di‑cens: Innocēs ſum a ſanguine huius iuſti. Illuminat per aque myſterium iudicio ſen‑ſus: ⁊ chriſtū pronūciat iuſtum vt populum faceret reum. Magnū tibi delicti vendicas principatū. Ecce iudex ſaluatoris ſe amore excuſat: ⁊ traditor ſe cum iudeis ꝓpria voce condemnat. Omnia ſunt elementa pmota: celum non eſt quietū: cum caput dominicū colaphis verberat. Non curia celeſtis celo cōtenta pmanſit: quia in cōmotione fuerūt. Celi luminaria cōturbant: ⁊ de ſtationibus ſuis ſtelle ſulphuree cadūt in lapſum. Ligni cuſpide rumpit golgatha: reſonant mallei ſecureſq̧ cedentes: ſcindunt montis ſacrati petre: ille ſolus petrus qui fuerat ſup petrā tanq̧ in mollem tenuemq̧ arenam ſolueba‑tur ex petra. Latro veniā petijt: deitate lar‑giente percepit. Ille ſui meminiſſe rogauit: ſaluator in paradiſo ſecū veniſſe ꝓmiſit.

Matth. 27.

E

## In eadem feria: Sermo III

Sermo Dilectiſſimi fratres: dominus noſter
C.XXII. D ieſus chriſtus nobis ſalutem exhi-
A buit: diuinę ꝯo naturę nihil minuit.
Gratias ergo agamus pietati eius: qui infir
mitati noſtrę de homine ſuo vitale compo-
ſuit medicamentũ. Magnificemus eũ: quia
nullũ diuinę virtutis dum nobis ſubuenit
fecerat detrimentũ. Vere pi⁹: vere ſaluator:
qui intantũ dilexerit opus ſuum: qui intan-
tũ reputauerit ſeruũ ſuum: id eſt humanum
genus vniuerſuȝ: vt culpam eius ſuo verbe-
re expiaret: vulnera eius ſuo liuore ſanaret.
Deniqꝫ ille peccat: h vapulat. Ille ꝑuarica-
tur: iſte crucifigit. Quis hoc exiſtimet: et qs
cogitet? Quis compenſet dominũ ꝓ ſeruis
mori dignatũ? Et hoc ꝓ quib⁹? Pro ſcelera-
tis: ꝓ impijs. Quid tibi dñe retribuet opus
tuũ bonũ a te factũ: ꝓpria volũtate ꝑuerſũ:
ſed tua miſeratiõe reparatũ? Quid ab eo ꝓ
tantis bñficijs expetis? Nũquid aliquid ei⁹
eges: aut ab eo qđ ei non dediſti reqris? An
forte imo h q̃ris vt aptũ facias cui miſerea-
ris: vt dignũ cõſtituas quẽ imortalitat⁹ tuę
ꝑticipẽ reddas: vt facias bonũ quẽ corones
in ęternũ? Sed qđ a nobis vt hoc retribue-
B res accepiſti? Nihil certe: an aliquid? Indul
geat dñs terrę miſerę: ſi quippiã terra ⁊ cinis
ꝓſumpſerit dicere. Non repudiat inſipientẽ
ſed reſpiciat confitentẽ. Dicat terra domino
ſuo: dicat homo factori ſuo. Nempe accepi-
ſti aliquid ex me: qđ non habuiſti in te. Vo-
lens em̃ ſubuenire terrę: ſed excedere ñ volens
modũ iuſticię: mortalẽ morte tua redimere
cogitabas: ſ vnde mori poſſes ex te nihilo-
minus non habebas. Tu omnipotens: ego
egens. Tu imortalis: ego mortalis. Accepi-
ſti ex me ęgeſtatẽ pulueris: ſumpſiſti de me
mortẽ carnis. Fudiſti ꝓ me preciũ redẽptio-
nis. O ꝑciosum preciũ ꝑditorũ. Dicant nũc
qui redempti ſunt a dño: quos liberauit de
Ps.106. manu hoſtis: Cõfitemini dño quoniã bon⁹:
quoniã in ſęculũ miſericordia eius. Dicat ei
terra redempta: terra irrigata: redẽpta ſan-
guine: irrigata baptiſmate: Magna iniqui-
C tas mea: ſed maior eſt redẽptio tua. Audiat
ergo vocẽ dñi mei humani generis aduerſa-
rius: ⁊ nihil iam ſibi applaudat elatus: qꝛ ꝓ
Matth.27. totius mũdi facinore in cruce pependit dñs
Joh.12. noſter ieſus chriſtus. Nũc inquit iudiciũ eſt
mũdi: nũc princeps hui⁹ mũdi mitteẗ foras.
Et ego cũ exaltatus fuero a terra: omnia tra
ham ad meipſum. O q̃ bene te tuo impe-
tu diabole ꝑcuſſiſti: Crudelitas tua tibi exi-
tium: nobis attulit cõmodũ. Dum nulli par
cis: teipſum tandẽ interimis. Per vnius de-
lictum omnes captiuaſti: ꝑ vni⁹ iuſticiã oẽs
nihilomin⁹ amiſiſti. Si illũ qui tibi cõſenſe-
rat inuaſiſti: iſtũ in quo nihil inueneras cur
indebite occidiſti? Effudiſti innoxiũ ſangui-
nẽ: redde damnatã ꝓgeniẽ. Tu certe ille es
qui tibi diuinitatis ſimilitudinẽ arrogabas
elatus: nũc ab homĩe diuino ꝓſterneris ſu-
peratus. Et quid mirũ ſi te vtpote creaturã
ſuã virt⁹ diuina viciſſet? Sed hoc ẽ magnũ
atqꝫ mirificũ vt de puluere aſſumeret: vnde
tuã nequiciã ꝓſterneret atqꝫ cõtereret: vt q̃
ſupra ſydera ſupbus erigebaris: nũc a carne
ſuperis. Ille igitur ſanguis quem effudiſti
te vicit: me redemit. Deniqꝫ illũ bibo: et ve- D
neni tui ꝑniciem ſaluatus vltra non timeo.
Pręualuiſti in paradiſo: ſed victus es de pa
tibulo. Quid mihi circumiectã ꝑadiſo igneã
rhomphęam opponis? Ecce exaltati crucifixi
ꝓfluẽs vnda reſtinxit verſatilẽ flammã. Jã
iam patet hũano generi ꝑadiſus: in quo la-
tronẽ confitentẽ reduxit dñs ieſus chriſtus.
O q̃ grande myſteriũ. Paradiſus qui clau-
ſus fuerat ꝑuaricatori: iã reſeraẗ latroni. An
forte ⁊ in hoc latrone totũ hominẽ: vel illum
etiã primũ generis hũani parentẽ aduerte-
re cõuenit? Si em̃ is qui alijs inficiẽdo intu-
lerat mortem latronis accepit nomẽ: quãto
magis qui ipſam mortẽ quę non erat peccã-
do inuenit: latronis nõ imerito crimẽ incur-
rit? Chriſtus autẽ ait latroni: Hodie inquit Luce.23.
mecũ eris i ꝑadiſo. Cui aliquãdo chariſſimi E
tarde videaẗ eſſe conuerſio: cũ latronis iam
pendẽtis: iam moriẽtis nõ fuerit repudiata
cõfeſſio? O ampla dñi miſeratio: obliuiſcẽtis
iniuſti crimẽ: ſuſcipientis pęnitẽtis fidẽ: pro
ſcelere damnatũ faciẽtis electũ: mortis debi
torẽ reddẽtis ęternitatis vitę participẽ. Sȝ
plane hui⁹ latronis extrema quidẽ ſed non
minima fides: qui dñm tunc nõ ſuſcitantem
mortuos: ſed morientẽ ꝓ peccatorib⁹ prope
modũ agnoſcere ⁊ cõfiteri ꝓmeruit. Solus
deniqꝫ petrus paſſionis timore perterritus:
quaſi hominẽ denegat: latro crucifixũ ado-
rat. Sed petrum dominus correxit reſpici-
endo: latronem ꝯo beatificauit in gloria aſ-
ſumendo. O latronem laudabilem: mirabi-
lem: imitabilem: ſęuientem gladio: violen-
tum cęlo: rapinis inhiantem: fide feruentẽ.
Sed hęc mutatio dexterę excelſi eſt: vt verſã Ps.76.

vicem redderet diabolo chriſtus: videlicet
vt queadmodum diabolus primū deprauā/
do hominē abſtulerat de paradiſo: ſic chriſtꝰ
latronem confitentē erueret de inferno. Ille
ꝯſumentem de interdicto ligno decepit: iſte
F pēdentē de penali ligno redemit. Etenī fra/
tres aſſumamꝰ ⁊ nos vocem latronis huius
ſi nō volumus eſſe latrones. Dicamꝰ ⁊ nos:
Luc.23. Memēto noſtri domine cum veneris in re/
gnum tuū. Hanc ergo confeſſionē illius ſan/
cti latronis fratres chariſſimi quā decantan
do ꝓtulimus ⁊ reſpondendo ꝓpria voce fe/
cimus: deuotione certiſſima ꝓferamus: ⁊ ſic
dicamus vt audiamur: ſic cōfiteamur vt ſal/
uemur. Fide ergo dicamus: corde clamemꝰ.
Ipſe autē dn̄s noſter ieſus chriſtus audiet
ꝑfecto vocē noſtri clamoris: ſi integrā deuo
tionem approbauerit mentis. Ipſe perducat
nos ad arborem vite: qui eruit nos de lacu
miſerie. Ipſe aperiat nobis ianuas paradiſi:
qui confregit portas inferni. Ipſe populum
ſuum eruat a flagello: qui ſe cōtineri ꝑmiſit
ante pontiū ꝑſidem pilatū. Ipſe in regnum
ſuum ꝑducat cōfitentes: qui pati dignatus
eſt ꝓ impijs innocens: vt ſit nomen domini
benedictū in ſecula ſeculoꝝ: Amen.

## Sermo C.XXIII. In eadem feria: De expoſitione Symboli: Sermo IIII

A Oportet attendere fratres chariſſimi
quāta dei pietas ſit erga hūanū ge/
nus. Omnipotēs deus creator ⁊ cō/
ditor angeloꝝ ⁊ hominū: oīs creature viſibi
lis ⁊ inuiſibilis patrē ſe voluit vocari ab ho
Gen.2. mine ⁊ ꝓ filijs habere quos fecit ex limo ter/
re. Si ꝗ credis deo: demonē relinque: ſi deū
ſequi volueris: quicqd deo nō placeat deui/
tare ꝓcura. Gaude ⁊ exulta: qꝛ vnū eundēqꝫ
deū habes ⁊ patrē: ipſū cole: ipſū dilige: ipiꝰ
fac volūtatē. Nihil de idoloꝝ cultu vel ſup/
ſtitionibꝰ paganoꝝ cogites: qꝛ deꝰ eſt omi/
potens ꝗ oīa ꝗ tibi ꝓmittit potēs ē reddere.
Et in ieſum chriſtū filiū eius vnicū dn̄m no/
ſtrū. Niſi eni eundē dei filiū: eundēqꝫ chriſtū
filiū hoīs tota mente abſqꝫ vlla heſitatiōe
credideris atqꝫ cōfitearis: nec patrē tibi pro/
derit cōfiteri. Crede ergo filiū dei vnigenitū
ab ingenito deo patre: vitā a vita: verū deū
de vero deo: coeternū ⁊ coeſſentialē: coomi/
potentē ⁊ coequalē ꝑ omnia patri: ⁊ ad eter/
na cū eo ⁊ cū oībꝰ ſanctis eius gaudia me/
reberis ꝑuenire. Qui cōceptus ē de ſpūſan/ B Luc.1.et.2.
cto: natꝰ ex maria vgine. Cū ſpm̄ ſanctū mi/
niſtratorē ante natiuitatē audieris: nullate/
nus dubites virginē potuiſſe cōcipere. Cur
nō credis eum in vtero incorrupte virginis
potuiſſe hoīem figurare: quē credere debes
hoīem feciſſe de limo terre? Nec dubites ma
riā virginē manſiſſe poſt partū: qa qualiter
hꝫ factū ſit non hūanꝰ ſermo neqꝫ ſenſus pōt
cōprehendere: qm̄ deus pater voluit filium
ſuū coequalē ſibi ꝑ omnia in nulloqꝫ diſſimi
lem humanā ꝓ hominibꝰ ſuſcipere carnē: vt
omnibꝰ ſibi credētibus eiuſqꝫ obſequētibus
voluntati eternā vitam largiret ⁊ gloriā: vt
hominē ad imaginē dei factum et ꝑ inuidiā
deceptū diaboli atqꝫ a regno expulſum eter/
no: ꝑ vnicū filium ſuum carnem aſſumendo
et humanā naturā ſuſcipiēdo erueret a dia/
bolo ⁊ regno reſtitueret eterno. Qui paſſus Matth.27.
eſt ſub pontio pilato: crucifixus: mortuus et
ſepultus. Qui ꝓpter te humane carnis acce
pit corruptionē: ipſe ꝓ tua redemptiōe ⁊ ſa/
lute in hūanitate quā accepit crucis pertulit
paſſionē: qꝛ paſſio illiꝰ noſtra eſt vita: mors
illiꝰ eſt liberatio noſtra. Tertia die reſurrexit C
a mortuis. Si te triduana domini ſepultura
cōturbet: reſurrectio glorioſa ꝯfirmet. Quic/
quid eni infirmitatis audis in chriſto: noſtre
hoc neceſſitatis: noſtre redēptiōis eſt cauſa:
quicquid glorie: eius eſt proprie poteſtatis.
Qui ideo mortuus eſt vt nos reuiuiſceret:
ideo reſurrexit vt nos ad vitam reſuſcitaret
eternam. Aſcendit ad celum ſedet ad dexte/ Marci.16.
ram dei patris omnipotētis. Si tibi magnū
et ꝑcioſum videt ꝙ ꝓ te filius dei pependit
in cruce: illudqꝫ ſublime ꝙ aſcendit in celuꝫ:
illud te multomagis ſtupere oportet ꝙ ꝓ te
mortuus eſt ⁊ ſepultus. Quia ad hoc deſcē/
dit vt ea que humane diſplicent infirmitati
ꝓ tua ſalute ſufferret: et te ad eternā ⁊ ad ce/
leſtem gloriā ſecū ꝑduceret. Inde venturus 2.Timoth.4
eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. Ipſe ꝗ ab ini/
quis ⁊ impijs iudicatus eſt ad mortem: ipſe
omnes bonos et iuſtos iudicaturus eſt ad
gloriam: omneſqꝫ impios detruſurus ad pe/
nam. Et in ſpiritū ſanctum. Sicut credidiſti D
deum patrē omnipotentē ⁊ filium eius vni/
genitum: pari fide et veneratione crede ſpi/
ritū ſanctū vnū deū eſſe patri filioqꝫ coequa
lem in omnibus: in nulloqꝫ diſſimilē. San/
ctā ecclīā catholicā: ſanctoꝝ cōmunionē: re/
miſſionē pctoꝝ. In qua omnis qui renatus Iob.5.

fuerit ex aqua ꝛ ſpũſancto eternã omniũ pci/
piet indulgẽtiã peccatoꝝ: extra quã omnes
iniqui ꝛ impij ad ſupplicia deputanẽ eterna.
Carnis reſurrectionẽ ꝛ vitã etnã. Qđ i chri/
ſti glorioſa reſurrectiõe audiſti cõpletũ: hoc
in te oino in futuro iudicio crede eſſe cõplen
dum: Et carnis tue reſurrectio te reparet in
eternũ. Niſi enim crediderís reparandũ te
eſſe poſt mortẽ: ad ꝑmiſſi vite eterne puenire
nõ poteris. Si autẽ crediderís: eternis gau/
dijs inſeraris: Per chriſtũ dominũ noſtrum
viuentẽ ꝛ regnantẽ cũ patre ꝛ ſpũſancto nũc
ꝛ ſemꝑ: ꝛ in omnes eternitates ſeculoꝝ ſecu/
li: Amen.

## Sermo C.XXIIII. Feria quarta poſt dominicã Pal/ marũ: De paſſione dñi: Sermo I

A i IN lectione euãgelica que nobis he/
ſterno die recitata eſt frẽs chariſſimi
audiuimus dominũ dixiſſe diſcipu/
Matth. 26. lis ſuis: Omnes vos ſcandalũ patiemini in
hac nocte ꝓpter me. Cui beatus petrus ait:
Etiã ſi omnes ſcãdalizati fuerint: ego nunq̃
ſcandalizabor. Sed dñs inſpector cordis re/
ſpondit ꝛ dixit: Amen dico tibi anteq̃ gallꝰ
cantet ter me negabis. Ille autẽ dixit: Etiã
ſi me mori oportuerit pro te: non te negabo.
Videte fratres chariſſimi verꝰ ꝛ celeſtis me/
dicus venam cordis inſpexerat: et qua hora
temptatiõis pondus vel infidelitatis frigus
venturũ eſſet ꝑdixerat. Medicus ꝑdicabat
ꝛ egrotus negabat. Sed vbi ad horã ventũ
eſt: falſuz fuit qđ ꝓmiſerat homo: ꝛ verũ ap/
paruit qđ ꝑdixerat deus. Quid enim homo
ſine dei gratia poſſit: timor beati petri apli
euidenter oſtendit. Per ſolũ enim liberum
arbitrium nõ addito etiã dei adiutorio pro/
miſerat ſe ꝓ domino moriturũ. Sed quid ẽ
homo ſine gratia dei: niſi qđ fuit petrus cuz
Eſa. 40. negaret chriſtũ: ꝛ niſi qđ ait ꝓpheta: Omis
B caro fenum? Et ideo beatũ petrum paululũ
dominus ſubdeſeruit: vt in illo totũ huma/
num genꝰ poſſet agnoſcere: nihil ſe ſine dei
gratia preualere: et vt eccleſie rectori futuro
ignoſcendi peccãtibus quedã regula pone/
ret. Credende enim erant petro aplo claues
eccleſie: imo credite ſunt ei claues regni celo
rum. Credenda quoq̃ ei erat populoꝝ innu
mera multitudo q̃ eſſet ꝓ ſue nature vitijs:
paſſionibus: culpis inuoluta atq̃ peccatis.
Matth. 16. Deniq̃ ſic ad eum ſaluator dicit: Tibi inq̃t
dedi claues regni celorũ. Deinde ſequit̃ di/
cens: Quecũq̃ ligaueris ſuꝑ terrã erunt li/
gata ꝛ in celo: videlicet vt ĩ clauibus fidelis
ianitor: in ſententijs eſſet clemẽtiſſimꝰ diſpẽ
ſator. Erat enim reuera hic petrus paulo du/
rior ꝛ ſeuerus: ſicut eius auſteritatẽ trũcata
ob chriſti iniuriam ſerui principis ſacerdotũ
declarat auricula. Hic igit̃ tam durus tanq̃
ſeuerus ſi dono nõ peccãdi a dño fuiſſet in/
deptus: que venia cõmiſſis populis dona/
ret? Sed idcirco diuine ꝓuidẽtie ſecretũ ita
temperauit atq̃ ꝑmiſit vt primꝰ ipſe laberet̃
ac rueret in peccatũ: quo erga peccantes du/
riorem ſententiã ꝓprij caſus intuitu tempe/
raret. Quãtum igit̃ diuini muneris erga ſa/
lutem hominũ: quantũ cure quãtũq̃ ſollici/
tudinis impendat̃ aduertite. Totius corpo/
ris morbum in ipſo capite curat eccleſie: ꝛ in
ipſa vertice cõponit membroꝝ omniũ ſani/
tatẽ: in ipſa cõfeſſionis chriſti crepidine: in
ipſo imobilis fidei fundamento: in petro ſcꝫ
illo qui dixerat: Etiã ſi me oportuerit mori te/ Matth. 26.
cum non te negabo. Hic eſt petrus qui diui/ C
na reuelatione prior omniũ veritatẽ meruit
cõfiteri dicẽs: Tu es chriſtus filius dei. Hic Matth. 16.
tantus ꝛ talis venit ad illã noctẽ in qua dñs
tradebat̃: ꝛ cũ ſe calefacere vellet ad prunas Joh. 18.
acceſſit ad eum puella ꝛ dicit ei: Et tu heſter/
no die cũ homĩe hoc eras. At ille mox reſpõ/
dit: Neſcio hominẽ iſtũ. Quid agis o petre
future rector eccleſie: quid loqueris? Intue/
re quid ſis interrogatus: vel quid interrogã
ti reſponderis. Vox tua repente mutata eſt.
Hoc eſt omne illud quod cito: ſed nõ cauto
ſermone ꝓmiſeras? Hoc eſt totũ qđ etiã om
nibus negãtibus te vſq̃ ad mortẽ ꝑſeuera/
re iurauerasꝰ Nondum fidem tuam aliquis
temptauit atq̃ diſcuſſit: nondũ te ob chriſti
negationem aduerſarius traxit ad publicũ:
nõdum es apud reges ꝛ preſides ꝓpter no/
men eius exhibitus: non tibi flagella: non/
dum ſunt admota tormẽta. Quis porro eſt
qui te interrogat: q̃ tam cito negaſti? Non
eſt ſeruus: non liber: non phariſeus: nõ ſcri/
ba: non ſacerdos: non miles: non centurio:
non ſpiculator: nullus poſtremo eorum qui
auctoritate ſua poſſet formidinem incutere
confitenti. Mulier te ſimplici voce interro/
gat: ꝛ fortaſſe nec ꝓditura cõfeſſum. Nec ſo
tantũ mulier ſed puella: ꝛ non ſolum puella
ſed oſtiaria: vile ꝓculdubio abiectũq̃ man/
cipium. O res ſtupenda. Puella accedẽs fi/
dem petri diſcuſſit: ꝛ mirũ ſi ſoliditatẽ petri

non turbo: nõ imber: ſed roris leuiſſima gutta trãſfixit. Petrus labia puellę nõ ſuſtulit: ſed vbi locuta eſt: ille turbaẜ. Proceſſit ſermo puellę: ⁊ imobilis columna concuſſa eſt. Verũtamē inſtabat illa interrogans ⁊ dicebat: Et tu heſterno cũ homine hoc eras? Petrus autē eo magis oppreſſus formidine: hominē ſe ſcire negauit. Quē reſpiciens chriſt⁹ ſuorũ fecit recordari ſermonũ. At ille intelligens factũ: cõuerſus ad pœnitentiã amariſſime fleuit. Agnouit eñ ſibi vt homini peccati irrepſiſſe pniciem: qđ totum hactenus vt memini diuinitus ꝓcuratũ eſt. Uidete ergo
D fratres chariſſimi quēadmodũ exiguę culpę ꝑmittitur ſubiacere tantus apoſtol⁹: vt emēdatus elatiõis vitio atq; correctus: integro veſtiaẜ moderatiõis ⁊ clementię indumēto. Jam enim eruditus es et edoctus in petro: quēadmodũ eũ dñs tui cauſa patiẜ circũſcribi delicto: quēadmodum illum fidei pietatiſq; ſigniferũ: ⁊ generis humani columnaꝝ permiſerit metu dominãte quaſſari: vt populorũ doctoribus et magiſtris eſſet exemplum: a deo ſibi non peccandi gratiã minime cõdonatã: ſicut dicit apoſtolus paulus:
Gal.6. Conſiderans te ne ⁊ tu tempteris: cum forte quis fuerit in eccleſia delicto pręuentus: nõ ſtatim abijciat: nõ condemnet: ſed compatiatur ac lugeat: conſoleẜ ⁊ reuocet: cõmodet iacenti affectum: porrigat manũ: erigat ipſum: ſpem ei diuinę clementię repromittēs: ſub q̃ etiã ſeruire exemplo tantoꝝ comprobat magiſtrorũ. Hęc aũt nos vt ſup̄ memorauim⁹ nõ iuſtos culpando: ſed peccatores ad ſpem erigendo protulimus: et primo quidem virtutes eius extulimus: vt ⁊ iuſtis formã cautelę: ⁊ peccatoribus ſalutis monſtraremus exemplũ.

## Sermo C.XXV. In eadē feria: de expoſitiõe Symboli: Sermo II

A c Redimus in vnũ deum patrem omnipotentē: et in vnigenitũ filiũ eius ieſum chriſtum deum ⁊ dominũ ſaluatorē: ⁊ i ſpiritũſanctũ deũ. Nõ tres deos: ſed patrem ⁊ filium ⁊ ſpiritũſanctũ vnũ deũ colimus ⁊ cõfitemur. Non ſic vnũ deũ quaſi ſolit[illegible]: nec eũ deniq; qui ipſe ſibi pater ſit ipſe ⁊ filius: Sed patrem verũ qui genuit filium verum: id eſt deũ ex deo: lumē de lumine: deum verũ de deo vero: omnipotentē de omnipotētē: viuꝰ ex vita: perfectũ ex perfecto: totum a toto: plenũ a pleno: Nõ creatum ſed genitũ: non ex nihilo ſed ex patre: vnius ſubſtantię cum patre: qđ grece dicitẜ: homouſion. Spiritũ vo ſanctũ deũ non ingenitũ: neq; genitum: non creatum neq; factum: ſed de patre ꝓcedentē et filio: patris et filij ſpiritũ: ſemꝑ in patre et filio coęternũ ⁊ coęqualem ⁊ cooperatorē cõfitemur et veneramur. Ideoq; in nomine patris et filij et ſpiritusſancti vnum cõfitemur deũ: q2 deus nomē eſt poteſtatis nõ ꝓprietatis. Propriũ nomen eſt patri pater: et propriũ nomen eſt filio filius: ⁊ propriũ eſt ſpirituiſancto ſpirit⁹ ſanct⁹. Hãc trinitatē vnũ deũ credimus. Et vnũ eſſe deũ patrē: et ex vno patre filiũ q̃ eſt vni⁹ cũ pr̄e naturę vniuſq; ſubſtãtię: ⁊ vnius poteſtatis. Paẜ filiũ genuit: nõ volũtate: nõ B
neceſſitate ſed natura. Filius vltimo tēpore ꝑ quē omnia facta ſunt: quę in cęlis ⁊ quę in Col.1.
terra: viſibilia ⁊ inuiſibilia ad nos ſaluãdos et adimplendas ſcripturas venit a patre: q̃ nunq; deſijt eſſe cum patre: quē credim⁹ cõceptũ de ſpiritusancto ⁊ natũ de virgine ma Luc.1.et.2.
ria: verbũ carnem factum: non demutatuꝫ: Joh.1.
ſed deum ꝑmanentē: hominē natũ non putatiue ſed vere: Non aeriũ ſed corporeũ: nõ phantaſticũ ſed carneũ: oſſa: ſanguinē: ſenſum et animã habentē: hoc eſt ꝑfectũ hominem: verum hominē: ⁊ verum deum intelligimus: vt verum deũ verum homine fuiſſe nullomodo ambigam⁹. Nõ enim amiſit qđ erat: ſed cępit eſſe qđ nõ erat: vt ꝑfectus ſit i ſuis: et verus ſit in noſtris. Nam qui deus erat homo factus eſt: et qui homo natus eſt operaẜ vt deus: et qui operaẜ vt deus vt hõ moriẜ: et qui vt homo moriẜ ſurgit vt deus. Qui deuicto mortis imperio: cum ea carne qua natus ⁊ paſſus ⁊ mortuus fuerat reſurrexit. Aſcendit ad patrē ſedetq; ad dexterã Marci.16.
eius in gloria quã ſemꝑ habuit habetq;. In eius morte ⁊ ſanguine credimus nos emundatos: et ab eo reſuſcitãdos die nouiſſima i hac carne in qua nunc viuimus ⁊ quã habēm⁹ cõſecuturos nos aut vitã ęternã ꝓ p̄mio boni meriti: aut pęnas ꝓ peccatiſ ęterni ſupplicij. Hęc retinete: huic fidei animas vr̄as ſubiugate: a chriſto domino pręmia cõſecuturi regni celorum: Amen.

## In eadem feria: De oratione dominica: Sermo III

Ser.CXXVI A

Quoniã dño gubernãte iam estis in regia cõstituti: ꝛ prope est dies quo ad cęlestis regis veluti cõsistoriũ veniatis: moneo vos charissimi vt ꝓcem legitimã patri et deo offerendã ante discatis. Nã qꝛ stupida mens hoim ꝛ ignara cęlestiũ: nec scire nec inuenire poterat quẽadmodũ deũ digne ꝓcaret: ipse verus dñs ꝛ magister ostẽdit ꝛ docuit. Per se quidẽ sanctos aplos: ꝑ illos autẽ nos quõ debeam⁹ orare. Sic inqt

Matth.6. orabitis: Pater nr qui es i cęlis: Sanctificet nomẽ tuũ: Adueniat regnũ tuũ: Fiat volũtas tua ꝛc̃. O vere cęlestis oratio: q̃ tota est oratio. Nã si singula ṽba ꝓut sunt lati⁹ tra

De ṽbis dñi Ser.28.a In li.50 homelia ꝝ.41.a

ctare voluerim⁹: dies anteq̃ sermo deficiet. Attamẽ breuiter ꝑcurram⁹. Dicim⁹: Pater nr qui es i cęlis. Sic incipiẽdo: bonitatẽ dei ꝛ gratiã ꝓtestamur. Nam qñ nos terrestres ꝛ miseri ꝛ imbecilles ꝛ inutiles serui auderemus vultũ leuãtes ad cęlũ dicere: Pater nr: nisi ipse ꝑ suũ nobis vnigenitũ hanc fiduciã ꝯstituisset? Sicut scriptũ est: Quotquot eum

Job.1. receperũt dedit illis potestatẽ filios dei fieri: his qui credunt in nomie eius. Accepta igit

Ro.8. potestate patrẽ vocam⁹ deũ: quia ꝑ fidẽ spiritũ adoptiõis accipimus: vt nos factos dei

B filios gratulemur. Deinde dicim⁹: Sanctificet nomen tuũ. Hoc actio gratiaꝝ est: veluti si dicat: Sanctũ sit ꝛ benedictũ nomen tuũ. Decet ẽ gratias agere qui gratiã meruerũt. Adueniat regnũ tuũ. Non vtiq̃ vt incipiat ille regnare cuius regnũ est omniũ sęculoꝝ: sed hoc optam⁹ vt finẽ nris faciat malis: et veniẽs de cęlo nos assumat in regnum. Hoc eñ dicto admonemur vbi vitã nostrã ꝛ substantiã ꝛ regnũ sperare debeam⁹. Similiter dicim⁹: Fiat volũtas tua sicut in cęlo ꝛ in terra. Quis eñ obstat deo: quo minus fiat voluntas eius vbiq̃? Sed hoc oram⁹: vt sicut in cęlo fit voluntas dei vbi nullus offendit: ita virtutẽ nris animis tribuat: vt eius volũtatẽ nos qui sum⁹ in terra facere ꝛ implere possim⁹. Uel certe cũ dicim⁹: Fiat volũtas tua: docemur semꝑ ad dei nõ ad nostrã respicere voluntatẽ: qꝛ in nra volũtate aliquotiens cõtraria sunt: in dñi autẽ volũtate vita

C est semꝑ ꝛ bonitas. Cõsequẽter iã post cęlestia etiã terrestria postulam⁹: sed tñ necessaria. Nã dicim⁹: Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie. O sapiẽtia vera ꝛ diuina ꝓuidentia: q̃ docuit ꝛ panẽ solũ petere: et hodie nomiare. Hoc eñ dicto: ꝛ auiditas cũ auaricia tollit: ꝛ humanę vitę insinuatur incertũ: ſm illud: Nolite solliciti esse i crastinũ. Ue- Matth.6

reeñ incõueniens esset cũ in multos annos ꝛ tpa vel certe in aliũ diẽ necessaria postulare: cui forte sub nocte esset vita finiẽda. Sic Luc.12

eñ ꝛ ille auarissim⁹ diues q̃ restructꝭ horreis ꝛ repletis dixerat ad aiaз suã: Habes multa bona in annos multos: epulare: audiuit a dño: Stulte: hac nocte repetũt aiaз tuã: quę ꝑparasti cui⁹ erunt? Cõpetenter ẽ oram⁹ panẽ nostrũ quotidianũ hodie nobis dari: qa crastinus dies qd pariat ignoram⁹. Dicim⁹ D

deinde: Dimitte nobis debita nra. Debita Matth.6.

fratres peccata intelligunt. Nã debitũ contrahit quotienscũq̃ delinquit: Quod debitũ quãdoq̃ solui in gehenna necesse est. Et qꝛ hũanę fragilitati nõ deest quotidie vnde delinquat: ideo petim⁹ vt debita nobis dũ sumus in corpore dimittant: ne vsq̃ ad no- Matth.5.

uissimũ quadrantẽ desudem⁹. Sñ autẽ adiũgit: Dimitte nobis debita nra: sicut ꝛ nos dimittim⁹ debitoribus nris. Uides charissime quãta nos cõditiõe diuin⁹ sermo ꝯstringat. Dimitte ẽ vt dimittat tibi. Habes aliquẽ debitorẽ q̃ in te peccauit: qui forte iniuriã fecit: dimitte illi roganti: indulge poscenti: parce pęnitenti: nedũ denegas pietatem fratri: tibi claudas indulgentiã. Jã ṽo vti- E

lissimo fine oratio sacra complect: orando cõtra tẽptationẽ ꝛ malũ. Dicim⁹ eñ: Ne inducas nos i temptationẽ: ſ libera nos a malo. Inducit de⁹ in tẽptationẽ hoiem: cũ tẽptari ꝑmittit vt ꝓbet: nõ vt ꝑimat. Temptat aũt non quasi mentiũ nescius humanaꝝ: sed vt suos fideles faciat in sęculo manifestos: sicẽ scriptũ est: Uasa figuli ꝓbat fornax: homies Eccl.27.

aũt iustos tẽptatio tribulationis. Sic abra- Gen.22.

ham temptauit in filio ꝛ honorauit: sic Job Job.1.

dando i tẽptationes varias ꝓbauit: sic sanctos aplos: sic beatissimos martyres ꝑ ignẽ quoq̃ et gladios coronauit. Ex quo apparet a deo tẽptatiões huiusmodi ꝓuenire: ꝛ diabolum nihil sine dei ꝑmissione valere. Ergo deus solus adorand⁹ est: qui põt educere de temptatiõe. Educit ṽo cũ liberat a malo. A malo aũt liberat: quãdo suꝑ id qd possum⁹ nõ nos ꝑmittit tẽptari. Habetis fratres ostẽ- F

sum: ꝛ quẽ debeatis orare: ꝛ cui gratias agere: ꝛ cui⁹ cupere regnũ vel expectare voluntatẽ: Deinde cõtra tẽptationes et malũ cui⁹ sit auxiliũ ꝯstolandũ. Ecce in paucis oĩa: ꝛ i breuitate cõpleta sunt. Quia ẽ non difficile

diſcitur: immo facile retinet: omnes hortor tam viros ꝙ̄ feminas diſcite retinere: vt cū fueritis gratiā domini quam cupitis conſecuti: inter omnes ſanctos hanc precem ore conſono ꝓferre poſſitis: et corde mūdo diligere: vt chriſtus ſedens ad dexteram patris in ore vr̄o v̄ba ſua videns et i corde vr̄o ſua ꝓcepta: ⁊ hic vos cuſtodiat: ⁊ futuro euo dignos efficiat. Ipſi gloria in ſecula ſeculorū: Amen.

## Feria quinta In cena domini: de eo quod ſcriptū eſt in euāgelio ſm Iohannē: Surgit a cena et ponit veſtimēta ſua ⁊c. Sermo I

Jo.13. Sermo C.XXVII

A Jo.13. b Hodie fratres chariſſimi audiuimus euangeliſtā dicentem: Quia cū ſurrexiſſet a cena dominꝰ: poſuit veſtimenta ſua ⁊ ꝓcinxit ſe lintheo: ⁊ cepit lauare pedes diſcipulorū. Quid nos dilectiſſimi in hoc loco dicturi ſumus? Quā excuſationem ꝓtendere poterimꝰ: qui dedignamur impendere peregrinis: qđ ille dignatus eſt impendere ſeruis ſuis? Sed ſūt forte aliqui viri potentes ⁊ nobiles: ſunt aliq̄ delicate matrone que dedignant̄ ſe inclinare vſq̄ ad veſtigia ſanctorum in hoc mūdo peregrinantiū: hoſpitum pedes nō ſolum ipſi nō dedignātur abluere: ſed nec ſuorū quidem cuiq̄ vt ꝑ ſe faciāt impare. Erubeſcūt forſitan nobiles delicatis manibꝰ viri vł mulieres chriſtiane in hoc mūdo ſanctorū contrectare veſtigia: quia hoc natalium ꝓrogatiua non patitur. Mala nobilitas: que ſe per ſuperbiā apud deū reddit ignobilem. Erubeſcūt ergo nobiles ⁊ potentes ſanctis ⁊ peregrinis abluere pedes in hoc ſeculo: ſed ſi ſe nō correxerint: plus habēt erubeſcere ⁊ dolere cum ab illorum cōſortio ſeparati fuerint in futuro. Tūc ſine vllo penitentie remedio affligent̄: cum illos quos deſpexerant ꝓpter humilitatem viderint accipere regnum: ſe ꝓpter ſuperbiā meruiſſe ſupliciū. Timeamus ergo fratres illud quod beatꝰ petrus apl's timuit quādo audiuit dominū dicentē: Si nō lauero te: nō habebis partē mecū: Et dum petrus recuſat: negat illi chriſtus regnum niſi accepiſſet obſequiū: ne forte et nos ſi ſanctorum pedes dedignamur abluere: partē cum illis non mereamur habere. Inclinemus nos potius ad ſanctorū vel peregrinorū veſtigia: quia cū hoc ſancta humilitate complemus: illorum quidē pedes manibꝰ noſtris tangimus: ſed animarū noſtrarū ſordes et maculas ꝑ fidem ⁊ humilitatē abluimus: et nō ſolum minuta ſed etiā capitalia peccata purgamus. Gaudete ergo dilectiſſimi ⁊ exultate in dño: B qui nobis in hac die ſalutifere conſolationis myſteria cōſecrauit. Unde autē cōmendauit dominus corpus ⁊ ſanguinem ſuū? Unde niſi de humilitate ſua? Niſi eñ eſſet humilis: nec manducaret̄: nec biberet̄. Reſpice altitudinē ipſius: In principio erat Joh.1. verbū. Ecce qualis eſt cibus ſempiternus. Sed manducant angeli: mādūcant ſuperne virtutes: mādūcant celeſtes ſpiritus. Manducant ⁊ ſaginant̄: et integrū manet qđ eos ſatiat ⁊ letificat. Quis autē homo poſſet ad illum cibum aſcendere? Quia ergo ad illum panem homo nō poterat aſcendere: dignatus eſt panis ipſe deſcendere ad hominē. Et hoc cum ineffabili pietate factum eſt: quia oportebat vt mēſa illa angelorū lacteſceret: ⁊ ad paruulos perueniret. Sic ergo fecit ſapientia dei: ſic nos ꝑ carnis aſſumptionem pauit pane celeſti: Quia verbū caro factū eſt ⁊ habitauit in nobis. Uide ergo humilitatē: quia panem angelorū mādūcauit homo: id eſt verbū illud vnde paſcunt̄ angeli ſempiternum quod eſt equale patri manducauit homo. Et ideo fratres chariſſimi: q꞉ nos do- C minus noſter patientia docuit: pena liberauit: morte redemit: ſperemus ſemꝑ in dño: ⁊ nihil ſine eius voluntate ⁊ adiutorio ꝓſumamus. Noſtis eñ quid temere beatus petrus ꝓmiſerit chriſto: Et ſi omnes inq̄t ſcandali- Math.26. zati fuerint in te: ego nunq̄ ſcandalizabor. Dñs qui nouerat fragilitatē humanā: ⁊ ſciebat nō eſſe in ꝓmiſſione ſed in cōſummatione virtutē: Amen inq̄t dico tibi q꞉ in hac nocte anteq̄ gallus cantet ter me negabis. Dicit ei beatus petrus: Etiā ſi me mori oportuerit tecū: non te negabo. Uidete fratres reſponſionē diſcipuli: ⁊ intelligite dilectionis eſſe qđ dixit. Sed q꞉ ꝑ ſolum ſui amoris ſtudium nō addito etiam adiutorio dñi voluit eſſe ꝓmiſſum: ſtare nō potuit ꝑ hominē: qđ ſub diuinitate pendebat. Fuit quidē in voluntate: ſed nō fuit in virtute: ſicut ipſe dñs dicit: Spiritus ꝓmptus eſt: caro autē infir- Ubi.s ma. Et iterum: Sine me nihil poteſtis face- Joh.15. cere. Uſq̄ ad mortē ꝓmiſit: ⁊ i timore negauit. Habuerat confeſſionē mirabilem: ſi ha-

D buiſſet in cõſummatione virtutẽ. Unde dilectiſſimi fratres rogo et admoneo vos: vt vnuſquiſq; recurrat ad teſtem idoneũ: id eſt ꝯſcientiã ſuam: ⁊ ſi ibi aliqua vulnera inuenerit peccatorũ: confugiat ad remedium lachrymarũ. Peniteat ſe feciſſe qđ fecit: incipiat vigilantiſſimo corde ꝓterita curare: preſentia vitare: futura ꝓſpicere: ⁊ deo auxiliãte omnia mala repellere: quia ꝙdiu quis in hoc ſeclo viuere poſſit ignorat: nec licet euadere niſi penitentia precurrente. Illud ante omnia dilectiſſimi fratres qđ ſpecialiter pertinet ad fideles: pia fide et tota animi deuouotione cogitate. Acceſſuri ad altare domini dei noſtri inſpicite vniuerſa latibula cordis veſtri: ne forte ſint ibi aliqua peccata ꝗ nõdum curata ſint elemoſynis atq; ieiunijs:
1. Cor. 11. ⁊ timete illud apoſtoli: Qui manducauerit corpus domini ⁊ biberit ſanguinem eius indigne: reus erit corporis ⁊ ſanguinis domini. Probet autẽ ſeipſum homo: et ſic de corpore illo edat ⁊ de calice bibat. Nullꝰ ex vobis contra vllum hominẽ odium reſeruet in corde ſuo: vt ſecuri poſſitis dicere: Dimitte nobis debita noſtra: ſicut ⁊ nos dimittimus debitoribus noſtris. Caſtitatẽ aũt ante oĩa cuſtodite: gulam refrenate: ebrietatem fugite: pauperibus ſm̃ quod vires ſuperunt ele-
E moſynas date. Et hoc ante omnia rogo fratres chariſſimi: vt gaudiũ quod nobis huc uſq; de veſtra deuotione feciſtis: in die craſtina: id eſt in paſſione domini compleatis.
Matth. 10. Non enim qui ceperit ſed qui perſeuerauerit vſq; in finem: hic ſaluus erit. Et ideo ſic agere debetis: ne per vnius diei negligentiam perdatis: quod per totam quadrageſimam acquiſiſtis. Sic eſt enim tota quadrageſima abſtinere: orare vel pſallere: ⁊ in paſſione domini: id eſt in paraſceue de eccleſia ſe ſubtrahere: quomodo ſi aliquis cum grãdi labore ſtudeat terram colere: ⁊ meſſem nõ mereatur accipere. Et ideo rogo vos vt nullus ſe de eccleſia ſubtrahat: niſi forte quem aut corporis infirmitas: aut grandis ⁊ publica neceſſitas tenuerit occupatum. Ipſe enĩ in paſchali ſolennitate legitimum gaudium poterit celebrare: qui in paſſione domini ſe noluit de eccleſie conuentu ſubtrahere. Qui me in hac ſuggeſtione libenter audierit: confido ꝙ illi deus et in hoc ſeculo et in futuro glorioſa premia recõpenſabit: qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum: Amen.

## Eodem die de Juda ſcarioth: Sermo II

Sermo C.XXVIII
A

r Etinet ſanctitas veſtra fratres nos vobis hoc ꝓxima dominica predicaſſe: ꝙ iudas ſcarioth ꝓpria ſententia cõdemnatus: Matth. 27. ad phariſeos dominici ſanguinis mercedem reportaret: et actus penitentia refuderit venditionis preciũ: ſed conſcientie ſue nõ reſoluerit ſcelus. Deniq; poſt redditum preciũ laqueo ſe ſuſpendit: vt qui ſe multauerat pecunia: multaret ⁊ vita. Intelligens enim quãrum ſcelus admiſerit: nõ ſuffecit ei ſacrilegij carere mercede: niſi careret ⁊ ſalute. Dignum enim ſe morte iudicat: ꝙ chriſtum vitam omniũ tradidiſſet. Seueriſſimus igitur iudas ſui iudex: vel in vlciſcẽdo confitet̃: quem negauerat in tradendo. Reſtituit ergo pecuniam phariſeis: ſed nec phariſei eam libenter accipiunt. Dicunt enĩ illicitum ſibi eſſe in ſuis eam habere theſauris. Uide igitur quãta vis dominice ſit pecunie quã inde iudas reijcit: hinc phariſei in loculos nõ recludunt. Juſti enim ſanguinis preciũ ꝓtimeſcit iniquitas poſſidere: conſiliũ tamen ineunt phariſei: vt ex ea ager figuli comparet̃: in quo ꝑegrinorum corpora collocent̃. Qđ quidẽ prudentia dei factum puto: vt precium ſaluatoris non peccatoribus B ſumptũ prebeat: ſed peregrinis requiem ſubminiſtret: non ſacrilegis ſit ad luxũ: ſed defunctis ſit ad ſepulchrũ: vti iam exinde chriſtus ⁊ viuos ſanguinis paſſione redimat: et mortuos ꝓcioſa poſſeſſione ſuſcipiat. Precio ergo dominici ſanguinis ager figuli cõparat̃. Legimus in ſcripturis ꝙ totius generis humani ſalus redempta ſit ſanguine ſaluatoris: ſicut ait apoſtolus petrus: 1. Petri. 1. Hoc ſcientes quia non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra cõuerſatione paterne traditionis: ſed ꝓcioſo ſanguine quaſi agni immaculati ⁊ incõtaminati ieſu chriſti. Igitur ſi preciũ vite noſtre ſanguis eſt domini: Uide ergo quia illo non tã redempta ſit agri terrena fragilitas: ꝙ totiꝰ mundi incolumitas ſempiterna. Ait namq; euangeliſta: Non enim venit chriſtus vt iudicet mũdũ: ſed vt ſaluet̃ mũdus ꝑ ipſum. Joh. 3. Uide in quã ne pecunia illa nõ tam comparati ſit agri parua portio: ꝙ totius mũdi copioſa poſſeſſio: ſicut ait dauid ꝓpheta: Po- Ps. 2.

ſtula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam: ⁊ poſſeſſionem tuam terminos terrę. ¶ Ager ergo iſte mundus hic totus eſt: in quo nos diſperſi et diſſeminati domino fructum boni operis germinamus. Sed ſi fortaſſe ꝑquiras a me: ſi ager mūdus eſt: quiſnam ſit figulus qui mūdi poſſit habere dominatū? Niſi fallor: ipſe eſt figul⁹: qui vaſcula corporis noſtri fecit ex limo: de quo dicit ſcriptu-
Geñ. 2. ra: Et fecit deus hominē de limo terrę. Ipſe eſt figulus qui carnium noſtrarū cęnoſum lutum vapore ſui ſpiritus animauit: ⁊ materiam fluidam atq́ terrenam igneo calore decoxit. Ipſe inquā eſt figulus qui nos ꝑ manus ſuas formauit ad vitam: per chriſtū ſuū reformauit ad gloriam: ſicut ait apoſtolus:
2. Cor. 3. Ad eādē imaginē reformamur de gloria ad gloriam: ſcilicet vt qui a priore factura proprijs vitijs corruimus: in ſecunda natiuitate figuli hui⁹ materia reparemur: hoc eſt qui per adę tranſgreſſionē in mortem cecidim⁹: per ſaluatoris gratiam denuo reſurgamus. Ipſe plane eſt figulus: de quo dicit beatus
Ro. 9. apoſtolus: Nūquid dicit figmentū ei qui ſe finxit: quare me feciſti ſic? Et iterum: Nunquid non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem: aliud vo in cōtumeliam? Ex eodem enim luto corporis noſtri deus tamen ꝓ meritis ſingulorum alios cuſtodit ad regnum: alios reſeruat ad pęnam. Iuſte itaq́ figuli ager chriſti ſanguine emptus eſt: peregrinis inq́ q́ erant ſine domo ⁊ patria: ⁊ his q́ toto orbe exules iactabant̄ redes chriſti ſanguine ꝓuidetur. Et quibus non eſt in mundo
D poſſeſſio: his in chriſto fit ſepultura. Iſtos autē peregrinos quos eſſe dicimus: niſi deuotiſſimos chriſtianos: qui renūciantes ſeculo: ⁊ nihil poſſidentes in mundo: in chriſti ſanguine requieſcūt. Chriſtianus enim qui mūdum nō poſſidet hic: totum poſſidet ſaluatorem. Ideo autem peregrinis chriſti ſepultura promittit̄: vt qui ſe a carnalibus vitijs tanq́ peregrinū et alienum cuſtodierit: is chriſti requiem mereat̄. Sepultura enim chriſti quid eſt aliud niſi requies chriſtiani? Nos ergo peregrini in hoc mundo ſumus: ⁊ tanq́ hoſpites i hac luce verſamur: ſicut ait
2. Cor. 5. apoſtolus dicēs: Etenim dum ſumus in corpore ꝑegrinamur a domino. Peregrini inq́ ſumus: et nobis ſaluatoris empta eſt ſepul-
Ro. 6. tura. Conſepulti enim ſumus: ſicut ait apoſtolus: cum illo per baptiſmum in mortem. Baptiſmus igitur chriſti nobis eſt ſepultura: in quo peccatis morimur: criminibus ſepelimur: ⁊ veteris hominis conſcientia reſoluta in alteram natiuitatem rediuiua infantia reparamur. Baptiſmus inquā ſaluatoris nobis eſt ſepultura: quia ibi perdidimus q́d ante viximus: et ibi denuo accipimus vt viuamus. Magna igitur ſepulturę hui⁹ eſt gratia: in qua nobis ⁊ vtilis mors infert̄: et vtilior condonat̄. Magna inquā ſepulturę huius gratia: quę ⁊ purificat peccatorem: et viuificat morientem.

## Eodē die: De fide recta: Ser. III

Sermo C.XXIX A

C Credimus in vnū deum patrem ⁊ filium ⁊ ſpiritūſanctū: viſibilium ⁊ inuiſibilium factorem: ꝑ quem creata ſunt omnia in celo ⁊ in terra. Hūc vnū deū: ⁊ hanc vnam eſſe diuini nominis trinitatē: patrem nō eſſe filium: ſed habere filium qui pater non ſit: filium nō eſſe patrem: ſed filiū dei eſſe natum: ſanctū quoq́ paraclitū eſſe q́ nec pater ſit ipſe nec fili⁹: ſed a patre filioq́ ꝓcedat. Eſt ergo ingenitus pater: genit⁹ filius: nō genitus paclitus: ſed a patre ⁊ filio ꝓcedens. Pater eſt cuius vox hęc eſt audita de cęlis: Hic eſt filius meus dilectus: in quo Matth. 3.
mihi bene cōplacui. Hic filius eſt q́ ait: Ego Ioh. 16.
a patre exiui et veni in hunc mundū. Paraclitus eſt ipſe de quo fili⁹ ait: Niſi abiero ad Ibidem.
patrē paclit⁹ nō veniet ad vos. Hāc eſſe trinitatē pſonis diſtinctā: indifferentē. Preter illam nullā diuinā eſſe naturā vel angeli vel ſpūs vel virtutis alicui⁹ q̄ deus eſſe credat̄. Hūc igit̄ filiū dei deū natū a patre: ⁊ eſſe pn̄cipiū: Patreq́ illū ſanctificaſſe in vtero marię virginis: atq́ ex ea vnū hoiem ſine viri ſemine generatū: Id eſt: ſuſcepiſſe dn̄m noſtrū ieſum chriſtū nō imaginariū corpus: aut forma ſola cōpoſitū: ſ3 ſolidū: Atq́ hūc ⁊ eſuriſſe ⁊ ſitiſſe ⁊ doluiſſe ⁊ fleuiſſe: et oīa corporis exercitia ſenſiſſe. Poſtremo crucifixū: mortuū ⁊ ſepultū: Tertia die reſurrexiſſe: cōuer- Matth. 27. et. 28.
ſatū poſtmodū cū diſcipulis: Quib⁹ ſanctū paclitū miſit dū ad cęlos aſcēdiſſet. Hunc filium homis nūc vocari. Reſurrectionē verā humanę credimus carnis. Animā hominis non diuinam eſſe ſubſtantiā vel dei patris: ſed creaturā diuina voluntate ꝓlapſam. Si B
quis ergo dixerit atq́ crediderit a deo omnipotente mūdum hunc factum non fuiſſe:

atqꝫ eius omnia inſtrumenta: anathema ſit.
Si quis dixerit atqꝫ crediderit deum patrē
eūdem filium eſſe vel paraclitū: anathema
ſit. Si quis dixerit atqꝫ crediderit deum fi-
lium eūdem eſſe patrem vel paraclitū: ana-
thema ſit. Si quis dixerit atqꝫ crediderit pa
raclitū ſpiritū eſſe patrem ſeu ⁊ filium: ana-
thema ſit. Si q̄s dixerit atqꝫ crediderit ho-
minem ieſum chriſtum a filio dei aſſumptū
nō fuiſſe: anathema ſit. Si quis dixerit atqꝫ
crediderit filiū dei deum paſſum fuiſſe: ana
thema ſit. Si quis dixerit atqꝫ crediderit ho
minē ieſum chriſtū hominē impaſſibilē fuiſ-
ſe: anathema ſit. Si quis dixerit atqꝫ credi-
derit alterum deum eſſe priſcę legis alterū
euangeliorū: anathema ſit. Si quis dixerit
atqꝫ crediderit ab altero deo mundū fuiſſe
Gen. 1. factum ꝙ ab illo de quo ſcriptuū eſt: In pͥn-
cipio fecit deus cęlum ⁊ terram: qui ſolus ve
rus deus eſt: anathema ſit. Si quis dixerit
atqꝫ crediderit corpa hūana nō reſurrectura
poſt mortē: anathema ſit. Si q̄s dixerit atqꝫ
crediderit animā humanā dei portionē vel
dei eſſe ſubſtantiam: anathema ſit. Si quis
aliquas ſcripturas pręter eas quas catho-
lica eccleſia recepit: vł auctoritatē habēdas
eſſe crediderit: vł fuerit veneratꝰ: anathema
C ſit. Si quis non dixerit ſemꝑ patrem: ſemꝑ
filium ⁊ ſemꝑ ſpiritūſanctū eſſe: anathema
ſit. Si quis non dixerit filium natum eſſe de
patre: id eſt de ſubſtātia paterna: anathema
ſit. Si quis non dixerit verbū dei filium dei
eſſe et deum patrem eius: et omnia poſſe: et
omnia noſſe: ⁊ patri ęqualē: anathema ſit.
Si quis dixerit ꝙ in carne conſtitutus filius
dei cū eſſet in terra ī cęlis cū patre non erat:
anathema ſit. Si quis dixerit ꝙ in paſſione
crucis dolorem ſentiebat filius dei deus et
Phil. 2. non caro cum anima quā induerat formam
ſerui quā ſibi acceperat: ſicut ait ſcriptura:
anathema ſit. Si quis non dixerit ꝙ in car-
ne quam aſſumpſit ſedet in dextera patris
in qua venturus eſt iudicare viuos et mor-
tuos: anathema ſit. Si quis non dixerit ſpi-
ritūſanctū de patre eſſe vere ac ꝓprie ſicut filiꝰ
de diuina ſubſtantia: ⁊ deum verū: anathe-
ma ſit. Si quis dixerit ſpiritūſanctū facturā
D aut per filium factū: anathema ſit. Si quis
non dixerit omnia per filium ⁊ ſpiritūſanctū
patrē feciſſe: id eſt viſibilia ⁊ inuiſibilia: ana
thema ſit. Si q̄s nō dixerit pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūſ-
ſancti vnam diuinitatem: parem maieſtatē:
potentiā: vnam gloriā: dominationē: vnū
regnum atqꝫ vnam voluntatem: anathema
ſit. Si quis tres perſonas non dixerit veras
patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti ęquales: ſemper
viuentes: omnia cōtinentes viſibilia ⁊ inui-
ſibilia: omnia potentes: omnia iudicantes:
omnia viuificantes: omnia facientes: oīa
quę ſaluanda ſunt ſaluantes: anathema ſit.
Si quis non dixerit adorandum ſpiritūſan-
ctum ab omni creatura ſicut filium ⁊ patrē:
anathema ſit. Si quis de patre et filio bene
ſenſerit: de ſpiritu autē ſancto nō recte ha-
buerit: hęreticus eſt. Quia omnes hęretici de
filio dei et ſpiritusſancto male ſentientes: in
ꝑfidia iudęorū ⁊ gentilium inueniunt. Quia ſi
quis patiatur deum patrem et deum filium
⁊ deum ſpiritumſanctū deos dici ⁊ non deū
ꝓpter diuinitatem ⁊ potentiam vnam quā
credimus eſſe ⁊ ſcimus patris et filij ⁊ ſpiri-
tusſancti: anathema ſit. Si quis ſubtrahēs
aut filium aut ſpiritūſanctū: ita ſolum exi-
ſtimet eſſe deum patrem dici aut credi vnū
deum: anathema ſit.

Item in eadem feria: Homelia de
eo quod ſcriptum eſt in euangelio
ſm̄ Johannē: Ante diem feſtum pa Joh. 13.
ſchę ſciens ieſus ⁊c. quę habetur in
expoſitione doctoris Ibidem.

Item eodem die alius ſermo de
Pſalmo ſexageſimotertio: Exaudi Pſ. 63.
deus orationem meā ⁊c. qui ſum-
ptus ē de expoſitiōe doctoris eiuſ-
dem pſalmi.

Item eodem die alius ſermo fa-
ctus ad fratres ī heremo: qui inter
ſermones ad eoſdem habet. xxviij.

Feria ſexta In paraſceue: de cru- Sermo
ce et latrone: Sermo I C.XXX

Hodierna die dominꝰ noſter fratres A
b pependit in cruce: et nos epulamur Matth. 27.
vt diſcatis qm̄ crux chriſti ferię ſūt ⁊
nūdinę ſpiritales. Antea nāqꝫ crux nomē cō
dēnatiōis erat: nūc vero facta ē res honoris.
Prius in dānatiōe maledicti ſtabat: nūc in
occaſiōe ſalutis erecta eſt. Hęc enī crux innu
merabiliū nobis bonorū extitit cauſa. Hęc

nos de erroribus liberauit: hec nos ſedētes
in tenebris illuminauit: hec nos ex diabolo
expugnatore recōciliauit deo: ⁊ ex alienatis
reſtituit in domeſticos: De longinquis ꝓxi-
mos fecit: de ꝑegrinis reddidit ciues. Hec ē
inimicitiarū interemptio: pacis firmamētū:
⁊ omniū nobis bonoꝝ theſaurus. Propter
hanc iam nō erramꝰ in ſolitudinibꝰ: viā em̄
veritatis agnouimꝰ: nec iam extra regnū ſu-
mus: ianuā em̄ regis intrauimꝰ. Jam igni-
tas diaboli ſagittas non timemꝰ. Fontē em̄
vite quo extinguerent̄ inuenimus. Propter
hanc iā in viduitate nō ſumus: ſponſum em̄
recepimus. Nō expaueſcimꝰ lupū: qꝛ bonū
Job.10. paſtorē inuenimꝰ. Ego em̄ ſum ait paſtor bo-
nus. Propter hanc nō formidamꝰ tyrannū:
regi em̄ adheremꝰ. Propter hanc diē feſtum
B agimus: crucis memoriā celebrantes. Jta ⁊
magiſter gentiū docet ꝓpter crucē annua fe-
1.Cor.5. ſta conſtitui. Epulemur inquit nō in fermen-
to veteri: neqꝫ in fermēto malicie ⁊ nequicie
ſed in azymis ſinceritatis et veritatis. Deinde
cauſā agende ſolēnitatis adijciens ait: Qm̄
paſcha noſtrū ꝓ nobis imolatus ē chriſtus.
Ubi autem ſacrificium: ibi ⁊ interēptio pec-
Ps.117. catorum: ibi reconciliatio dei fiet. Uox leti-
cie ⁊ ſalutis: in tabernaculis iuſtorū. Sed ⁊
omnis terra letetur: paſcha noſtrū ꝓ nobis
imolatus eſt chriſtꝰ. Et vbi imolatꝰ eſt? Di-
cito: in altitudine crucis. Nouū eſt altare ſa-
crificij huiꝰ: qm̄ ⁊ imolatio noua ⁊ admirabi-
lis. Jpſe em̄ ⁊ hoſtia erat ⁊ ſacerdos. Hoſtia
quidē ſm̄ carnē: ſacerdos vō ſm̄ ſpm̄. Jdem
ipſe ⁊ offerebat quidem ſe ſm̄ ſpiritū: offere-
bat̄ vō ſm̄ carnē. Audi igit̄ nūc quō vtraqꝫ
Heb.5. hec manifeſtauerit paulus. Omnis inqt ſa-
cerdos qui ex homibꝰ accipit̄: ꝓ homibꝰ cō-
ſtituet̄: vnde neceſſariū eſt: vt ⁊ ipſe habeat
qd offerat. Ecce ipſe offerebat ſeipſum. Ali-
Heb.9. bi dictū eſt: Qm̄ dn̄s ſemel oblatꝰ eſt ꝓ ob-
latione ſui: deinceps vt multoꝝ auferat pec-
cata. Secūdo vō ſine peccato videbit̄ his: q
expectant eū in ſalutē. Ecce iſtic oblatus ē:
C ibi ſeipſum obtulit. Uidiſti quō ſimul ⁊ ho-
ſtia ⁊ ſacerdos factus ē: ⁊ altare erat crux. Et
cuiꝰ rei cauſa nō in templo offert̄ hec hoſtia:
ſed extra ciuitatē ⁊ extra muros: vt illud ad-
Eſa.53. Luc.22. impleret̄ qd ſcriptū eſt: Qm̄ inter iniquos
deputatꝰ eſt. Cuiꝰ igit̄ rei cauſa in altitudi-
Heb.13. ne crucis imolat̄: et nō ſub tegmine edificij?
Ob hoc ſcilicet vt aeris naturā mūdaret: ꝓ-
pterea non in altari: nec tecto ſuppoſito: ſed
ſub celo. Aer em̄ purgabat̄: cū in altitudine
imolaret̄ ouis. Terra etiā purgabat̄: qꝛ ſtil-
labat ſanguis dn̄i ſuꝑ eā: Jdeo nō ſb tegmi̇e
neqꝫ in templo iudeoꝝ: vt nō ſubtraherēt ſa-
crificiū ſalutare iudei. Neqꝫ exiſtimes ꝓ illa
tantūmodo gente hanc hoſtiā offerri. Pro-
pterea em̄ extra ciuitatem ⁊ extra muros: vt
intelligas qm̄ cōmunis eſt hoſtia ꝓ genere
humano oblata: ⁊ ideo cōmunis eſt purifica-
tio: non ex aliqua parte quēadmodū fuerat
in iudeis. Nā iudeis ideo ꝑcepit deus relin- D
quere vniuerſam terrā: ⁊ in vno loco offerre Deut.12.
ſacrificia ⁊ vota reddere: qm̄ imūda erat tūc
vniuerſa terra fumo ararū ⁊ nidore buſtorū:
ceterorūqꝫ coinquinatorū: eorū que de pro-
phanis gentiliū ſacrilegijs inferebant̄ ſuper
eā. Nobis vō iā quō chriſtꝰ aduentu vni-
uerſam terrā expiauit: ois locus oratoriū fa-
ctū eſt: Et idcirco beatꝰ paulus hortat̄ ⁊ ꝑci-
pit ſine intermiſſiōe orare vbiqꝫ dicēs: Uo- 1.Timoth.2.
lo orare viros in omni loco leuātes manus
ſanctas. Uides quō mūdatus eſt orbis ter-
rarum. Et ideo vbiqꝫ ſanctas manus leuare
poſſumꝰ: qm̄ vniuerſa terra ſanctificata eſt:
vt ſanctior ſit ꝙ illa que i interioribꝰ templi
veteris erāt ſancta ſanctoꝝ. Jbi nāqꝫ irratio-
nabile aīal ouis offerebat̄: hic aūt ſpiritalis
oblata eſt. Et quāto maior ē oblatio: tāto ⁊
eminētior ſāctificatio: idcirco feſtiuitas epu-
lationis eſt crux chriſti. Uis diſcere et aliud E
crucis beneficiū? Paradiſū ante quinqꝫ mi-
lia vel ampliꝰ fere annos clauſum: hodie no-
bis aperuit. Jn hac em̄ die ⁊ in hac hora la-
tronem introducēs chriſtꝰ: duplex beneficiū
oꝑatus eſt: vnū quidē qꝛ ꝑadiſum aperuit:
aliud vō qꝛ latronē introduxit. Hodie reddi-
dit nob patriā ꝑncipalē: hodie reduxit nos
in ciuitatē paternā: ⁊ eternā domū redona-
uit cōmuni hoīm nature. Hodie mecū eris i Luc.23.
ꝑadiſo. Quid dicis? Crucifixꝰ es: ⁊ clauis cō-
fixus: ⁊ ꝑadiſū ꝓmittis? Jta inqt vt in ipſa
cruce virtutē meā agnoſcas: qm̄ res hec triſti-
cie videbat̄: vt nō in crucis lignū attēdas: ſꝫ
virtutē eiꝰ q crucifixꝰ ē diſcas. Jn cruce hoc
miraculū oꝑatus ē: vnde maxīe potētiā ſuā
declarat omp̄s. Nō mortuū reſuſcitās: non
mari ⁊ ventis imperās: nō demones eijciēs
ſꝫ crucifixꝰ ⁊ cōſputatꝰ i facie: clauiſqꝫ cōfixꝰ:
cū iniurias ⁊ maledicta ſuſcipet: deriſus atqꝫ
cōtemptꝰ malignā illā atqꝫ longo ſceleꝝ vſu
obduratā latronis mentē imutare ꝑualuit:
vt ex vtroqꝫ virtutē eiꝰ inſpicias. Jn eodem

eſt tempore paſſionis crucifixus vniuerſam
creaturã turbauit: et ſaxa diſrupit: duriorem
vero lapidibus animã attraxit pariter ⁊ hono
Luce.23. rauit dicens: Hodie mecũ eris in paradiſo. Et
F certe cherubin cuſtodiuit paradiſũ: ſed hic etiã
Gen.3. cherubin dñs eſt. Flãmea rhomphea obuol
uitur: ſed ipſe ⁊ flammę ⁊ gehẽnę ⁊ vitę ⁊ mor-
tis poteſtatẽ habet. Et quidẽ nemo regum
aliquando paſſus eſt latronẽ hominem: aut
quẽq̃. alium eiuſdẽ naturę conſeruũ ſecum
aſſumens ita i ciuitatẽ introducere: ſed chri-
ſtus hoc fecit qui mortis ⁊ diaboli victor: et
ſacratiſſimã ingrediens patriã ſecum latro-
nẽ introducit: nõ cõculcans paradiſum iſti⁹
pietatis opere ſed honorans: neq̃ ꝯfundẽs
latronis introitu ſ; illuſtrãs. Honor nãq̃ pa
diſi eſt: talẽ dominũ habere qui etiã latronẽ
dignũ facere poſſet paradiſi delitiarum. Etenĩ
cum publicanos et meretrices introduceret
in regnũ cęlorũ: non confudit ſed extulit re-
gnum cęlorũ: neq̃ deiecit ſed potius hono-
rauit paradiſum. Honor enim vt dixi eſt para-
diſi talem habere dominũ: qui et latronem
dignũ facere poſſit delitijs ⁊ poſſeſſione pa-
radiſi. Talis eſt enĩ domini regnũ cęlorũ: vt
⁊ meretrices ⁊ publicanos ita ꝓbabiles red
dat: vt digni appareãt gratia et gloria q̃ illic
eſt. Queãdmodũ enim medicũ tũc maxime
admiramur: cum viderimus eum difficiles
hominũ valitudines curantẽ: mortiſq̃ peri-
cula medendi arte vincentẽ: ita ⁊ chriſtũ ad-
mirari iuſtum eſt: quãdo inſanabilia vulne-
ra in corporibus ⁊ mentibus curat: quando
publicanũ ⁊ meretricẽ ad tantã ſanitatẽ per
ducit: vt etiã cęlo dignos oſtendat. Et quid
G tali dignum quiete egerat latro: vt poſt cru-
cem quã meruerat: repẽte paradiſo dignus
iudicaretur? Vis breuiter dicam virtutẽ fidei
eius? Quãdo petrus negauit deorſum: tũc
ille cõfeſſus eſt ſurſum. Et hęc non vt accu-
ſans beatiſſimũ petrũ locutus ſũ: qd abſit:
ſ; latronis magnanimitatẽ oſtẽdere volẽs.
Nam ille diſcipul⁹ minas abiectę puellę nõ
ſuſtinuit: latro vero multitudinẽ toti⁹ populi
vidẽs circũſtantẽ: ⁊ clamantẽ inſanas blaſ-
phemias ⁊ opprobria atq̃ maledicta iaculã-
tem: nõ attẽdit illis: nõ cogitauit viſibilẽ ab
iectionẽ eius q̃ crucifigebatur: ſed oculis fidei
hęc cũcta trãſcurrens: ⁊ vt abiecta ⁊ leuia ve
ritatis ĩpedimẽta ꝑteriẽs ⁊ relinquẽs: cogno-
Luce.23. uit dñm cęli: ⁊ ait dicens: Memẽto mei dñe
in regno tuo. Ne ergo breui cõmemoratione

dimittam⁹ latronẽ iſtũ: neq̃ ꝯfundamur do
ctorẽ accipere: quẽ dñs nr̃ nõ erubuit primũ
in paradiſũ introducere: Ne inq̃ erubeſcam⁹
magiſtrũ habere hoĩem: qui ante omnẽ ge-
neris humani naturã meruit dignus haberi
regno cęlorũ. Sed ſingula intenti⁹ diſquira
mus vt virtutẽ crucis agnoſcam⁹. Nõ dixit H
ad eũ dñs queãdmodũ ad petrũ: Ueni poſt Matth.4.
me faciã te piſcatorẽ hominũ. Nec dixit ad
eum queãdmodũ ad duodecim diſcipulos:
Cum ſedebitis ſup duodecim thronos: iudi- Matth.19.
cantes duodecim tribus iſrael: ſed ne quale-
cũq̃ verbũ dignat⁹ ei dicere: nullũ miracu-
lũ oſtẽdit: nõ mortuũ reſuſcitatũ: nõ dęmo-
nẽ expulſũ: nõ mare obediẽs: nõ deniq̃ ali-
quid aut de regno cęlorũ ei locutus: aut de
gehẽna cõminat⁹ eſt: ⁊ prior omniũ latro cõ
feſſus eſt eũ: ⁊ hoc alio exprobrãte fecit. Im-
properat ei ⁊ ille alius latro. Audiſti latronẽ
⁊ latronẽ: ambos in cruce: ambos cõuerſati-
one latronũ: ambos ex eadem malignitate
veniẽtes: ſed iã nõ ambo in hiſdẽ mẽtibus
⁊ meritis ſunt cõſtituti. Nã ali⁹ quidẽ regnũ
adipiſcebatur: alius vero in gehennã mittebatur.
Ita ⁊ pridie in diſcipulis ſile diſcrimen fuit.
Nã ⁊ iudas quidẽ diſcipulus fuit vt illi vn-
decim: ſed illi quidẽ dicebant dño: Ubi vis
parem⁹ tibi paſcha mãducare: iſte vero ſe ad
tradendũ dñm ꝑparabat et dicebat: Quid
vultis mihi dare: et ego vobis eũ tradã? Et
illi quidẽ ad miniſteriũ diuinũ ſe ꝑparabãt:
hic aũt ad tradendũ feſtinabat. Ita ⁊ in hoc
loco latro ⁊ latro: ſed vn⁹ quidẽ impropera-
bat: alius adorabat. Alius blaſphemabat:
alius laudabat: ⁊ blaſphemantẽ corripiebat
dicẽs: Nec timeo dñm tuũ? Vidiſti fiduciã I
latronis: vidiſti liberam volũtatẽ in cruce.
Audiſti philoſophiã in tribulatiõe: ⁊ reuerẽ
tiã diuini timoris in ſupplicio. Cũ quidẽ in
ſemetipſo erat et clauis cõfixus: nõ ſaucium
intellectũ neq̃ cõfixũ ſenſũ habebat. Quis
nõ admiretur ⁊ cõpungatur? Nõ ſolum enĩ qd in
ipſo erat: ſ; ⁊ ea q̃ circa ſeipm erãt relinquẽs:
de alio curã gerebat i cruce: doctor effect⁹: et
corripiẽs ⁊ dicẽs: Nec times dñm tuũ? Noli
inquit attendere iudicio huic qd deorſũ eſt:
alius iudex inuiſibilis eſt. Ne ergo conſide-
res: q2 deorſum a iudice mortali cõdemnat⁹
eſt: non enim talia ſunt ſuperna iudicia. Hic
aũt in terreno iudicio: ⁊ iuſti cõdemnabuntur:
⁊ iniuſti effugiũt: ⁊ rei dimittuntur: ⁊ innocen-
tes puniuntur. Volẽtes nãq̃ ⁊ nolẽtes multũ

errant qui iudicāt. Ignorātes eñ iuſticiā ſe-
ducunt: vel certe ſciētes ꝑ auariciā corrum-
punt vt ſanguinē inocentē vendāt. In ſup-
nis vo nihil tale. Iudex eñ iuſtus eſt: ⁊ iudi-
ciū eius tanꝙ lumē ꝓdijt non habens tene-
bras neqꝫ ignorantiā. Ut ḡ nō diceret: qm̄
damnatꝰ deorſū in terris: ⁊ abiudicatꝰ ē pe-
ne: ꝑduxit cū ad iudiciū ſupnū: cōmemora-
uit tribunal illud horribile tantū nō dicens
ſibi: Reſpice te et nō portabis ſententiā dā-
nationis eterne: nec ſtabis in ſorte iudicum
corruptorū: reſpiciens ad ſalutē futurā in ſu-
K pernis iudicium. Uidiſti philoſophiā latro-
nis: vidiſti intellectū ⁊ doctrinam: ſubito in
ictu oculi de cruce in celū tranſiliuit: ita iā ex
abundātia recepte iuſticie ꝓximū illū vel ſo-
ciū quōdā ſuū argueno vt diceret ei: Nō ti-
mes inquit qm̄ in ipſo iudicio ſumus: id eſt
in eadem cōdemnatione? Nōne inqt ⁊ tu in
ipſa cruce es? Quobrē in quo ſociū increpas
pene: teipſum ꝓ illo reum ſtatues? Queād-
modū eñ is q in peccatis eſt: ſi alios audeat
accuſare: ſeipſum ante illos accuſat: ita et is
qui in erumna poſitus eſt: ſi alijs eā ſui obli-
uio exprobrat: ſibi ante illos dicit opprobriū:
qm̄ inqt in ipſo iudicio ſumus. Quid agis o
latro? Satiſfacere incipiēs: ſocium tibi dn̄m
feciſti? Nō inqt emēdo hāc de me opinionē
in ſubſequētibus. Nam ne eſtimes ꝙ ꝓpter
damnatiōis cōſortiū criminis quoqꝫ cōſortē
fecerit dn̄m: ſubtexuit emēdationē dicens:
Et nos quidē iuſte: digna eñ patimur his
que cōmiſimus. Uidiſti cōfeſſionē ꝑfectam:
Eſa.43. vidiſti quō in cruce ſe exuit a peccatis. Dic
inquit tu iniquitates tuas prior vt iuſtifice-
ris. Nemo cōpulit: nemo vim fecit: ſed ipſe
ſe diuulgauit: ipſe cōdēnauit dicēs: Et nos
quidē iuſte digna factis recipimus: hic aūt
nihil mali geſſit: Memēto mei dn̄e in regno
tuo. Nō eſt auſus ante dicere: memēto mei
deus: ꝙ ꝑ cōfeſſionē iniquitatis ꝓterite ſar-
cinā peccatorū deponeret. Uides quāta res
ſit confeſſio. Cōfeſſus eſt et paradiſum ape-
ruit: ꝯfeſſus eſt ⁊ tante fiducie robur accepit
vt de latrocinio regnū depoſceret: ꝯſiderās
L quātoꝝ bonorū nobis cauſa ſit crux. Dicito
mihi latro regnū petens: quid in eo tale vi-
des ex quo petis? Dic mihi: nā qđ in conſpi-
cuo eſt: clauos et crucē cernis. Sed hec inqt
crux: ipſa regni inſigne eſt: ⁊ ꝓpter eā ieſum
regem appello: quia video crucifixū. Opus
enim regis eſt vitam ſuam ꝓ his quibus re-
gnat opponere. Unde ⁊ ait: Quia paſtor bo- Job.10
nus animā ſuam ponit ꝓ ouibus. Igitur et
rex bonus animā ſuam ponit ꝓ his quorū
princeps eſt. Qm̄ igit animā ſuam poſuit:
ideo eum regē cognoſco: et dominū appello:
Memēto mei inquit domine in regno tuo. Luc.23.
Cōſideraſti quomō et regni inſigne ſit crux:
qđ ſi aliunde vis dicere: hoc ipſum: non reli-
quit eum ſolū ſup terrā: ſed attraxit in celo.
Unde hoc ipſum ſcire potes: quia pariter cū
ipſo veniet in ſecūdo ⁊ glorioſo eius aduen-
tu: vt diſcas quō vera et magnifica eſt crux.
Unde et glorioſam eam dixit: in ea gloriāte
aplo. Sed videamus quō cum cruce veniet.
Neceſſariū eſt eñ ⁊ hoc ipſum oſtendere. Si Matth.24.
dixerint inquit ecce i ꝓmptuarijs eſt chriſtꝰ:
ecce in ſolitudine eſt: nolite credere: de ſecū-
da ꝓſentia ſue glorie dicens: propter pſeudo
chriſtos: et propter falſos ꝓphetas: propter
antichriſtū: ne aliquis errore ꝓuentus in fal-
ſos incidat chriſtos: qm̄ chriſti ſaluatoris ad-
uentū preueniet antichriſtus. Ideo ſollicite
ꝓcauendū eſt: ne quis paſtorē querens lupū
inueniat. Ob hoc ꝓdico tibi: vnde dinoſcas
veri paſtoris aduentū. Nā qr ꝑmus aduen-
tus eius latent factus ē: ne eſtimes quoniā
ſecūdus aduentus eius talis erit: hoc dedit
ſignū. Hec eñ fuit volūtas eius vt primus
aduētꝰ latēter fieret et quereret qđ perierat:
Secūdus vo aduētus: nō ita ſimplicit: ait:
Queādmodū inquit fulgur exiens ab orien- Matth.24.
te apparet in occidente: ita erit aduentus filij
homis. Subito omibꝰ apparebit: nec erit in-
digens quiſꝙ interrogare: ſiue hic: ſiue illic
eſt chriſtus. Queādmodū eñ cū fulgur emi-
cuerit: nō egemus inqrere ſi facta ſit coruſca-
tio: ita cū reuelatio ꝓſentie eiꝰ effulſerit non
indigebimꝰ interrogare an venerit chriſtus.
Sed qđ querit: ſi cū cruce veniet: nec eñ ꝓ- M
miſſe expoſitiōis oblitus ſum. Audi igit ſub
ſequētia. Tūc inquit quādo venturꝰ eſt: ſol Abi.5.
obſcurabit: ⁊ luna nō dabit lumē ſuū. Tan-
ta enim erit eminētia ſplēdoris in chriſto: vt
etiā clariſſima celi lumiaria ꝓ fulgore lumīs
diuini abſcōdant. Tūc ſtelle cadent: quādo
apparuerit ſignū filij hois i celo. Cōſideraſti
quanta virtus ſit ſigni: hoc eſt crucis. Sol
obſcurabitur: luna non dabit lumen ſuum.
Crux vo fulgebit: ⁊ obſcurabit luminaria ce-
li: delapſiſqꝫ ſyderibus ſola radiabit: vt diſ-
cas quoniam crux: ⁊ luna lucidior: ⁊ ſole erit
ꝓclarior: quorum ſplendorē diuini luminis

illuſtrata fulgore ſuperabit. Quẽadmoduꝫ enim ingrediente rege in ciuitatẽ: exercitus antecedit: ꝓferens humeris ſigna atq; vexilla regalia: et ambitu ꝓparationis armiſonę annũciat regis introitũ: ita domino deſcendente e cęlo ꝓcedet exercitus angelorũ: qui ſignum illud: id eſt triumphale vexillũ ſublimibus humeris ꝓferentes diuinũ regis cęleſtis ingreſſum: terreſtriũ mẽtib⁹ nunciabũt.
Matth.24. Tunc inquit cõmouebunt virtutes cęlorũ. De angelis dicit: Tremor eñ illos apprehendet et timor magn⁹. Cuius igit rei cauſa dic mihi? Quia tũc tã terribile erit iudiciũ illud vt etiam ab angelis timeatur. Omnis enim natura generis humani incipiet iudicari: et aſtare terribili iudici. Quobrem ꝗ tũc angeli cõtremiſcent: ⁊ vnde tremor apprehẽdet eos? Non eñ illi habent iudicari: Sed quẽadmodum principe iudicante: non ſolum rei ſed ⁊ officia quę nihil ſibi cõſcia ſunt: timore ⁊ tremore comprehẽdunt ꝓpter iudicis terrorẽ: ita ⁊ tunc cũ gen⁹ humanũ iudicabit etiã cęleſtes miniſtri pauebunt: ⁊ terribili apparatu de iudicis intuentis horrenda formidine cõ
N tremiſcent. Sed quare crux apparebit tunc: ⁊ quã ob cauſam in eius ꝓlatu dominus adueniet: ratio pſpicua eſt: vt agnoſcant conſiliũ iniquitatis ſuę qui dominũ maieſtatis crucifixerũt. Per hoc enim ſignũ impudens iudęorum redarguit impietas: et quomodo ꝓpter hocipſum habens crucẽ veniet: audi
Abi.5. ipſum in euãgelio ꝓteſtantẽ: Quia tũc plãgent omnes tribus terrę videntes accuſatorem ſuum: id eſt ipſaꝫ crucẽ: ⁊ ipſo arguente cognoſcẽt pctm̃ ſuũ ſero: et fruſtra fatebunt impiã cęcitatẽ. Quid aũt miraris ſi crucẽ af
Zacharie.12. ferẽs veniet: vbi ⁊ ipſa vulnera oſtẽdet? Tũc
Joh.19. videbũt inquit in quẽ compunxerũt. Quẽadmodũ enim in thoma fecit: volens incredulitatem diſcipuli coarguere erroręq; corrigere ꝓ multorũ fide: ⁊ ingerens oſtendit illa ſigna clauorũ: ⁊ ipſa de clauis vulnera et di
Joh.20. Luc.24. xit: Mitte manũ tuã: ⁊ vide qm̃ ſpũs oſſa ⁊ carnẽ nõ habet quẽadmodũ me videtis habere: tũc oſtẽdet vulnera ⁊ crucẽ manifeſta
O bit: qm̃ ipſe eſt qui crucifixus eſt. Nõ ſolum aũt de cruce: ſed de verbis ipſis quę in cruce habuit: imenſã pietatem eius poſſum⁹ conſiderare. Nã cũ adhuc in cruce confixus eſſet
Luc.23. dicebat: Pater dimitte illis peccatum: non eñ ſciunt quid faciũt. Et crucifixus ꝓ illis ꝗ crucifixerant orabat: ⁊ quidẽ illi e diuerſo dicebant: Si filius dei es: deſcende de cruce. Sed ꝓpter hoc nõ deſcendit de cruce: qm̃ filius dei eſt. Propter hoc eñ venit vt crucifigeret ꝓ nobis. Deſcende inquiũt de cruce: ⁊ credimus i te. Hęc verba ſunt ⁊ occaſionis et incredulitatis. Nã plus fecit q̃ ſi de cruce deſcẽdiſſet. Multũ eñ maius fuit lapide ad monumentũ appoſito reſurgere q̃ de cruce
deſcẽdere. Lazarũ etiã quatriduanũ iam fu Joh.11.
nere fętidũ de ſepulchro reſuſcitaſſe magis fuit q̃ de cruce deſcendere. Et illi quidẽ dicebant: Si filius dei es: ſalua temetipſũ. Hęc autẽ omnia faciebãt: ⁊ improperabãt ei pariter. Dimitte inquit illis peccatũ. Vtiq; dimiſit ſi vellent penitere. Si eñ nõ dimiſiſſet
illis peccatũ: nõ vtiq; ſtatim poſt aſſumpti Act.2.et.4.
onẽ ei⁹ tria milia ⁊ quinq; milia credidiſſent: Qm̃ inquit multa milia iudęorũ crediderũt.
Audi quid dicunt Paulo apoſtolo: Vides Act.21.
inquiũt frater: quot milia ſunt iudęorũ qui
crediderũt? Imitatores ergo dñi eſſe debe P
mus: ⁊ ꝓ inimicis orare exemplo ipſius: qui Luc.23.
cũ eſſet crucifixus ꝓ crucifigẽtib⁹ ſe patrem poſtulabat vt dimitteret illis pctm̃. Et quõ inq̃s poſſuꝫ dñm imitari? Si volueritis: poteritis. Si enim impoſſibile erat imitari eũ:
quõ dicebat: Diſcite a me qm̃ mitis ſum et Matth.11.
hũilis corde? Nã ſi impoſſibile eſſet imitari
eũ nũq̃ paul⁹ dixiſſet: Imitatores mei eſto 1.Cor.4.
te ſicut ⁊ ego xpi. Q ſi dñm imitari nõ vis: imitare ſeruũ eius ſtephanũ: quẽ ⁊ aplm dico: nã ille dñm imitat⁹ eſt. Et quẽadmoduꝫ chriſt⁹ inter crucifigẽtes ſe relinquẽs crucẽ: relinquẽs ꝓpriã pſecutionẽ: ꝓ crucifigẽtib⁹ ſe depcabat patrẽ: ita ⁊ ſeru⁹ eius inter lapidãtes ſe ſuſcipiẽs iacula ſaxorũ et dolores ꝗ ex
ipis fiebãt dicebat: Dñe: ne ſtatuas illis pec Act.7.
catũ h. Audiſti quõ ſm dñm locut⁹ eſt ſeru⁹.
Ille ait: Pater dimitte illis peccatũ: neſciũt Luc.23.
eñ qd faciunt. At iſte dicit: Dñe ne ſtatuas illis h pctm̃. Et vt diſcas qm̃ cũ omni ſolli
citudine orauit: Poſitis inqt genib⁹ orabat Act.7.
dicens: Dñe: ne ſtatuas illis hoc peccatũ: ꝗ viuis ⁊ regnas in ſecula ſeculorũ: Amẽ.

## Eodem die: De expoſitiõe Symboli ad cõpetentes: Sermo II

Sermo C.XXXI.

A

Queſo vos frẽs chariſſimi vt nobis reſerãtib⁹ expoſitionẽ ſymboli attẽtius audiatiſ. Quę doctrina ſymboli virt⁹ eſt ſacramẽti: illumiatio aię: plenitudo credẽtiũ: in eo qd docet aut diſcit et vni

tas trinitatis: et trinitas diſtincta pſonis: et opulētia creatoris: ⁊ redēptio paſſiōis. Hoc nexus infidelitatis abſoluit: hoc vite ianua pandit: hoc gloria pfeſſiōis oſtendit. Symbolū dilectiſſimi breue ē verbis: ſed magnū eſt ſacramētio. Paruū oſtendēs iminutione latitudinis: ſed totum cōtinens compendio breuitatis. Exiguū ē vt memoriā nō obruat ſed diffuſum vt intelligentiā ſupcedat: cōfirmans omnes pfectione credendi: deſiderio cōfitendi: fiducia reſurgendi. Digne ḡ ⁊ attētiores ⁊ frequētiores: et pratione temporis ipſius puriores ad audiendū ſymbolum cōuenistis. Quicquid eīm pfiguratū eſt in patriarchis: quicquid nunciatū eſt l ſcripturis: quicquid predictū eſt in pphetis vel de deo ingenito: vl ex deo dei vnigenito: vel de ſpiritusancto: q̄uis latenter oſtenſum ſit: vl de ſuſcipiendi hominis ſacramēto: vel de morte domini reſurrectiōiſq; myſterio: totū hoc breuiter iuxta oraculū ppheticū ſymbolū in ſe continet cōfitendo. Tenendo ergo fratres chariſſimi collationem fidei ⁊ gratiā: pfeſſionis myſteriū memorie cōmodatū: iam ad iſti⁹ ſymboli pfeſſionis ſacramentū textū q̄
B veniam⁹: Qđ in hunc modū incipit: Credo in deum patrem omnipotentē creatorē celi ⁊ terre: ⁊ in ieſum chriſtū filiū eius vnicū dominū noſtrū: qui cōceptus eſt de ſpūſancto: natus ex maria virgine: paſſus ſub pontio pilato: crucifixus: mortu⁹ ⁊ ſepult⁹. Deſcēdit ad inferna: tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcendit ad celos: ſedet ad dexterā dei patris omnipotentis: inde venturus iudicare viuos ⁊ mortuos. Credo in ſpiritūſanctum: ſanctā eccleſiam catholicā: ſanctorū cōmunionē: remiſſionē peccatorū: huius carnis reſurrectionē: vitam eternā amē. Repetēdus eſt nobis dilectiſſimi ſermo ſymboli huius: qualiter ea que dicimus veſtris ſenſib⁹ melius inſeram⁹. Credo in deū patrē omnipotentē: creatorē celi ⁊ terre. Tertia igitur vice repetitur: vt ad reliqua capiēda fideli curſu puenire poſſim⁹. Et quia lex fidei noſtre in trinitate cōſiſtit: vt ipſe numerus repetitionis cū ſigno veniat trinitatis: tertia vice ordo ſymboli recenſendus eſt. Imprimis dilectiſſimi q̄lis ſermo ſit in capite ſymboli diligenter aduertite: et quali principio inchoet ſollicitius pertractate. Ergo in primo habet Credo. Vide q̄ dominus noſter nō nos iubet diſcutere diuina iudicia ſed credere: nec rationē requirere: ſed fidē ſimpliciter ⁊ imobiliter exhibere. In deū patrē. Aduertite q̄ cum dei patris nomē in cōfeſſione cōiungit: oſtendit q̄ non ante deus eſſe ceperit et poſtea pater: ſed ſine vllo initio ⁊ deus ſemper pater eſt. Quia ergo ſemp fuit pater: ſemp habuit filium cui pater eſt. Omnipotentem ſo ideo dicit: quia omnipotens eſt: cuiq; nihil impoſſibile eſt: qui celum: terram: mare: homines: atq; omnia animalia ⁊ reptilia nō aliquo operis actu ſed ſolo verbi creauit imperio: Et ideo nō nob veniat in cogitationē quomodo hoc aut illud potuit fieri: qui omnipotentē precipimur confiteri. Creatorem celi ⁊ terre. Hoc ait quod ſuperius dixi: quia omnia ſola verbi poteſtate perficit. Credo ⁊ C
in ieſum chriſtum filium eius. Aduertite q̄ quomodo in patrem: ſic et in filium credendum ſit. Et quia cum patre equalis eſt maieſtate: tantū ipſi quātum et patri honoris nos debere nouimus ⁊ ſeruitutis obſequiū. Ieſum chriſtū. Ieſus ſaluator interpretat: chriſt⁹ ſo a chriſmate dicit: quia ſicut antiqui reges a ſacerdotibus oleo ſacro pfundebant: ſic dominus noſter ieſus chriſtus ſpiritusſancti infuſiōe repletus ē. Qui cōceptus Luc. 1.
eſt de ſpirituſancto. Non poterat aliunde q̄ de deo cōcipere: que deum meruit pcreare. Natus ex maria virgine. Non potuit nō ta- Luc. 1.
lem habere conceptū: que virgo erat pmanſura poſt partum. Paſſus ſub pontio pila- Matth. 27.
to. Iſte pilatus iudex erat i illo tempore ab imperatore poſitus in iudea: ſub quo dominus paſſus eſt: cuius mentio ad temporis ſignificationē: nō ad pſone illius ptinet dignitatem. Crucifixus eſt ⁊ ſepultus. Crucē illā in qua ille crucifixus eſt i corpore: nos geſtamus in fronte. Sepultus eſt. Sicut in veritate natus: ita in veritate mortuus ⁊ ſepultus. Tertia die reſurrexit. Triduane ſepulture mora euidenter oſtendit: q̄ dum corpus in ſepulchro iacuit: anima illa de infernis triumphauit. Aſcendit ad celos: id eſt conditi- Marci. 16. Act. 1.
onem nature noſtre quam de homine matre natus aſſumpſit: ſuper celos in dexterā dei patris collocauit. Inde venturus iudicare viuos et mortuos. In ipſo corpore venturus eſt ad iudicium: in quo aſcendit ad celū. Chriſtianos iudicat ⁊ paganos: iuſtos ⁊ peccatores: fideles ⁊ impios. Credo ⁊ in ſpūſanctū. Aduertite q̄ ſicut in patrē: ita et in filiū et i ſpūſanctū ſit credendū. Nā q̄ vel in vnā

de trinitate pſonam non crediderit: in dua/
D bus illi crediďiſſe non pderit. Sanctā eccle/
ſiam catholicā. Sciendū eſt ꝙ eccleſiā crede/
re non tamen in eccleſiā credere debeamus:
quia eccleſia nō eſt deus: ſed domus dei eſt.
Catholicam dicit toto orbe diffuſam: qꝛ di/
uerſoꝝ hereticoꝝ eccleſię ideo catholicę nō
dicunẗ: quia ꝑ loca atqꝫ ꝑ ſuas quaſqꝫ pu in
cias continenẗ: hęc vo a ſolis ortu vſqꝫ ad
occaſum vnius fidei ſplendore diffunditur.
Sanctoꝝ cōmunionē: id eſt cū illis ſanctis
qui in hac quā ſuſcepimus fide defuncti ſūt:
ſocietate et ſpei cōmunione teneamur. Re/
miſſionē peccatoꝝ. Oportet enim vt poſt
remiſſionē quę nobis pręſtaẗ munere redem
ptoris in baptiſmo: plenę credulitatis tene/
amus affectum. Carnis huiꝰ reſurrectionē.
Carnem quā in hac vita ſub mortali condi/
tione portamus: reſurrecturā eſſe immorta/
lem ac rationalē redituram p animę conſortio
credamus. Vitam ęternam. Abſqꝫ vlla du/
bitatione fatemur vos vitam ęternā conſe/
cuturos: ſi hęc quę vobis exponimus ſacra/
mēta fideliter teneatis: ac bonis actibus cō/
ſeruetis. Hunc breuem ſermonē de vniuerſo
ſymbolo vobis debitū reddidi. Quod ſym/
bolum cum audieritis: totum iſtum ſermo/
nem noſtrū breuiter collectū recognoſcetis:
nec vt eadem verba teneatis vllo modo ſcri
bere debetis: ſed audiēdo ꝑdiſcere: ⁊ memo/
ria ſemꝑ tenere atqꝫ recolere. Quicquid enī
in ſymbolo audiſtis iam: diuinis ſcripturaꝝ
ſanctarū litteris continet. Cōmemoratio fit
pmiſſionis dei: vbi ꝑ pphetam pnunciās
Hiere. 31. teſtamentū nouū dixit: Hoc eſt teſtamentū
quod ordinabo eis poſt dies illos dicit do/
minus: dans legem meā in mente eoꝝ: ⁊ in
corde eoꝝ ſcribam ea. Huius rei ſignificādę
cauſa: audiendo ſymbolū non in tabulis vł
in vlla materia: ſed in cordibus ſcribiẗ: Pręſ/
ſtabit ille qui vos vocauit ad ſuum regnum
vt eius gratia regenerati vobis etiā ſpiritu
ſancto ſcribaẗ in cordibus veſtris: vt quod
Gal. 5. creditis diligatis: ⁊ fides in vobis ꝑ dilecti/
onem operetur: ac ſic domino deo largitori
bonoꝝ omniū placeatis: nō ſeruiliter timē/
do pęnam: ſed liberaliter amādo iuſticiam.
Hoc ergo ſymbolum quod vobis ꝑ ſcriptu/
ras ⁊ ſermones eccleſiaſticos inſinuatū eſt:
ſub hac breui forma fidelibus confitendum
⁊ pfitendum eſt.

## Sabbato in vigilia paſchę: De Joſeph qui corpus domini petijt a Pilato ⁊c. Sermo I

Sermo C.XXXII.

P Eracta paſſione domini noſtri ieſu A
chriſti ⁊ reſurrectiōe in qua fidei no/
ſtrę omnis ſumma conſiſtit: emergit
quidam ioſeph olim quidem amator ⁊ diſci
pulus domini: ⁊ qui p ratiōe tēporis defun/
cto exequias occultas impendat: quia ⁊ no/
ti miſericordiā furor pſequentiū phibebat.
Quod factū: ita iohāneo euangeliſta narra/
uit. Rogauit inquit pilatum ioſeph occulte Joh. 19.
ppter metū iudęoꝝ: ⁊ petiuit corpus ieſu: ⁊
ꝑmiſit pilatus. Cum in animo religioſo me/
tus tum deuotiōe certaret: excogitat ſtatim
qꝺ ⁊ fidei ſatiſfaceret ⁊ timori: et occulte po/
ſtulans vt ⁊ humo mādaret occiſum: ⁊ decli/
naret inſaniam iudęoꝝ. Judex vo eundem
ſeruans animū mortuo quem impendit au/
dito: nam quē coactus dederat pęnę: libens
tradit ſepulturę. Poſtqꝫ vo corpus ieſu hu/
matū eſt: ſtatim potentiā ſuam reperit: qua
venerat reditura maieſtas. Nam cuiꝰ nati/
uitas hominis oſtenderat filiū: mors prodi/
dit deū. Cum enī maria magdalenę veniſſet Joh. 20.
ad monumētū quā memorē ſaluatoris amiſ
ſi fida deuotio in lachrymas cōpellebat: vi/
dens reuolutū a foribus lapidem: cum non
inueniſſet in ſepulchro dominū: cępit acriuſ
dolere qꝺ ꝑdiderit ⁊ defunctū. Mox aūt ad
petrū eius diſcipulū ꝑuolat: quem p meriti
qualitate vel fidei: maior de eius obitu cura
tangebat. Nunciat inane ſepulchrū: quęriẗ
corpus ablatum. Petrus vo reſurrectionis B
filij dei ⁊ ante crucē cōſcius quā ꝑdixerat ipſe
paſſurus: ſub tali nūcio nō fleuit aut doluit
ſed morē ſuū in diuinis virtutibꝰ ſeruās: p/
perat experiri quod credidit. Ad ſepulchrū
itaqꝫ domini celeri curſu feſtinat: lętior redi/
turus ſi nō inueniret quē quęrebat. Beatus
autē euāgeliſta ⁊ ex cōſequētibus pbat po/
tentiā reſurgentis. Venit inquit ſimon pe/ Abi. B.
trus ⁊ introiuit in monumentū. Et cum nō
inueniſſet dominū: vidit lintheamia poſita
⁊ ſudarium qꝺ fuerat ſuꝑ caput eius. Nam
manifeſtius deus platurus quē viuificaue/
rat in cęlū: ⁊ mortē vacuat ⁊ ſepulchrū. Nā
lintheamine quo funꝰ tegebaẗ expoſito: re/
liquit terre exuuias: vitali iam corpore indu/
ta maieſtas. Petrus igitur videns reſurre/
ctionē quā dei filius pnunciauerat impletā:

¶ qui ſollicitus venerat: ſecurꝰ abſceſſit. Ma-
ria tamē reſurrectionis ignara non ceſſat la-
chrymas fundere: neſciens hanc eſſe domi-
nici corporis gloriā quā putabat iniuriam.
Cuius inanes merores angelus magis pro-
hibet q̄ conſolat̄: vt euangeliſta teſtat̄: Ma-
ria inquit quid ploras? Si ſpiritali prudētia
intētionē diuini ſermonis intelligas: lachry-
marū cauſā non tanq̄ ignarus interrogat:
ſed importunos fletus dolentis obiurgat.
Maria inquit quid ploras: cū vacuato mo-
numēto nō damno funeris: ſed merito reſur
gentis ieſu chriſti corpus virtus ſibi nō faci-
nus vendicaſſet? Culpat eodem tempore a
maria lachrymas fūdi quo debuit gloriari.
Quid ploras: aut quē queris? Angelus in-
ſtruit neſcientē ſano cōſilio: ne viuentē que-
reret ī ſepulchro. Que mulier quia reuixiſſe
quē flebat nec correcta cognouit: a ſuꝑfluis
poſtmodum lachrymis reuocatur: vocibus
reſurgentis ſimilibus. Etenim ieſus mariā
verbis alloquit̄: Mulier inq̄t quid ploras:
aut quē queris? Hoc eſt dicere: me iā viuēte
ꝓ quo mortuo lachrymas fundis: aut me p̄-
ſente quē queris? At illa ieſum ſecūdo appel
lata cognoſcēs: diuine maieſtatis operante
potentia viuū inuenit: quem querebat occi-
ſum ieſum chriſtū dominū noſtrū: cui ſemꝑ
in patre gloria in ſecula ſeculoꝝ: Amē.

Sermo C.XXXIIII

## Eodem die: De ſepulchro domini: Sermo II

V Ideamus fratres de domini corpo-
re poſtea q̄ de cruce deponit̄ qđ ge-
Ioh.19. rat̄. Accepit illud Ioſeph ab arima-
thia vir iuſtus: ſicut ait euāgeliſta: ⁊ in nouo
ſuo ſepeliuit monumēto: in quo nondū quiſq̄
poſitus fuerat. Beatū ergo corpus domini
noſtri ieſu chriſti: qđ cū naſcit̄ ex vtero virgi
nis gignit̄: cum recedit iuſti tumulo cōmen-
dat̄. Beatū plane corpus qđ virginitas pe-
perit: ⁊ iuſticia cuſtodiuit. Cuſtodiuit enim
illud ioſeph tumulo incorruptū: ſicut ſerua-
uit illud marie vterus illibatū. Sicut enim
pollutione ibi nō tangit̄: ſic mortis corrupti
one nō leditur. Vbiq̄ beato corpori defert̄
ſanctitas: vbiq̄ v̄ginitas. Nouus illud ven
ter cōcepit: nouus tumulus cōcluſit. Vnicus
ē et v̄go vulua: ⁊ virgo eſt ſepultura: Quin
ꝑotiꝰ ipſam ſepulturā vuluā dixerim: eſt enī
ſimilitudo nō parua. Sicut enī dn̄s de matris
vulua viuus exiuit: ita et de ioſeph ſepultu-
ra viuus ſurrexit: Et ſic de vtero tūc ad p̄di-
candū natus eſt: ita ⁊ nūc ad euāgelizandū
renatus eſt de ſepulchro: Niſi q̄ glorioſior ē
iſta q̄ illa natiuitas. Illa enim corpus mor-
tale genuit: hec edidit īmortale. Poſt illam
natiuitatē ad inferos deſcēdit: poſt hanc re-
meatur ad celos. Religioſior eſt plane iſta q̄
illa natiuitas. Illa enī corpꝰ mortale genuit
totius mūdi dn̄m nouē mēſibꝰ in vtero clau
ſum tenuit: hec autem triduo tantū tumuli
gremio cuſtodiuit. Illa cūctorū ſpē tardius
ꝓtulit: hec omniū ſalutem citius ſuſcitauit.
Fortaſſe q̄s dicat de priori dn̄ice natiuitatis B
p̄dicatione: in qua p̄dicauimꝰ nō minorē eſſe
gloriā q̄ tumulus Joſeph ſuſcitauerit dn̄m
q̄ q̄ eū ſancte marie vterus ꝓcrearit: Que
cōparatio ventris ⁊ tumuli: cū ex intimis vi
ſceribus illa ediderit filiū: hic aūt ſolūmodo
locū p̄ſtiterit ſepulture? At ego dico: nō mi-
norem ioſeph affectū fuiſſe q̄ marie. Siqui-
dem illa vtero dn̄m: hic corde concepit. Illa
ſaluatori membroꝝ ſuoꝝ ſecretū p̄ſtitit: hic
ſecretū ſui cordis nō negauit. Illa dominū
pannis inuoluit cū natus eſt: hic lintheis cū
receſſit. Illa punxit beatū corpus oleo: hic
aromatibus honorauit. Conueniūt ergo ſibi
obſequia: cōuenit ⁊ affectus: Inde neceſſe ē
etiā meritū conuenire: niſi q̄ mariā ad obſe-
quiū angelꝰ admonuit: ioſeph autē iuſticia
ſola ꝑſuaſit. Igit̄ ioſeph ī ſuo ſepulchro po-
ſuit dominū. Legimꝰ ī ꝓpheta: Sepulchrū C
patēs eſt guttur eoꝝ. Si ergo ſepulchrū pa- Pſ.5.et 13.
tens ē guttur hominū: vide ne forte ſm̄ hāc
ſimilitudinē dn̄m ioſeph nō tā ī terrena po-
ſuerit ſepultura q̄ in monumēto ſui cordis
collocauerit: ⁊ cuſtodiendū illum ſuſceperit:
non tā memoria fragili morituroꝝ q̄ memo
ria ſancta virtutū. Hec enī virtutū fidelis eſt
memoria: que intra ſe cōtinens chriſtū: ꝑdi-
eū hereticorū corruptiōe non patit̄. De qua
memoria in ſacramētis dn̄s dicit: Quotieſ- 1.Cor.11
cunq̄ feceritis hec: in memoriā mei facietis
donec veniā. Quotiēſcūq̄ enī chriſtū loqui-
mur: totiens eū ſanctiori memorie cōmēda-
mus. Sepulchrū ē patens: guttur hominū
recte plane dicit ꝓpheta. Sepulchrū enim
chriſti patēs eſt euāgeliſtaꝝ beatū guttur: ꝑ
qđ illud eterno lraꝝ theſauro cōdiderūt. Pa-
tens aūt ſepulchrū iō dicit̄: q2 q vult ad xp̄i
ꝑuenire myſteriū: non ingredit̄ ad illud niſi
ꝑ euāgelice ſcripture ſecretū. In litteraꝝ enī

ſecreto quaſi quodã nouo vaſculo cõmẽda-
tus eſt dñs. Quiſq; igiť illum videre deſide
rat: ibi ⁊ paſſiõis eius ſacramentũ inueniet:
⁊ reſurrectiõis gloriã recognoſcet. Patens ẽ
guttur ſanctorũ eſt. Unde aplꝰs ad Corin-
2.Corſ.6. thios ait: Os noſtrum patet ad vos o corin-
thij: inuitans eos vt p ꝑdicatiõis ſuę aptam
ianuã: ingrediamur chriſti ſecreta myſteria.
In hac igiť pectorio memoria collocať dñs
Luc.9. a ioſeph: vt in iuſticię ſede requieſcat: et ha-
D beat filius homis vbi caput reclinet. Videa
mus igiť quare ſaluator in aliena ſepultura
ponať: ac ſuam nõ habeat ſepulturã. Ideo
in aliena ſepultura poniť: q: ꝑ aliorũ morie-
bať ſalute. Mors em̃ iſta nõ illi accidit: ſed
nobis ꝓficit. Mors iſta nõ illi illata eſt: ſed
nobis delata. Ut qd ergo ei ꝓpria ſepultu-
ra: qui in ſe mortẽ ꝓpriã nõ habebat? Et qd
illi tumulus in terris: cuiꝰ ſedes manebat in
cęlis? Ut quid illi ſepultura: qui tridui tan-
tũ temporis ſpacio nõ tam in ſepulchro mor
tuus iacuit: q̃ veluti i lecto cõquieuit? Ipſa
em̃ temporis breuitas declarat potius ſom-
nũ fuiſſe q̃ mortẽ. Sepulchrũ aũt mortis eſt
habitaculũ. Neceſſariũ ergo nõ erat mortis
habitaculũ chriſto qui vita eſt: nec opus ha-
bebat ſemꝑ viuens habitaculo defunctorũ.
Recte aũt hanc vitã nos i noſtro ſepulchro
cõdimꝰ: vt viuificet mortẽ noſtrã: vt cũ ipſo
E a mortuis reſurgamus. Unde et illa maria
magdalenę q̃ dñm inť cęteros defunctos in
Luc.24 ſepulchro reqrebat arguiť: ⁊ diciť illi: Quid
quęris viuentẽ cum mortuis? Hoc eſt quid
quęris in tumulo: quẽ adorare debes i cęlo?
Quid quęris apud inferos: quẽ rediſſe iam
cõſtat ad ſuperos? Quẽ illa adhuc nõ intel-
ligens nec cognoſcẽs: reſpondit illi: Dñe: ſi
tu ſuſtuliſti eum: dicito mihi: vbi poſuiſti eũ
⁊ ego eum tollã. Eſtimabat em̃ eum ſicut di-
cit ſcriptura hortolanũ eſſe. Sancta ẽ ⁊ ſim-
plex fęmina chriſtũ reqrit a chriſto: ac deuo-
tione mentis ꝓphetat ⁊ neſcit. Ait em̃ domi
Job.20. no de ſemetipſo: Si tu ſuſtuliſti eum: dicito
mihi. Recte interrogat: ſi tu ſuſtuliſti eum.
Ipſe em̃ tulit corpus ſuũ: qui illud protulit
de ſepulchro. Ipſe tulit corpus: qui illud ia-
cens ⁊ dormiẽs ſua aſpiratiõe collegit. Ipſe
tulit corpus ſuũ: qui illud diuinitatis virtu-
te geſtãs portauit ad cęlos: Atq; ideo muli-
er ſapiẽter interrogat ⁊ requirit: Si tu ſuſtu-
liſti eum dicito mihi vbi poſuiſti eum: hoc ẽ
ſi illud auferens de ſepulchro ad paradiſum
trãſtuliſti. Audierat em̃ illũ dicentẽ latroni:
Hodie mecum eris in ꝑadiſo. Aut certe ſi de Luc.23.
inferno in patris dexterã collocaſti: ſicut ait
aplꝰs: Quę ſurſum ſunt quęrite: vbi chriſtꝰ Col.3.
eſt in dextera dei ſedens. Beatus ẽ qui ita
quęrit chriſtũ dominũ: vt credat eũ et in ꝑa-
diſo conſtitutũ ⁊ in cęleſtibꝰ collocatũ. Nã
qui eum in inferno requirit aut i tumulo: di-
citur ei: Quid quęris viuentẽ cũ mortuis?

## Item eodem die alius ſermo de eodem de quo ſupra: qui habeť in libro Quinquaginta Homeliarũ: Homelia.xxxvi.

## Eodem die de eo quod ſcriptum eſt in Geneſi: In principio creauit deus cęlum et terrã ⁊c. Ser. III

Gen.1. Sermo C.XXXIII.

A
m Ulta ſunt ⁊ magna veneranda pa-
ſchę myſteria quę diuinis libris ſũt
cõſecrata: ⁊ i antiquis iudęoꝝ archi-
uis fuerant reſeruata: quoꝝ admirabilis ra-
tio ⁊ mira: fides pura: religio ſincera veluti
quodã velamĩe tecta ſuã ſanctitatẽ in abdi-
tis occulebant: ⁊ priſci antiſtites adumbrata
cernebant: ⁊ ſacrificia cruenta muneribꝰ offe
rebant. Hanc artifex non terrenis coloribus
ſed cęleſtibꝰ virtutibꝰ clypeo deuotiõis au-
ro coruſcante depinxit: ⁊ animũ tenaciter di
ligens in ipſo templo humani corpis dedica
uit: integris ⁊ acerrimis ſenſibꝰ officia diſtri
buit: ⁊ amorẽ in eius corde cõcluſit. Et cum
ille clarus rector aſtrorum: poli genitor: dux
diei: luminis imperator: infector germinis:
autũni temperies anni curſu; ⁊ quadriptita
tempoꝝ ſpacia cõpleuerit: diei huiꝰ ſolẽnita
tem nos docuit celebrare. Quãta nobis bo-
na dñicę paſſionis admirabiles triũphi con
tulerint: mortali ⁊ humana voce nec ꝑdicare
nec memoriter valeo numerare. Ex illo itaq;
beneficioꝝ aceruo quę cęleſtis munificentia
humano generi largita eſt: vnũ granũ fidei
qđ in ſe cõtinet multiplicẽ vitę rationẽ i gre-
mio ſapientię collocabo: vt in ipſo prudẽtię
ſulco coaleſcat diuini ſermonis imbre ſatũ:
magnaq; ⁊ admiranda ex modica ꝓbeat ſtir-
pe: ⁊ oratiõis opacitate exuberantia pręſtet.
B In ꝑncipio inquit fecit deus cęlum ⁊ terrã.
Gen.1. Excluſit omniũ infelicium errores: vnũ impe-
ratorẽ deũ patrẽ oſtendit: vnũ conditorẽ
vniuerſitatis filium indicauit. Fiat lux. Et

facta eſt lux. Et vidit deus lucem quia bo-
na eſt: non ꝙ deus lucem ante nõ noſſet quã
non niſi viſam laudaret: cũ ſit lux ſolus om-
Joh.8. niũ ipſe: ſicut euangeliſta teſtatur: Ego ſum
1.Timoth.6 lux mundi: Et apoſtolus: Qui habitat lucẽ
inacceſſibilem: quã nemo hominũ vidit nec
videre poteſt. Hanc lucem dixit in ſeculo: q2
bona eſt ſꝫm hominẽ: non ſꝫm deum. Deus
enim non tantã hanc lucem tribuit quã po-
terat ipſe largiri: ſed quãtum mortalis ocu-
lus capere potuit: Nec qui vniuerſũ orbem
illuminat tribueret ſplendorẽ: niſi quẽ mor-
Gen.1. talitas cape aut ſuſtinere vtiqꝫ poſſet. Ter-
ra erat inuiſibilis ⁊ incompoſita. Sed terra
inuiſibilis eſſe non poterat: Cui ergo inuiſi-
bilis erat? Si angelis: vbi tanta moles ab-
ſcondi poterat? Si hominibꝰ: adhuc homo
Pſ.135. non erat. Deus quippe fundauit terram ſup
aquas: ⁊ medietatẽ aquarũ ſuper celos im-
poſuit: ⁊ medietatem abyſſis demerſit: et in
maria cõgregauit: ⁊ ſic terra apparuit. Et di-
xit deus: Fiat firmamentũ inter aquam et
aquam. Et vocauit deus firmamentũ celũ.
Videtis quia aquam ſup firmamentum celi
impoſuit: ⁊ p ſeparationẽ aquarũ arida ter-
ra apparuit: ⁊ recedentibus aquis viſibilem
ſignificauit. Q2 autem inuiſibilis et incom-
poſita: necdum fuerat ordinata: necdum di-
C uerſis fructibus plena. Tenebre inquit erãt
Gen.1. ſuper abyſſos: ⁊ ſpiritus dei ferebatur ſuper
aquas. Si enim faculam i tenebris inferas:
continuo illuminant vniuerſa: quãtomagis
vbi deus erat: tenebre eſſe nõ poterant? Hic
ſpiritus quidẽ res eſt dei: non tamẽ ipſe deꝰ
intelligitur eſſe. Nam etſi ſpiritus dicitur: non
omnis ſpiritus deus eſt. Sic enim ſpiritus
dei dictus eſt: quomodo ⁊ angelus dei: hoc
eſt res dei: non tamẽ ipſe deus qui ſpiritus
dei. Hic ergo ſpiritus qui ſupferebatur aquas
ſeminarius eſt animande cõditionis. Unde
⁊ aque ⁊ terre mox iuſſu dei emerſerũt: quia
nec aqua nec terra viueret aut aliquid gene-
raret: niſi hoc dei ſpiritꝰ animaret. Unde et
terra fruges: ⁊ aqua produxit piſces. Duos
autem ſpiritus eſſe: vnum dei: alterum huiꝰ
1.Cor.2. mundi apoſtolus dicit: Nos iam non habe-
mus ſpiritũ huius mũdi: ſed ſpiritum qui ex
deo eſt: vt oſtenderet alium eſſe ſpiritũ dei
qui deus eſt: alterum ſpiritũ huius mundi
quo animantur vniuerſa. Amos propheta di-
cit: Qui ſolidat tonitruũ: et cõdidit ſpiritũ:
cum vtiqꝫ qui deus dici nõ poterat genera-
tus. Fecit ergo in principio celum ⁊ terram. D
li? Peruenerūt vſq3 ad iſta. Quātū qrentes
in ſupna euecti ſunt: tantū cadentes in ima
demerſi ſunt. Altius em̄ mergitur qđ de alto
cadit. Hi ergo ſicut hodie vos cōmonui que/
ſierunt qđ poſtea: id eſt qđ poſt hanc vitam
ſit futurū. Queſierūt ſicut homines: ſed q̄
inuenirent cū homines eſſent: doctrinā dei
non habuerūt: pphetas non audierūt: non
potuerūt inuenire: ſuſpicati ſunt. Retuli he/
ri vobis ſuſpitiones illorum. Exeunt anime D
male inquiūt: et quia immūde ſunt: conti/
nuo in alia corpora reuoluuntur. Exeunt ani/
me ſapientiū atq3 iuſtorū: ⁊ quia bene vixe/
runt: volant ad celū. Age bene: bñ inueniſti
illis locū: volantes ad celū puenerūt. Et qđ
ibi? Ibi erunt inquiūt: ⁊ requieſcent cū diis:
Sedes eorū erunt ſtelle. Nō malū habitacu
lū illis inueniſtis: vel ibi illas dimittite: no/
lite illas deijcere. Sed inquiūt: Poſt tēpora
longa facta penitus obliuione veterū miſe/
riarū incipiūt velle reuerti ad corpora: ⁊ de/
lectabit eas venire: Et rurſus veniūt ad iſta
patiēda: ad iſta toleranda: ad obliuiſcendū
deū: ad blaſphemandū deum: ad ſequēdas
corporis voluptates: ad pugnas contra libi
dines. Veniūt ad iſtas miſerias: vnde et q̄?
Dic mihi quare? Quia obliuiſcuntur: Obliui/
ſcuntur ⁊ delectatōes carnis: hoc ſolū mali ſui
meminnerūt vnde ruerūt. Veniūt. Quare?
Quia delectat eos rurſus in corporibus ha/
bitare. Unde delectat eos: niſi p memoriā:
qr ibi aliqn hītauerūt? Dele totā memoriā:
⁊ forte reſiduā facies ſapiētiā. Nihil remane/
at qđ reuocet. Et horruit qdā auctor ipſorū
cui demonſtrabatur vel qui inducebat apud
inferos demōſtrantē patrē filio ſuo. Noſtis
em̄ ꝓpe oēs hec: atq3 vtinā pauci noſceretis.
Sed pauci noſtis in libris: multi i theatris:
qr eneas deſcēdit ad inferos: et oſtendit illi
pater ſuus aīas romanorū magnorū ventu/
ras in corpa: expauit ipſe eneas ⁊ ait: O pat Uir.ene.6.
an ne aliquas ad celū hinc ire putandū eſt?

Sublimes aias iterūq; ad tarda reuerti Cor
pora. Sentiendū ne ē inquit q̄ eant ad cęlū
τ iterū redeāt? Quę lucis miſeris tā dira cu/
pido. Meli⁹ fili⁹ intelligebat q̄ pater expo/
nebat. Repħendit cupiditatē aiaꝝ rurſus i
corpa redire volētiū. Dixit dirā cupiditatē:
E dixit eas miſeras: nec erubuit eas. Ad h̄ phi
pduxiſtis: vt purgēt aię: ꝑueniāt ad ſummā
mūdiciā: τ p ipſā mūdiciā obliuiſcant̄ oia: τ
p obliuiōes miſeriaꝝ redeāt ad miſerias cor
porū. Dicite obſecro: nōne etiam hęc ſi vera
eſſent inquā q̄ ſine dubio falſa q: fęda ſunt:
nōne melius neſcirent? An forte dictur⁹ es
mihi: nō eris ſapiēs ſi iſta neſcieris. Ut qd
illa ſciā: poſſum ne eſſe mō melior q̄ tūc ero
in cęlo? Si i cęlo qn̄ ero melior τ pfectior: ob/
liuiſcar oia q̄ hic didici: τ hęc ibi melior neſci
turus ſum? Sine modo illa neſcire. In cęlo
habitantē dicis omnia obliuiſcentē: ſine in
terra eſſe horū omniū neſcientē. Deinde ro/
go te: an ſciant ſe iſtę aię i cęlo paſſuras eſſe
rurſus hui⁹ vitę miſerias: an neſciūt? Elige
qd volueris. Si ſciūt ſe paſſuras eſſe tantas
miſerias: quō ſunt beatę miſerias ſuas futu
ras cogitātes? Quomō ſunt beatę: vbi ſunt
ſine ſecuritate? Sz video qd eligas: Dictu/
rus es: neſciūt: Laudas q̄ ibi hanc ignoran/
tiā quā me nūc habere nō ſinis: docēdo me
in tra: qd me neſciturū dicis i cęlo? Neſciūt
inquis. Si neſciūt τ ſe non putant paſſuras
errādo ſūt beatę. Quę em̄ paſſurę putāt ſe nō
paſſuras: qd falſū putare: qd ē aliud q̄ erra/
re? Erunt q̄ errore felices: erūt beatę nō ęter
nitate ſ̄ falſitate. Liberet nos veritas vt bea
ti vere eſſe poſſim⁹: qm̄ nō vacat ſermo redē
Joh. 8. ptoris nr̄i: Si vos fili⁹ liberauerit: tūc vere li/
beri eritis. Ipſe em̄ dixit: Si mā ſeritis i ver/
bo meo: vere diſcipuli mei eritis: τ cognoſce
F tis veritatē: τ veritas liberabit vos. Deinde
audite aliud peius: aliud dolendū vel poti⁹
irridendū: hic ſapiēs: hic phus: hoc eſt i ter
ra: verbi gr̄a: pythagoras: plato: porphyri⁹:
et neſcio quis alius ipſorū. Quare philoſo/
pharis? Propter inqt beatā vitā. Qn̄ habe
bis iſtā beatā vitā? Cū hoc corpus inqt reli/
quero i terra: mō ergo miſera vita gerit̄: ſed
ſpes eſt beatę vitę: ibi beata vita gerit̄: ſed
ſpes eſt miſerę vitę. Ergo ſi ſpes nr̄e infelici
tatis eſt fęlix: τ fęlicitas infęlix: abijciamus
hęc: τ vel rideam⁹ q: falſa ſunt: vel doleam⁹
q: magna exiſtimant̄. Sunt em̄ iſta frēs mei
mag̃: magnoꝝ delyramēta doctorū. Quāto

melius tenem⁹ magnoꝝ ſacramenta docto/
rū? Amore corpoꝝ dicūt redire aias purga/
tas mūdatas ſapiētes: purgatas aias amo/
re corporū redire ad corpa. Ergo aia purga/
ta ſi ſic amat: nōne amor iſte magnę ſunt ſor
des? Sed corpus eſt oīe fugiendū: magn⁹ G
coꝝ porphyri⁹ philoſophus: fidei chriſtianę 1. Retrac. 4.
acerrimus inimicus: q: iā chriſtianis tpibus
fuit: ſed tn̄ ab ipis delyramētis erubeſcēdo: 22. de Ciui/
a chriſtianis ex aliqua parte correpta⁹: dixit. tate dei. ca. 2
Corpus eſt oīe fugiendū: Omne dixit: q̄ſi
omne corpus vinculū erūnoſum ſit animę.
Et ꝓrſus ſi corpus qualecūq; eſt fugiendū:
nō eſt vt laudes eius corpus et dicas: Quō
deo docēte fides noſtra laudat corpus: quia
τ corp⁹ qd nō habem⁹ q̄uis habeam⁹ hinc
de peccato pęnā: τ corpus qd corrumpit̄ ag/ Sap. 9.
grauat animā: tn̄ habet corpus iſtud ſpeciē
ſuā: diſpoſitionē mēbrorū: diſtinctionē ſen/
ſuū: erectā ſtaturā: τ cętera quę bn̄ ꝯſiderant/
tes ſtupēt: Uerūtamē illud oīno icorrupti/
bile: oīno imortale: oīno ad mouendū agile
et facile erit. Sed ait porphyri⁹: Sine cauſa
mihi laudas corpus. Qualecunq; corpus: ſi
vult eſſe beata aia: corp⁹ eſt oīe fugiendū.
Hoc dicūt philoſophi: ſed errant: ſ̄ delyrāt.
Cito probo: nolo diutius diſputare: libros
veſtros lego: q: illa q̄ ꝓdicata ſūt: debēt ha/
bere ſubditū. Duo em̄ ſunt inuicē ſibi cōne/ H
xa: ꝓdicata: τ ſubdita. Supat oia deus: huic
cūcta ſūt ſubdita. Et aia ſi habet aliquē ho/
norē apud deū: debet habere aliqd ſubditū.
Sed nolo hinc diuti⁹ diſputare: libros vr̄os
lego: mūdū iſtū animal dicitis: id eſt cęlū et
terrā: maria: oia quę ſunt ingētia corpora: τ
imenſa vſq;quaq; elementa. Totū hoc vni/
uerſum corp⁹ qd ex his elemētis omnib⁹ cō/
ſtat dicitis eſſe animal magnū: id eſt habere
animā ſuā: ſed ſenſus corpis non habere: q:
extrinſecus nihil eſt qd ſentiri poſſit: habere
tn̄ intellectū: hęrere deo: τ ipſam animā mū/
di vocari iouē vel vocari hecatē: id eſt quaſi
animā vniuerſalē mūdū regentē: τ vnū qd/
dā aial facientē: Eundēq; mūdū ęternū eſſe
dicitis ſupfuturū finē nō habiturū. Si ergo
ętern⁹ eſt mūdus: τ ſine fine manet mūdus:
τ aial ē mūdus: aia iſta ſemp tenet̄ i mūdo:
certe corp⁹ eſt omne fugiendū. Quid eſt qd
dicebas: Corp⁹ eſt omne fugiendū? Ego di/
co beatas aias incorruptibilia corpora ſem/
per habituras. Tu q̄ dicis: corp⁹ omne fugi/
endū: occide mūdum. Tu dicis: vt fugiā de

carne mea: fugiat iupiter tuus de cęlo ⁊ ter/
J ra. Nec inuenim⁹ eundē platonē magiſtrū
iſtorū omniū in libro quodā ſuo quē ſcripſit
de cōſtitutiōe mūdi: inducere deū factorem
deorū: facientē ſcilicet deos cęleſtes: ſtellas
omnes: ſolē ⁊ lunā. Dicit ergo deū opificem
deoꝝ cęleſtiū: dicit ipas ſtellas habere aīas
intellectuales q̄ intelligūt deū ⁊ corpora vi/
ſibilia q̄ cernunt. Dico vt intelligatis: Sol
iſte q̄ videt: nō videret niſi corp⁹ eſſet. Hoc
verū eſt. Stella vlla vel luna nō videret niſi
1.Cor.15. corp⁹ eſſet: verū dicit. Ideo dicit ⁊ aplꝰs: Et
corpa cęleſtia: et corpa terreſtria. Et ſequit:
Alia gloria cęleſtiū: alia ⁊ terreſtriū. Et rur/
ſus dicēs de gloria cęleſtiū corporum aplus
adiunxit et ait: Alia gloria ſolis: alia gloria
lunę: alia gloria ſtellarū. Stella eīm a ſtella
differt in gloria: ſic et reſurrectio mortuorū.
Videtis q̄ ꝓmiſſa eſt ſanctorū corporibus
claritas: ⁊ diuerſa ſpēs claritatis q̄ diuerſa
ſunt merita charitatis. Sed illi q̄ dicūt: ſtel/
lę iſtę quas videtis corpora ſunt quidē: ſed
habēt ſuas aīas intellectuales ⁊ ſunt dij ite
K rū de corporib⁹ q̄ corpa: verum dicūt. Sed
vtrū habeant aīas ſuas: vt qd̄ diſcutio nō
veniamus ad rem. Inducit deus a platone
ipſo alloqui deos quos fecit de corpali ⁊ in/
corpali ſubſtātia: atq̄ int̄ cetera dicere illis:
Qm̄ eſtis orti imortales eſſe ⁊ indiſſolubiles
nō poteſtis. Jam ad iſtā vocē illi intremiſce
re poterāt. Quare? Quia imortales eſſe cu/
piebant ⁊ mori nolebant. Ergo vt eis aufer/
ret timorē: ſecut⁹ adiūxit atq̄ ait: Nō tamē
diſſoluemini: neq̄ vos vlla mortis fata peri
ment: nec erūt valentiora q̄ cōſiliū meū: qd̄
maius ē vinculū ad ꝑpetuitatē veſtrā q̄ illa
quib⁹ colligati eſtis. Ecce deus ſecuritatem
dat dijs a ſe factis: Securitatē illis dat im/
mortalitatis: Securitatē illis dat q̄ nō relin
quāt globos corporū ſuorū. Certe corpus ē
omne fugiendū. Quātū exiſtimo riſum eſt
illis: ſicut intelligere poteſtis: ſicut ⁊ nos lo/
qui poſſum⁹: quātū hora ſermonis ꝑmittit:
quātū capacitas veſtra ſinit: reſponſum eſt
eis. Jam vo qd̄ ⁊ ipſi dicāt de reſurrectione
corporū q̄ſi acute: et non eis ſicut arbitrant
etiā nos reſpōdere poſſumus: multū eſt vt
hodie vobis dicā. Sed q̄ ſemel ꝓmiſi vob:
ꝑ iſtos dies iſtā de reſurrectione carnis q̄ſti/
onem eſſe verſandā: ad ea quę reſtant adiu/
uante domino: ⁊ aures ⁊ corda in craſtinum
preparate.

## Feria tertia Paſchę: Sermo I — Sermo C.XLIIII

A

Eſurrectio domini nrī ieſu chriſti et
r hodie recitata eſt: ſed de altero libro
euangelij q̄ eſt ſm Lucā. Primo eīm
lecta eſt ſm Matthęū: heſterna aūt die ſm Matth.28.
Marcū: hodie ſm Lucam. Sic habet ordo Marci.16.
euāgeliſtaꝝ. Sic eīm paſſio ipſi⁹ ex omnibus Luc.24.
euāgeliſtis cōſcripta eſt: ſic dies iſti ſeptē vl
octo durant ſpaciū: vt ſm oēs euāgeliſtas
reſurrectio recitet. Paſſio aūt q̄ vno die le/
git: nō ſolet legi niſi ſm mattheū. Voluerā
aliq̄n vt ꝑ ſingulos annos ſm oēs euāgeli/
ſtas etiā paſſio legeret: factū ē: nō audierūt
homies qd̄ cōſueuerūt ⁊ ꝑturbati ſunt. Qui
autem amat lr̄as ⁊ nō vult ſemp eſſe idiota:
oīa nouit: ⁊ oīa diligēter inquirit. Sed ſicut Ro.12.
cuiq̄ a deo parata eſt menſura fidei: ſic q̄ſq̄
ꝓficit. Nūc attendam⁹ qd̄ hodie cū legeret
audiuim⁹. Nā qd̄ heri cōmendaui charitati
veſtrę expſſimus: hodie audierimus infide/
litatem diſcipulorū: vt intelligam⁹ quātum
eius beneficio nobis ꝓſtitū eſt. Si credam⁹
qd̄ nos audiuim⁹: vocauit eos: iſtruxit eos:
vixit cum eis in terra: fecit ante oculos eorū
tāta mirabilia vſq̄ ad mortuos ſuſcitādos.
Mortuos reſuſcitauit: carnē ſuam nō crede
bat reſuſcitare. Venerūt mulieres ad monu B
mentū: corpus in monumēto nō inuenerūt:
reſurrexiſſe dominū ab angelis audierūt: fę
minę viris nūciauerūt. Et quid ſcriptū eſt:
q̄d audiſtis? Viſa ſūt iſta ante oculos eorū Luc.24.
quaſi delyramēta. Magna infidelitas con/
ditiōis humanę. Qn̄ locuta eſt eua qd̄ dixe/ Gen.3.
rat ſerpēs: audita eſt: cito mulieri creditū ē:
fęminis vera dicētib⁹ vt viueret chriſt⁹ min⁹
creditū ē. Nā h̄ eſt qd̄ egit dn̄s ieſus chriſt⁹:
vt ꝑus illud ſexus fęmine⁹ nūciaret. Quia q̄
ꝑ ſexū fęmineū cecidit hō: ꝑ ſexū fęmineū re/
parat⁹ ē hō: q̄ virgo chriſtū peꝑit: fęmia re/
ſurrexiſſe nūciabat: per fęminā mors: ꝑ fęmi
nā vita. Sed nō crediderūt diſcipuli qd̄ dixe
rant fęminę: delyrare putauerūt: q̄ſi verita/
tē nūciabāt. Ecce alibi: Duo ambulabāt in
via ⁊ loquebant ſecum de his q̄ acciderāt in
hierlm: de iniq̄tate iudęoꝝ: d̄ morte chriſti:
ambulabāt fabulātes: ⁊ quaſi mortuū dolē/
tes: reſurrexiſſe neſcientes. Apparuit ⁊ ipis:
factus eſt terti⁹ viator: miſcuit cū eis amica
colloquia: oculi eorum tenebant ne agno/
ſcerent eum. Oportebat enim vt melius cor
inſtrueret. Cognitio differtur: quęrit ab eis

quid inter ſe loquerenť: et qđ ipſe neſciebat
C illi faterenť. Et ꝙ audiſtis: mirari ceperunt:
q̄ꝛ de re clara ⁊ tam manifeſta velut a neſci-
Luc.24. ente interrogabanť: Tu ſol⁹ inquiũt peregri-
nus es in hieruſalē: et neſcio q̄ ibi geſta ſũt?
At ille dixit: Que? De ieſu nazareno q̄ fuit
ꝓpheta potens factis ⁊ dictis. O diſcipuli:
ꝓpheta erat chriſtus dñs ꝓphetarũ: iudici
nomen ꝑconis imponit: ad alienigenaꝝ ver
ba deuenerant. Quid eſt qđ dixi? Recolite
Matth.16. ꝙ quādo ipſe ieſus ait diſcipulis ſuis: Quē
dicũt homies eſſe filiũ homis? Reſpōderũt
opiniōes alienas: Alij dixerũt ꝙ helias es:
alij q̄ꝛ iohēs baptiſta: alij q̄ꝛ hieremias: aut
vnus ex ꝓphetis. Verba iſta alienoꝝ erāt:
non diſcipuloꝝ. Ecce ad iſta verba diſcipuli
venerũt. Nũc ergo vos quē me eſſe dicitis?
Reſpōdiſtis mihi opiniones alienas: fidem
veſtrā volo audire. Tũc petr⁹ vnus ꝓ omni
bus: Tu es chriſtus fili⁹ dei viui. Non qui-
cũq; vn⁹ ex ꝓphetis: ſ; fili⁹ dei viui: adimple
tor ꝓphetaꝝ: creator angeloꝝ. Tu es chriſt⁹
filius dei viui. Audiuit qđ decuit eum audi-
re ex hac voce ⁊ tali voce: Beatus es ſimon
bariona: q̄ꝛ nō tibi reuelauit caro ⁊ ſanguis:
ſed pater meus qui in celis eſt. Et ego dico
tibi: Tu es petrus ⁊ ſup hanc petrā edifica-
bo eccleſiā meā: ⁊ porte inferi non ꝑualebũt
aduerſus eam. Tibi dabo claues regni celo
rũ: ⁊ quecũq; ſolueris ſup terrā: ſoluta erũt
⁊ in celo: ⁊ quecũq; ligaueris ſup terrā liga-
ta erunt ⁊ in celo. Fides hoc meruit audire:
nō hō. Nam ipe homo quid erat niſi qđ ait
Ps.115. pſalmiſta: Omnis homo mendax? Deniq;
cōtinuo poſt hec verba denũciauit eis paſſi
onē ſuā ⁊ mortē: Expauit petr⁹ et ait: Abſit
a te domine: nō fiet iſtud. Tunc dominus:
Matth.16. Redi poſt me ſathanas. Petrus ſathanas:
vbi ſunt illa verba: Beatus es ſimon bario-
na? Nũquid beat⁹ ſathanas? Beat⁹ de deo:
ſathanas de homie. Deniq; ipſe domin⁹ ex-
poſuit quare illũ dixerit ſathanā. Nō enim
ſapis que dei ſunt: ſed q̄ ſunt homis. Unde
tũc beat⁹? Quia nō tibi reuelauit caro ⁊ ſan-
guis: ſed pater meus qui eſt in celis. Unde
poſtea ſathanas? Non ſapis que dei ſunt: q̄
quādo ſapueras beatus eras: ſed ſapis que
D homis ſunt. Ecce quomō alternabat anima
diſcipuloꝝ quaſi ex ortu ⁊ occaſu: modo ſta-
bat: modo iacebat: modo illuminabaẗ: mo-
do tenebrabaẗ: q̄ de deo illumiabaẗ: de ſuo
Ps.33. tenebrabaẗ. Unde illumiabaẗ? Accedite ad
eũ ⁊ illuminami. Unde tenebrabaẗ? Qui lo Joh.8.
quiẗ mēdaciũ de ſuo loquiẗ. Filiũ dei eũ di-
xerat et timebat ne moreret cũ fili⁹ dei eſſet.
Niſi ille veniſſet vt moreret: nos vnde viue
remus? Unde nos habem⁹ vitā: inde ille ha
buit mortē: Ipſũ euāgeliũ attende: In pn- Joh.1.
cipio erat verbũ: ⁊ verbũ erat apud deum: ⁊
deus erat verbũ. Quere ibi mortem? Ubi?
Unde? Quomō? Erat verbũ: verbũ apud
deũ: deus verbũ. Si inuenis ibi carnē ⁊ ſan
guinē: inuenis mortē: Ergo ille verbũ. Unn
illi mors? A nobis hominibus in terra poſi-
tis: mortalibus: corruptibilib⁹: peccatorib⁹.
Unde vita? Nō erat ille vnde haberet mor-
tem: non eramus nos vnde haberem⁹ vitā:
Accepit ille mortē de noſtro: vt daret nobis
vitā de ſuo. Quomō ille mortem de noſtro?
Verbũ caro factũ eſt ⁊ habitauit in nobis.
Accepit hinc a nobis qđ offerret pro nobiſ.
Vita autē vnde nobis? Et vita erat lux ho-
minũ. Ipſe nobis vita: nos illi mors. Sed
qualis mors? Dignatiōe non cōditione: q̄a
dignat⁹ ē: q̄ꝛ voluit: q̄ꝛ miſert⁹ eſt: Poteſta- Joh.10.
tem habeo ponēdi animā meā: ⁊ iterũ ſumē
di eam. Hec petr⁹ neſciebat: q̄n audita mor-
te dñi expauit. Sed ecce iā dixerat domin⁹
mortuꝝ ſe ⁊ reſurrectuꝝ tertia die: Factũ hi
eſt qđ ꝑdicabat: ⁊ nō credebāt qđ audierāt.
Ecce iam triduũ eſt ex quo iſta facta ſunt: et E Luc.24.
nos putabam⁹ ꝙ ipſe erat redemptur⁹ iſrl.
Sperabatis: iā deſperatis: de ſpe cecidiſti:
leuat vos qui vobiſcũ ambulat. Diſcipuli
erant: ipſum audierant magiſtrũ: nouerant
ipſuꝫ: ab illo inſtructi erant ⁊ non potuerũt
imitari ⁊ habere fidem latronis pendentis
in cruce. Sed forte aliqui veſtrũ neſciũt q̄d
dixi de latrone: nō audiendo paſſionem ꝑm
omnes euangeliſtas. Iſte enim euangeliſta Luc.23.
lucas narrauit qđ dico: quia duo latrones
crucifixi ſunt cũ chriſto: dixit ⁊ hoc matthe⁹:
Sed vnus eorum latronũ qui inſultauit do-
mino: ⁊ alter eoruꝫ qui credidit chriſtũ: mat-
theus nō dixit: lucas dixit. Recolamus fidē Matth.27.
latronis quā nō inuenit chriſtus poſt reſur-
rectionē in diſcipulis ſuis. Pendebat in cru
ce chriſtus: pendebat ⁊ latro. In medio ille:
illi a lateribus. Inſultat vnus: credit alter:
iudicat medi⁹ ille. Ille enim qui inſultabat
ꝫ dixit: Si fili⁹ dei es libera te. Et alius ad
illum: Tu non times deum. Si nos propter
facta noſtra merito patimur: iſte quid fecit?
Et cōuerſus ad eum: Memento inquit mei Luc.23.

domine dum veneris in regnū tuum. Magna fides: huic fidei q̄d addi poſſit ignoro. Titubauerūt qui viderunt chriſtū mortuos ſuſcitantem: credidit ille quem videbat ſecū in ligno pendentē. Quādo illi titubauerūt: tunc ille credidit. Qualē fructum chriſt⁹ de arido ligno ꝑcepit? Quid em̄ dominus dixerat: Amen dico tibi hodie mecū eris in paradiſo. Tu differs te: ego agnoſco te. Quādo hoc ſperaret latro: adductus de latronicinio ad iudicem: a iudice ad crucē: de cruce ad paradiſum. Deinde ipſe attendens merita ſua non dixit: Memento mei vt liberes me hodie: ſed cum veneris in regnū tuum: tūc memor mei eſto: ſi mihi tormenta debent̄: vel q̄uſq̄ veneris in regnū tuū. Et ille: non ſic inuaſiſti regnum celorū: vim feciſti: credidiſti: rapuiſti: hodie mecū eris in paradiſo. Nō te differo. Tante fidei hodie reddo q̄d debeo. Latro dicit: Memento mei dn̄e cum veneris in regnū tuū: Non ſolū credebat reſurrectionē: ſed etiā regnaturū: Pendenti crucifixo cruenti ligno horrenti: cuȝ veneris inq̇t in regnū tuum: et illi: nos ſperabam⁹. Ubi
F latro inuenit: diſcipulus ꝑdidit. Deinde iaȝ chariſſimi magnū ſacramentū q̄d cognouimus: audite. Ambulabat cum illis: ſuſcipit̄
Luce.24. hoſpitio: panem frangit ⁊ cognoſcit̄. Et nos nō dicamus: q̄ꝛ chriſtū non cognouim⁹: Nouimus ſi credimus. Uerū eſt: Nouim⁹ ſi credimus: habemus ſi credimus. Habebāt illi chriſtū cōuiuio: nos intus in animo. Plus ē chriſtū habere in corde q̄ in domo. Cor em̄ noſtrū interius nobis eſt q̄ ſit dom⁹ noſtra. Jam vo vbi debet eum fidelis agnoſcere? Agnoſcit qui fidelis eſt: qui autē cathecuminus eſt ignorat. Sed ianuam cōtra eum nemo claudat: vt nouerit. Heſterna die admonui charitatē veſtrā: quia reſurrectio chriſti eſt in nobis ſi bene viuamus. Si vita noſtra
G mala moriat̄: ⁊ quotidie noua ꝓficiat. Abūdant hic penitentes. Quando illis imponit̄ manus: fit ordo longiſſimus. Orate penitētes: ⁊ eunt orare penitentes. Quomō penitet q̄d fit: ſi penitet non fiat. Si autē fit: non nomē erat: crimē manet. Aliqui ipſi ſibi penitentie locū petierunt: aliqui excōmunicati a nobis in penitentie locū redacti ſunt: nolunt inde ſurgere: quaſi electus ſit locus penitentiū. Qui debet eſſe locus humilitatis: ſit locus humilitatis. Uobis dico qui vocamini penitentes et non eſtis: Uobis dico. Quid vobis dicam? Laudo vos: in hoc nō laudo: ſed gemo ⁊ plango. Et quid faciam fratres: imutate vitam in melius. Mutate: quia finis incertus eſt. Omnis homo cum caſu ſuo ambulat. Quid differtis bene viue H
re: cum putatis quia longa erit vita? Lōgā vitam putatis: ⁊ mortem ſubitaneam nō timetis. Sed ecce longa ſit: Et quero vnū penitentem: ⁊ nō inuenio. Quādo melius bona longa q̄ mala vita erit? Lōgam cenā malam ferre nemo: longā vitam malaȝ omnes habere volunt. Utiq̄ ſi grāde quod viuim⁹ bonū ſit ipſum grande. Quid enim vis mali dic mihi in oībus actibus tuis: cogitationibus: cupiditatibus? In terrā nō vis ſegetem malā: non vis vtiq̄ malam ſed bonam arborem: equum: ſeruū: bonum amicū: bonum filium: vxorem bonā. Et quid hec magna cōmemorem: quando non vis veſtē malam habere: ſed bonam: caligam poſtremo ipſam non vis niſi bonam? Aut da mihi aliquid te velle q̄d malū eſt: nec te velle aliq̄d bonum: Puto villam malā non vis: ſed bonam: ſolā animā malaȝ vis? Quid te offendiſti? Quid de te tuipſe male meruiſti? Inter bona tua non vis eſſe malum niſi te ſolum. Puto: quia dico q̄d ſoleo: et facitis q̄d ſoletis. Ego coram deo excutio veſtimēta mea. Timeo ne mihi imputet̄ quia nō dico: officium meū impleo: fructum veſtrū quero: de bonis operibus veſtris gaudiū habere volo: non pecuniā. Non em̄ qui bene viuit diuitem me facit: et tamē diuitie mee nō niſi ſpes veſtra ē: in chriſto gaudiū meū: ſolatiū meū: ⁊ reſpiramentū periculorū in his temptationibus nullū eſt niſi bona vita veſtra. Obſecro vos fratres ſi obliti eſtis veſtri: miſeremini tamē mei.

De Ubis dn̄i Ser.16.g.

## Eodem die: de Reſurrectiōe domini: Sermo II

Sermo C.XLV.

A De reſurrectione dn̄i q̄d ſequebat̄ in euangelio ſm̄ Lucam: hodie terminatum eſt: vbi audiuim⁹ apparuiſſe dominū in medio diſcipulorū ſuorū diſcrepantiū et non credentiū. Tam vo inopinatum fuit ⁊ incredibile: vt nec videntes viderent. Uidebant enim viuū quē planxerant mortuū: videbant in medio ſui ſtantem quē doluerant in cruce pendentē. Uidebāt ergo ⁊ quia ſuis oculis non credebant: vt verum

Luc.24. videret: falſū putabant. Eſtimabāt ſicut au
diſtis ſe ſpm̄ vidē. Qđ poſtea crediderūt de
chriſto peſſimi heretici: ꝑus hoc crediderūt
titubātes apl̄i. Sūt eñ hodie qui nō credūt
carnem habuiſſe chriſtū: qꝛ ⁊ partū virginis
deſtruūt ⁊ nolūt eū natū ex femina credere.
Joh.1. Verbū caro factū eſt: Prorſus a ſua fide vel
potius a ſua infidelitate: totā iſtā diſpenſa/
tionē ſalutis noſtre: ꝙ factus eſt hō ꝓ inue/
niendo homie qui deus fecerat hominē: to/
tum hoc qđ chriſtus in remiſſionē peccatoꝝ
noſtroꝝ verū nō falſum ſanguinē fudit: et
Col.2. de vero ſuo ſanguie chirographū peccatoꝝ
noſtroꝝ deleuit: hoc totū heretici damnabi
les euacuare conant̄: totū hoc manichei nō
credūt. Ecce loquit̄ ⁊ euangeliū: Stabat do
minus inter diſcipulos ſuos: nondū creden
tes ꝙ reſurrexerat. Videbāt eum ⁊ putabāt
ſe ſpiritum videre. Si nihil mali eſt credere
chriſtū fuiſſe nō carnem: ſi nihil mali eſt: di/
mittant̄ in iſta opinione diſcipuli. Attēdite
vt intelligatis qđ volo dicere: Deus autem
donet vt dicam: vt ſic dicā: quō vos audire
B expedit. Ecce hoc ipm̄ repeto. Aliq̄ ipſi de/
teſtabiles carnē deteſtātes: ⁊ ſm̄ carnē viuē/
tes: aliq̄ h̄ dicunt ⁊ ſic decipiūt: Qui meliꝰ
credūt đ chriſto: illi q̄ dicūt qꝛ carnē habuit:
an nos qui dicimus: deus erat ſpūs: et ocu/
lis hominū nō corpus ſed deus apparebat?
Quid eſt melius: caro an ſpiritus? Quid re/
ſponſuri ſumus: niſi ſpiritū carne eſſe meli/
orem? Si ergo dicis: Confiteris q̄a ſpiritus
melior eſt ꝙ̄ caro. Meliꝰ ergo de ſpiritu ſen/
tio: qui eū ſpm̄ fuiſſe dico: nō carnē. O infe/
lix error. Quare ergo ſpm̄ ⁊ carnē dico fuiſſe
chriſtū? Tu dicis ſpiritū: ego ſpm̄ ⁊ carnem.
Nō tu melius dicis: ſed minꝰ dicis. Audi ꝙ̄
totū qđ dico ego: id eſt catholica fides: ⁊ qđ
dicit fundatiſſima fides et ſereniſſima veri/
tas. Tu qui dicis ſpiritū tm̄ fuiſſe chriſtum:
qđ eſt ⁊ ſpūs noſter: id eſt aīa noſtra: hoc di/
cis tm̄ fuiſſe chriſtū. Audi quid dicas: Dico
qđ dicas. Erat ipſe ſpiritus ex ea natura et
ſubſtantia vnde ⁊ nr̄ eſt ſpūs. Quāto minꝰ
dicas: attende. Erat ibi verbū: Tu dicis hu
manus ſpiritus ſolus. Ego dico: verbū ſpi/
ritus corpus deus et hō. Si duo nolo dicere
iſto vtor cōpēdio: Deus ⁊ hō: ⁊ verus deꝰ ⁊
verus homo. Sed de ipſo homie ſi queris a
me. Duo iterū dico: Anima hūana: caro hu/
mana. Tu homo es propter animā ⁊ carnē:
ille chriſtus ꝓpter deum ⁊ hominē. Ecce qđ
dico. Sed tu melius te dicere putas: quia
dicis: ſpūs erat: ſpūs apparebat: ſpūs vide/
bat̄: ſpūs i homie ꝯuerſabat̄. Hoc dicis: hoc
dixi: hoc putabāt et diſcipuli. Si nihil malū
dicis: ſi bonum eſt quod dicis: bonum erat
qđ diſcipuli putabāt: Si dominꝰ eos dimit/
tit vt ſic putent: dimittendus es et tu. Hoc
eñ credebāt qđ ⁊ tu: ſi bonū ē qđ tu credis:
bonū erat qđ illi credebant. Sed nō erat bo
nū: Ait illis dominꝰ: Quid turbati eſtis: et Luc.24.
cogitationes aſcendūt in cor veſtrū? Cogita
tiōes iſte terrene ſunt. Si eñ celeſtes eſſent
deſcenderent in cor: non aſcenderēt. Quare
enim dicit̄ nobis: Surſum cor veſtrū: niſi vt
terrene cogitatiōes nō ante ſe inueniant cor
noſtrū qđ ſurſum poſueramꝰ? Ergo q̄d tur/
bati eſtis: ⁊ cogitatiōes aſcēdūt in cor vr̄m?
Videte manus meas ⁊ pedes meos: palpa/ C
te ⁊ videte. Parū ē vobis attendere: Manꝰ
mittite: ſi parū eſt attēdite. Nec ſufficiat at/
tendere: palpate: Nec tāgere ſolū dixit: ſed
palpate ⁊ cōtrectate. Probent ſibi manꝰ vr̄e
ſi mētiunt̄ oculi veſtri: palpate ⁊ videte: ocu
los ⁊ manus habete. Quid palpate: ⁊ quid
videte: quia ſpiritus carnē ⁊ oſſa non habet
ſicut me videtis habere. Errabas cū diſcipu
lis: Corrigere cum diſcipulis. Humanū eſt:
cōcedo. Putatis ſpiritū chriſtū: hoc ⁊ petrꝰ:
hoc ⁊ ceteri qui ſpiritū putauerūt ſe videre:
ſed in iſto errore non remanſerunt: vt ſcias
prorſus hoc fuiſſe in cordibus coꝝ: medicus
nō dimiſit: acceſſit: medicamētū adhibuit:
vulnera i cordibꝰ videbat: et vnde vulnera
cordiū curaret in corpore cicatrices ferebat.
Si ergo credamus: ſcio quia creditis ſic: ſed
ne forte in agro iſto domini ſit herba mala:
etiaꝫ eos alloquor quos non video. Nemo
credat de chriſto: niſi qđ de ſe credi voluit
chriſtꝰ: Anteꝙ̄ nobis expedit vt credamus
qđ credi de ſe voluit: qui nos redemit: q̄ ſa/
lutem noſtrā queſiuit: qui pro nobis ſangui
nem ſuū fudit: qui pro nobis qđ nobis non
debebat̄: attulit: hoc credamus qđ chriſtus
eſt filius dei: verbū dei. Quid eſt verbū dei? D
Qđ dicere nō poteſt verbū hominis: hoc ē
verbū dei. Queris a me: quid ſit verbū dei? De verbis dñi Ser.38.c.
Si tibi vellem dicere quid ſit verbū homis:
non explico: fatigor: heſito: ſuccūbo: nō poſ/
ſum explicare vim verbi hūani. Ecce anteꝙ̄
dicam vobis: quod volo dicere iam verbū
eſt in corde meo: nondum a me dictum eſt: ⁊
apud me eſt: Dicit̄ a me ⁊ ꝑuenit ad te et nō

recedit a me: Intēditis vt audiatis verbū a
me: mentes veſtras paſco cū loquor. Diui-
deritis inter vos cibū ſi afferrē ventrib⁹: nec
tot⁹ pueniret ad ſinglos. Sed quāto plures
eſtis: tanto in plura fruſta qd ponerē diui-
deretis: ⁊ tanto min⁹ quiſq₃ acciperet: quāto
maior eſſet multitudo accipientiū. Modo
autē cibum attuli mentibus: Dico accipite:
ſumite ⁊ comedite. Accepiſtis: comediſtis: ⁊
non diuiſiſtis. Quicqd loquor: et omnibus
totū eſt: ⁊ ſingulis totū eſt. Ecce quomō nō
poteſt ſatis explicari quātam vim habet ho
minis verbū: et dicitis mihi: quid eſt verbū
dei? Verbum dei paſcit angeloꝝ tot milia.
Mente eñ paſcunt: mente replent. Implet
angelos: implet mundū: implet ꝟginis vte-
rum: nec ibi ſpaciat: nec hic anguſtat. Quid
eſt verbum dei? Ipſe breuiter de ſe dicit: ſed
Joh.10. magnū eſt qd dicit: Ego ⁊ pater vnū ſum⁹.
Nolo murmures ꝟba appēde. Quid ḡ? Plu-
ra verba de vno verbo nō ſufficiūt explicā-
do verbū. Ergo qd nō poteſt explicari ver-
Joh.1. bum: caro factum eſt et habitauit in nobis.
E Suſcepit totū quaſi plenū hominē: animā
et corpus hominis. Et ſi aliquid ſcrupulo-
ſius vis: animā ⁊ carnē habet ⁊ pecus. Cum
dico animā humanā ⁊ carnem humanā: to-
tam animā humanā accepit. Fuerunt enim
qui hinc hereſim facerent ⁊ dicerent: q2 ani-
ma chriſti nō habuit mentē: nō habuit intel
lectū: non habuit rationē: ſed verbū dei illi
fuit p mente ⁊ p intellectu ⁊ p ratione. No-
lo ſic credas. Totū redemit qui totū creauit:
totum ſuſcepit: totū liberauit verbum. Ubi
mens homis ⁊ intellectus: ibi anima viuifi-
cans carnē. Caro vera ⁊ integra erat ibi: pec
catum ſolum nō erat ibi.

## Eodem die: de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Marcū: Poſt hec autem duobus ex his ambulā-bus apparuit in alia effigie ⁊c. Sermo III

Marci.16. Sermo C.XLVI.

A H Odierno die iam ecce tertio audiui-
mus ex euangelio dñi noſtri reſurre-
ctionē: quēadmodum me vobis lo-
cutū eſſe meminiſtis: quoniā hoc moris eſt:
vt ſm omnes euāgeliſtas reſurrectio domi-
ni recitet. Marci euangeliū eſt: qd modo cū
legeret audiuimus. Marcus autem meruit
iſtam diſpenſationē: cuꝫ in numero illorum
duodecim non fuiſſet: quēadmodum ⁊ Lu-
cas. Nam cū ſint quattuor euangeliſte: mat
theus: iohannes: marcus et lucas: duo ſunt
ex illis duodecim apoſtolis: id eſt mattheus
⁊ iohannes. Sed illorū ꝓceſſio in ſecūda nō
fuit: vt conſequētes comites non haberent.
Marcus ⁊ lucas apoſtolorū non pares: ſed
ſuꝑpares fuerunt. Ideo iam voluit ſpūſſan-
ctus etiā ex his qui inter duodecim non fue-
rūt eligere ad euangeliū cōſcribendū duos:
ne putaretur gratia euangelizandi vſq₃ ad
apoſtolos perueniſſe: et in illis fontem gra-
tie defeciſſe. Cum enim dicat dominus de
ſpiritu ſuo: ⁊ de verbo ſuo: qd ſi quis pcepe- Joh.4.
rit digneq₃ habuerit: fiet in eo fons aque ſa-
lientis in vitam eternā: fons vtiq₃ manādo
ſe indicat: nō remanando. Per apoſtolos p-
uenit gratia ad alios: et miſſi ſunt euangeli-
zare: quoniā qui vocauit primos: ipſe voca-
uit ſecūdos: ipſe vocauit etiā vſq₃ ad nouiſ-
ſimū tempus corpus vnigeniti ſui: id eſt ec-
cleſiā toto orbe diffuſam. Quid ergo audiui- B
mus marcū dicentem? Et apparuerit domi-
nus in via duobus: ſicut dixit ⁊ lucas: cuius
euangeliū heri audiuimus. Apparuit inquit Marci.16.
duobus in via in alia effigie. Lucas autem
hoc ipſum aliis verbis dixit: ſed ab eadē ſen
tentiā nō deuiauit. Lucas enim quid dixit?
Tenebant oculi eorum: ne eum agnoſcerēt. Luc.24.
Marcus quid dixit? Apparuit eis in alia effi
gie. Qd ille dixit: Tenebant oculi eorum ne
eū agnoſcerēt: hoc iſte dixit: In alia effigie.
Alia enim effigies viſa eſt: retētis oculis nō
apparētis. Quid ergo fratres: quoniā lucas
dixit: qd credo vos de lectione heſterna re-
centiſſime meminiſſe: qd cum benedictū frā
geret panem: aperti ſunt oculi eorum? Ergo
clauſis oculis in via cum illo comitabant: ⁊
poterant ſcire vbi greſſus ponerent: ſi clau-
ſos oculos haberēt? Aperti ſunt ergo ad co-
gnitionem: non ad viſionem. Domin⁹ itaq₃
noſter ieſus chriſtus: ante panis fractionem
ignotus loquit cum hominibus: in panis
fractione cognoſcit: quia ibi percipit vbi vi
ta eterna percipit. Hoſpitio ſuſcipit: qui do- C
mum parat in celo. Ait enim ſm euangeli-
ſtam iohannē: Multe manſiones ſunt apud Joh.14.
patrem meū: alioquin dicerem vobis: ibo
parare vobis locuꝫ. Sed ſi iero ⁊ parauero:
iterum veniens aſſumā vos. Hoſpes in ter-
ra eſſe voluit dominus celi: peregrinus in
mundo: per quem factus eſt mundus. Ho-
ſpes eſſe dignatus eſt: vt tu haberes ſuſcipi-

3.Reg.17. De Xbis dñi Ser.26.a.

endo benedictionē: non quia ille indigebat:
cum hoſpes intrabat. Heliam ſanctū famis
tempore per coruum dominus paſcebat: et
quem pſequebant̄ homines: ei ſeruiebant
aues. Afferebat ſeruo dei coruus mane pa/
nes: ad veſperam carnes. Non indigebat ḡ
ille quem deus miniſterio auibus paſcebat:
⁊ tamē ꝗuis helias non indigeret: mittit̄ ad
viduam ſareptanā: et dicit̄ ei: Uade: illa vi/
dua paſcet te. Defecerat ei deus: vt ad vidu
am mitteret̄? Sed ſi deus ſeruo ſuo ſine hu/
mano miniſterio ſemp ꝑberet panē: vidua
vnde haberet mercedē? Mittitur ergo non
indigens ad indigentē: non eſuriens ad eſu
rientem: et dicit ad eam: Uade ⁊ affer mihi
puſillum vt manducem. Illa modicū habe/
bat qđ conſumptura erat: ⁊ moriendo defe/
ctura. Reſpondit: quātum haberet: ꝓphetę
intimauit: ⁊ ait illi ꝓpheta: Uade ꝑus affer
mihi. Illa non dubitauit ſed obtulit. Obtu
lit refectionem: ſed meruit benedictionem.
Benedixit ſanctus helias hydriam farinę:
capſacem olei. Illud in domo repoſitū erat
cōſumendum: ⁊ illud oleum in palo pende/
bat finiendum. Acceſſit benedictio: et vaſa
illa theſauri facti ſunt. Laguncula olei facta
eſt fons olei: farina parua vberrimas ſege/
tes ſuperauit. Si helias non indigebat: chri
D ſtus indigebat? Ideo fratres mei admonet
nos ſcriptura ſancta: quia plerūqꝫ ſeruos ſu
os quos poteſt paſcere deus: ideo facit indi
gentes: vt inueniat operantes. Nemo ſup/
biat: quia dat pauperi: chriſtuſ pauper fuit.
Nemo ſuperbiat: quia hoſpitē ſuſcipit: chri
ſtus hoſpes fuit. Melior eſt ſuſceptus ꝙ ſu/
ſcipiens: ditior accipiens ꝙ tradens. Qui
accipiebat cuncta poſſidebat: qui dabat ab
illo cui dabat acceperat quod dabat. Nemo
ergo ſuperbiat fratres mei quādo dat pau/
peri: nō dicat in animo ſuo: Ego do: ille ac/
cepit. Ego ſuſcipio: ille indiget tecto. Forte
quem ſuſcipis iuſtus eſt: ille indiget pane:
tu veritate. Ille tecto: tu cęlo. Ille indiget
pecunia: tu iuſticia. Fenerator eſto: eroga
quod recipias: noli timere: ne te feneratorē
iudicet deus. Prorſus eſto fenerator: ſed
deus tibi dicit: Quid vis? Fenerari vis.
Quid eſt fenerari? Minus dare ⁊ plus acci/
pere. Ecce mihi da: ego accipio minus: ⁊ do
plus. Quē queris cui des: vnde creſcat pe/
cunia tua? Hominē queris: quando accipit
gaudet: quando reddit plorat. Ut accipiat

precat̄: ne reddat calumniat̄. Da quidem et
homini: ⁊ noli te auertere ab eo qui mutuū
petit. Sed tu dediſti: nō plorat cui dediſti: ⁊
ſi hoc ipſū quod daturus eſt: vel quod acci/
pit exigit̄: forte ad manū nōdum habet: per
tuliſti petentem: expecta habentē: cum ha/
buerit reddet tibi. Sed auarus es: dicit tibi E
deus: Me cōueni: ego filium diuitem: pau/
perem ꝓpter te feci. Propter nos em̄ paup 2.Cor.8.
factus eſt cū diues eſſet. Aurum queris: ille
fecit. Familiā ꝗris: ille fecit. Pecora queris:
ille fecit. Poſſeſſiōes ꝗris: ille fecit. Argen/
tū queris: ille fecit. Quid queris tantū quę
fecit? Ipſum accipe qui fecit: cogita quead/
modum te dilexit. Omnia per ipſum facta Joh.1.
ſunt: ⁊ ſine ipſo factum eſt nihil. Omnia per
ipſum: ⁊ ipſe inter omnia. Qui fecit hominē
factus eſt homo: factus eſt quod fecit: ne pe
riret quod fecit. Qui fecit omnia: factus eſt
inter omnia. Attende diuitias: Quid diti⁹
eo p quem facta ſunt omnia? Et tamē ille cū
diues eſſet: mortalem carnem accepit i vte/
ro virginis. Infans natus eſt: pannis infan Luc.2.
tilibus inuolutus eſt: in ꝑſepio poſitus eſt:
patienter expectauit ętates: patienter tem/
pora ptulit: p quem facta ſūt tempora. Su/
xit: vagiuit: infans apparuit. Sed iacebat et
regnabat: a matre nutriebatur: ⁊ ab angelis
nūciabat̄: ⁊ ſtella fulgente declarabat̄. Ta/
les diuitię: talis paupertas: diuitię vt crea/
reris: paupertas vt reſtitueteris. Quod ille F
ergo pauper ſuſceptus ē hoſpitio quaſi pau
per: dignatio fuit ſuſcipientis: non miſeria
egentis. Forte dicis tibi: O beati qui meru/
erunt chriſtū ſuſcipere. Si ego tunc fuiſſem:
O ſi vnus fuiſſem de duob⁹ illis quos inue Luc.24.
nit in via. Tu eſto in via: non deerit hoſpes
chriſtus. Putas enim iam non tibi licere ſu/
ſcipere chriſtū? Unde inquis licet? Jam re/
ſurgens manifeſtat⁹ eſt diſcipulis ſuis: aſcē/
dit in cęlum: ibi eſt ad dexteram patris: non
eſt venturus niſi in vltimo ſeculo ad iudicā
dum viuos ⁊ mortuos. Uenturus eſt autē
in claritate: nō in infirmitate: datur⁹ regnū:
nō ꝗſiturus hoſpitiū. Qñ dabit regnū: exci
cidit tibi qđ dictur⁹ ē: Cum vni ex minimis Matth.25.
meis feciſtis: mihi feciſti? Ille diues: egēs ē
vſqꝫ i finē ſeculi. Eget ꝓſus: nō i capite ſꝫ in
mēbris ſuis: vbi dolebat qñ dixit: Saule ſau Act.9.
le qđ me pſequeris? Obſequamur ḡ chriſto.
Nobiſcū eſt i ſuis: nobiſcū eſt i nob: nec fru/
ſtra dixit: Ecce ego vobiſcū ſū vſqꝫ ad ꝯſum/ Matth.28.

mationẽ ſeculi. Hec faciẽdo agnoſcimꝰ chri-
ſtum in bonis operibus: nõ corpore ſed cor-
Ioh.20. de: non oculis carnis ſed oculis fidei. Quia
vidiſti: credidiſti: ait cuidã diſcipulo ſuo in-
credulo: q̃ dixerat: Non credo niſi tetigero:
Ueni tange: ⁊ noli eſſe incredulꝰ. Tetigit ⁊
clamauit: Dominꝰ meus ⁊ deus meꝰ. Quia
vidiſti credidiſti: ipſa eſt tota fides tua: quia
credis qḋ vides: laudo eos qui non vident
⁊ credunt: quia cum viderint gaudebũt.

Sermo CXLVII

## Eodem die: de Reſurretione cor-porũ cõtra gentiles: Sermo IIII.

A Iebus his ſanctis reſurrectionẽ dñi
dedicatꝭ: quãtum donãte ipſo poſ-
ſumus de carnis reſurrectiõe tracte-
mus. Hec eñ fides eſt nr̃a: hoc donum i dñi
noſtri ieſu chriſti nobis carne ꝓmiſſum eſt:
⁊ in ipſo ꝑceſſit exemplũ. Uoluit eñ nobis
qḋ ꝓmiſit in fine nõ ſolum pronũciare: ſed
etiã demonſtrare. Illi quidem qui tunc fue-
runt cum illũ viderẽt: ⁊ cum expaueſcerent:
⁊ ſpiritũ ſe videre crederẽt: ſoliditatẽ corpis
tenuerũt. Locutus eſt eñ nõ ſolũ verbis ad
aures eorum: ſed etiã ſpecie ad oculos coꝝ:
parũq; erat ſe ꝑbere cernendũ: niſi etiã offer-
ret ptractandum atq; palpandũ. Ait enim:
Luc.24. Quid turbati eſtis: et cogitatiões aſcendũt
in cor veſtrũ? Putauerũt enim ſe ſpiritũ vi-
dere. Quid turbati eſtis inquit ⁊ cogitatio-
nes aſcendunt in cor veſtꝝ? Uidete manus
meas ⁊ pedes meos: Palpate ⁊ videte: quia
ſpiritus oſſa et carnem non habet ſicut me
B videtis habere. Contra iſtam euidentiam
diſputabant homines. Quid eñ aliud face-
rent homines qui ea que ſunt hominũ ſa-
piunt: q̃ ſic diſputare de deo contra deum?
Ille eñ deus eſt: iſti homies ſunt. Sed deꝰ
Ps.93. nouit cogitationes hominũ qm̃ vane ſunt.
In homie carnali tota regula intelligẽdi ẽ:
ꝯſuetudo cernẽdi. Quod ſolent videre cre-
dunt: qḋ nõ ſolent non credunt. Preter cõ-
ſuetudinẽ facit deus miracula: q2 deus eſt:
Maiora quidẽ miracula ſũt tot quotidie ho-
mines naſci qui non erant: q̃ paucos reſur-
rexiſſe qui erãt: ⁊ tamẽ iſta miracula nõ con-
ſideratione cõphenſa ſunt: ſed aſſiduitate
viluerunt. Reſurrexit chriſtus: abſoluta eſt
Math.27. res. Corpus erat: caro erat: pependit in cru-
ce: emiſit animã: poſita eſt caro i ſepulchro.
Exhibuit illã viuã: qui viuebat i illa: Qua-
re miramur? Quare nõ credimꝰ? Deus eſt q̃
fecit. Cõſidera auctorẽ: ⁊ tolle dubitationẽ.
Querunt ergo homies: vtrũ corruptio iſta
corporis quã ſentiũt in carne ſua: futura ſit
in reſurrectione mortuoꝝ? Dicimus non fu-
turam. Reſpõdent nobis: Si corruptio non
erit: quare mãducabitꝰ? Aut ſi non mãduca-
bitꝰ: quare poſt reſurrectionẽ dominꝰ mãdu-
cauit? Modo euangeliũ cum legeretꝰ audiui-
mus: q2 cum exhiberet ſe viuũ oculis mani-
buſq; diſcipuloꝝ ſuoꝝ: parũ illi viſum eſt
ad demõſtrãdã euidẽtiã corpalẽ: ꝧ addidit:
Habetis hic aliquid qḋ mãduceꝰ? Et obtu- Luc.24.
lerũt ei ptẽ piſcis aſſi ⁊ fauũ mellis: mãduca-
uit ⁊ reliq̃s dedit eis. Dicitꝰ eñ nob: Si cor-
ruptio corpis nõ reſurget: quare mãducauit
dñs chriſtus? Legiſtis q2 manducauit: nun-
q̃d legiſtꝭ: q2 eſuriuit? Q2 mãducauit ieſus:
poteſtatis fuit: non egeſtatis. Si deſidera-
ret mãducare: egeret. Rurſus ſi manducare
nõ poſſet: minus valeret. Nũquid ⁊ angeli Gen.18.
qñ ſuſcepti ſũt hoſpitio a patribꝰ nr̃is nõ mã- Tobie.12.
ducauerũt: ⁊ tñ corruptibiles nõ fuerũt? Rur-
ſus dicunt: Reſurgẽt vitia q̃ erãt in corpore
hũano cũ quibꝰ moritꝰ homo? Reſpondemꝰ:
Nõ reſurgent vitia. Et dicitꝰ nobis: Quare
ergo dñs cum ſuoꝝ vulnerũ cicatricibus re-
ſurrexit? Quid adhuc dicimus: niſi q2 ⁊ hoc
poteſtatis fuit nõ neceſſitatis. Sic reſurgere
voluit: ſic voluit quibuſdam dubitantibus
exhibere in illa carne cicatrices vulneris: vt
ſanaret vulnꝰ incredulitatis. Adhuc diſpu- C
tãt ⁊ querũt a nobis: Paruuli qui moriuntꝰ:
paruuli reſurrecturi ſunt an etas erit plena
reuiuiſcentiũ quorũ erat parua morientiũ?
Hoc quidẽ in ſcripturis definitũ nõ inueni-
mus. Incorruptibilia corpa ⁊ imortalia re-
ſurrectura ꝓmiſſa ſũt. Sꝫ ſi parua etas red-
ditꝰ: ſi ſtatura puſilla reuocatꝰ: nũquid ⁊ pro-
pterea infirmitas reuocatꝰ? Si parui erũt: nũ-
quid iacebũt ⁊ ambulare nõ poterunt? Cre-
dibilius tñ accipitꝰ ⁊ ꝓbabilius ⁊ rõnabilius
plenas etates reſurrecturas: vt reddatꝰ mu-
nere qḋ acceſſurũ erat tpe. Nec eñ redditu-
ri ſumꝰ ſenectã reſurrecturã anhelã ⁊ curuã.
Poſtremo correptiões tolle: ⁊ qḋ vis adde.
Sed inq̃s: Quõ erit terrenũ corpus in celo? D
Philoſophi eniꝫ gentium illi valde magni:
quorum vobis iam vel inſanas certe vel hu-
manas ſententias intimaui: queſierũt q̃pe
iſta non ſpiritu dei ſed cõiectura cordis hu-
mani. Hinc maxime faciunt queſtionẽ: tra-
ctant ſubtiliter de momẽtis ponderꝝ ⁊ ordi-

ne elementorū: ⁊ dicunt q etiā videmus mū
dum ſic eſſe diſpoſitū: vt ima ſit terra tanq̄
in fundo eius: ſecūda aqua ſuperfundat̄ ter
re: tertius aer veniat: quartus ęther cuncta
cooperiat. Illud elementū ſupernum quod
ęther appellant: ignem dicunt eſſe liquidum
⁊ purum: inde ſydera eſſe formata: ibi nihil
poſſe terrenū: quoniā ordo ponderū non ad
mittit. Si dicamus eis noſtra corpa in terra
eſſe noua victura ⁊ in cęlo non futura: auda
citer ⁊ temere imo infideliter dicimus. Cre
dere enim debemus talia corpora nos habi
turos: vt vbi velimus quando voluerimus
ibi ſimus. Nam ſi reſpondem⁹ abſoluendā
de ordine ponderum queſtionē: in terra nos
E eſſe victuros: de ipo corpe domini nobis eſt
queſtio cum quo aſcēdit in cęlum. Audiſtis
qd de euangelio modo recens ſonuit in auri
Marci.16. bus noſtris: quia eleuatis manibus ſuis be
nedixit eis: ⁊ factū eſt vt benediceret eis: re
ceſſit ab eis: et ferebat̄ in cęlum chriſtus do
minus. Qui ferebat̄ i cęlum? Dn̄s chriſtus.
Qui dominus chriſtus? Quid enim ſepatu
rus es hominē a deo: ⁊ facturus es aliā per
ſonā dei: aliā hominis: vt iam non ſit trini
tas ſed quaternitas? Quomō tu homo ani
ma es ⁊ corpus? Et ſicut anima ⁊ corpus vn⁹
eſt homo: ita deus ⁊ homo vnus eſt chriſt⁹.
Sed verbū non receſſit a patre: ⁊ ad nos ve
nit: ⁊ patrem non deſeruit: et in vtero carnē
accepit ⁊ mūdum rexit. Quid ergo leuatum
eſt in cęlū: niſi qd ſumptum eſt de terra? Id
eſt caro illa: corpus illud: de quo loquēs ad
Luc.24. diſcipulos ait: Palpate ⁊ videte: q2 ſpiritus
oſſa et carnem non habet ſicut me videtis
habere. Credamus hoc fratres: et ſi argumē
ta philoſophorū difficile ſoluimus: illud qd
demonſtratū eſt in domino ſine difficultate
fidei teneamus. Illi garriant: nos credam⁹.
Sed non poteſt inquiūt eſſe terrenū corpus
in cęlo. Quid ſi hoc velit deus? Reſpōde cō
tra deum ⁊ dic: non poteſt deus. Nōne et tu
quicūq paganus: dicis omnipotentē deū?
Nōne in libro platonis qd heſterno die de
22. de Ciuitate dei. ca. 26 claraui: legit̄ dixiſſe deus non factus dijs a
ſe factis: Quoniā eſtis orti: īmortales quidē
eſſe ⁊ indiſſolubiles nō poteſtis: nō tn̄ diſſol
uemini: neq vlla vos mortis fata perimēt:
nec erūt valentiora q̄ conſiliū meū: qd ma
ius eſt vinculū ad ppetuitatem veſtrā q̄ illa
quibus eſtis colligati? Totū ad volūtatem
ſuam redegit deus: qui poteſt ⁊ qd impoſſi
bile eſt. Nam quid eſt aliud: nō poteſtis eſſe
īmortales: ſed vt non moriamini ego facio:
niſi ⁊ qd fieri non pōt ego facio? Volo tamē
aliquid etiā de diuerſitate diſputare. Rogo F
dic mihi: Terra terra eſt: Aqua aqua ē: Aer
aer eſt: Ether eſt cęlum: Et ignis ille liquid⁹
cęlum eſt. Quattuor nempe iſta grauida q̄ſi
cōſtruxerunt ⁊ ędificauerūt mūdum: hoc eſt
ex his quattuor ędificatus ē mūdus. Quod
in imo ſit: terra eſt. Qd deſup: aqua. Quod
ſup aquam: aer eſt. Qd ſup aerem: cęlū eſt:
ęther eſt. Qd corpora ſolida q̄ tenent̄ atq
tractantur: non humida dico quę labunt̄ et
fluunt: corpora dico. Tractabilia vnde ſūt?
Terrę deputanda ſunt: an aquę: an aeri: an
ętheri? Reſponſur⁹ es: Terrę. Terrenū ergo
corp⁹ eſt lignū? Plane terrenū. In terra na
ſcit̄: in terra alitur: in terra creſcit. Tractabi
le eſt nō fluxibile. Redi mecū ad illū ordinē
ponderū. Terra eſt in fundamento. Ordinē
ſequere. Quid ſup terram? Aqua. Quare li
gnū natat ſuper aquā? Terrenū eſt corpus.
Si reuoces ad illum ordinem ponderū: ſub
aqua eſſe debuit non ſupra. Inuenimus in
terra ⁊ lignum aquam mediā: ſubter terram
aquam: ⁊ ſuper aquā iterum terram: quādo
quidē lignū terra eſt. Perdidiſti illum ordi
nem: tene fidē. Ergo terrena corpora inuen
ta ſunt ſup elementū qd ſecundū eſt in ordi
ne elementorum quando natant ligna neq
mergunt̄. Attende aliud qd plus mireris.
Corpa ipſa grauiſſima et tamē terrena mox
vt dimiſſa fuerint ſuper aquā: cōtinuo de
mergunt̄ et ad ima ꝓfunda perueniunt: ſicut
ē ferrū: poſtremo ſicut ē plumbū. Quid enī
plūbo grauius? Accedit tamē manus artifi
cis ad plumbū: facit inde aliquod vas con
cauū: ⁊ natat plumbū ſup aquā. Ergo ne nō
deus dabit corpori meo: qd dat artifex plū
bo? Deinde aquam ipſam vbi ponitis? Re G
dite ad ordinem elementorū. Certe reſpon
debitis: q aqua ſit ſup terram. Quare ergo
anteq in terram currat: pendēt in nubibus
flumina? Reuoca nūc ꝯſiderationē tuam et
cogitationē ad ea q̄ dictur⁹ ſum: ſi dn̄o adiu
uāte explicare potuero. Quid facili⁹ moue
tur: quid velocius agitat̄: graui⁹ corpus an
leuius? Quis non reſpōdeat leuius? Leui
ora enim corpora facilius mouent̄: velocius
aguntur: grauiora difficilius atq tardius.
Certe regulam fixiſti: certe conſideraſti: et
circūſpectis omnib⁹ reſpondiſti: q2 facilius

mouent͂: et agunt͂ veloci⁹ corpora leuiora ꝗ͂ grauiora. Ita eſt dicis. Reſpōde ergo mihi: Quare leuiſſima aranea tarde ſe mouet: et grauis equus velocit͂ currit? De ipis hominib⁹ loquar: maius corp⁹ homis graui⁹ eſt: breui⁹ corp⁹ qđ min⁹ habet pōderis leui⁹ ē. Ita ꝟo eſt: ſed alius portet. Si autem ipſe homo corpus ſuum portat validus: currit: macer languore vix ambulat. Appende macrū ⁊ robuſtū hominē: illū languore vix paucas libellas appendentē: illū ſalubritate corporis multa pondera in carne ſua gerente. Tempta tu ambos tollere: grauis eſt validus: leuis eſt macilētus. Recedat portator: appareat ambulator: ipos dimitte ſibi: ferāt corpora ſua: video validū robuſtūq̄ currētem. Si hoc valet ſanitas: imortalitas quid valebit? Dabit ergo deus mirā facilitatem:

H mirā leuitatē. Nō ſine cā illa corpa ſpiritalia nūcupata ſunt: nō iō dicta ſūt ſpiritalia: ꝗ erūt ſpūs non corpa. Nā iſta ꝗ modo habem⁹ dicunt͂ aīalia corpa: et tñ aīe nō ſunt ſꝫ corpora: ſic illa ſpiritalia dicunt͂: ſed nō ſunt ſpiritus: niſi q͂ ad nutū ſpūs ſeruiēt. Nihil tibi contradicit ex te: nihil in te rebellat ad-
Gal.5. uerſus te: nō ibi erit quod apl's gemit: Caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritū: ſpirit⁹ aduer-
Ro.7. ſus carnē: nō ibi erit: Uideo aliā legē in mēbris meis repugnantē legi mētis meę. Hęc bella ibi nō erūt: pax tibi erit: pax pfecta ibi erit. Ubi volueris: eris: ſed a deo non recedes. Ubi volueris eris: ſꝫ quocūq̄ ieris deū tuū habebis. De quo beatus eris: ſemp cū illo eris. Nemo ꝗ fallat: nemo argumentet͂: nemo ſua ſuſpitiōe delyret: Quid nobis pmiſit deus? ventur͂ eſſe certiſſime teneam⁹.

I Quādo videbāt͂ chriſtus frēs mei: qū ſpiritus putabat͂: vt ſe corpus eſſe pſuaderet: nō ſolū pbebat oculis videndū: ſed etiā manibus cōtrectādū. Quib⁹ ad exhibendā fidei veritatē in corpore: dignatus eſt etiā nō neceſſitate ſꝫ poteſtate cibū ſumere. Tñ adhuc illis p gaudio trepidātibus: firmamētū cordis adhibuit de ſanctis ſcripturis: ⁊ ait illis:
Luc.24. Hęc ſunt verba quę locut⁹ ſum ad vos cum adhuc eſſem vobiſcū: qm̄ neceſſe eſt impleri oia quę ſcripta ſunt in lege moyſi ⁊ pphetis ⁊ pſalmis de me. Tūc aperuit illis ſenſū: ſic euāgeliū loquit͂ qđ mō lectū eſt: vt intelligerēt ſcripturas: ⁊ dixit eis: Quia ſic ſcriptū ē: ⁊ ſic oportebat chriſtū pati ⁊ reſurgere a mortuis tertia die: ⁊ pdicare in nomie ei⁹ penitētiam in remiſſionē peccatorū p omnes gentes: incipientibus ab hieroſolymis. Illud non vidimus: ſed hoc videmus. Quando iſta pmittebant͂: nōdum videbant͂. Apoſtoli chriſtum pſentem videbant: ſed toto orbe terrarū diffuſam eccleſiam non videbant. Uidebant caput: ⁊ de corpore credebāt: habemus vices noſtras: habem⁹ gratiā diſpēſationis ⁊ diſtributiōis noſtrę ad credendū certiſſimis documētis: tempora nobis ī vna fide ſunt diſtributa. Illi videbant caput et credebant de corpore: nos videmus corpus credamus de capite.

## Feria quarta Paſce: de eo quod ſcriptū eſt ī euāgelio ſcđm Johannē: Manifeſtauit ſe iterū ieſus ad mare tyberiadis ⁊c. Sermo I — Sermo C.XLVIII A

Et hodie lectio recitata eſt de his ꝗ facta ſunt poſt reſurrectionē dñi: ſcđm euāgeliſtā iohannē. Audiuit nobiſ- Joh.21.
cū charitas veſtra dominū ieſum chriſtū ad mare tyberiadis oſtēdiſſe ſe diſcipulis ſuis: Et qui eos iā fecerat piſcatores hoīm: inuenit eos adhuc piſcatores piſciū. Per totam noctem nihil cęperunt: viſo aūt dño ⁊ eo iubente: retia mittentes cęperūt quātū numerū audiſtis. Nunq̄ hoc domin⁹ iuberet: niſi aliquid ſignificare vellet: qđ nobis noſſe expediret. Quid ꝗ pro magno potuit ad ieſū chriſtū ptinere: ſi piſces caperent͂: aut ſi non caperent? Sed illa piſcatio: ſignificatio noſtra erat. Recolamus ꝗ vobiſcū duas iſtas piſcatiōes diſcipulorum factas eſſe iubēte dño ieſu chriſto: vnam ante paſſionē: alterā poſt reſurrectionē. In his ꝗ duab⁹ piſcationib⁹ tota figurat͂ eccleſia: ⁊ qualis mō: ⁊ q̄lis erit in reſurrectione mortuorum. Modo habet eñ ſine numero multos bonos ⁊ malos: poſt reſurrectionē aūt habebit certo numero ſolos bonos. Recordamini ergo primā piſcationem: vbi videamus eccleſiā qualis eſt iſto
tempore. Domin⁹ ieſus inuenit diſcipulos Luc.5.
ſuos piſcantes: quando primū eos vocauit vt ſequerent͂ eum. Tunc tota nocte nihil cęperunt: Eo autē viſo audierunt ab illo: mittite retia. Domine inquiunt per totam noctem nihil cępimus: ſed ecce ī verbo tuo mittimus. Miſerūt: iubēte omnipotēte. Quid potuit aliud fieri: niſi qđ ille voluiſſet? Sed tñ eodē ipo facto: aliqđ nob vt dixi qđ noſſe expediat ſignificare dignatus ē. Miſſa ſūt

retia. Adhuc dñs nondũ erat paſſus: nōdũ
reſurrexerat: miſſa ſunt retia: ceperũt tantũ
piſciũ vt duo nauigia implerent: ⁊ ipſa retia
eadem piſciũ multitudine ſcinderent. Tunc
Marci.i. illis dixit: Venite ⁊ faciã vos piſcatores ho
Luce.5. minũ. Acceperũt ab illo retia verbi dei: mi-
ſerũt in mundũ tanq̃ in mare ꝓfundũ: cepe
runt quãtã multitudinẽ chriſtianoꝝ cerni-
mꝰ et miramur. Duo aũt illa nauigia: duos
populos ſignificabant: iudeoꝝ ⁊ gentiũ: ſy-
nagoge et eccleſie: circũciſionis et preputij.
Illorũ eñ duoꝝ nauigiorũ tanq̃ duorũ pa-
rietũ de diuerſo venientiũ: lapis angularis
eſt chriſtus. Sed quid audiuimꝰ? Ibi p̃me-
bant nauigia pre multitudine: ſic fit modo:
multi chriſtiani qui male viuũt eccleſiã pre-
mũt. Parũ eſt quia p̃mũt: et retia dirum-
punt. Nam ſi nō eſſent retia ſciſſa: ſciſmata
C non eſſent cōmiſſa. Trãſeamus ergo ab iſta
piſcatiōe quã toleramꝰ: ⁊ ad illã veniamus.
Ardenter optamus: ⁊ fideliter exoptamus.
Ecce dñs mortuꝰ eſt: ſed reſurrexit: apparuit
ad mare diſcipulis ſuis: iubet eos retia mit-
tere. Nō quomodocũq̃ intendite. Nam in
Joh.21. p̃ma piſcatione nō illis dixit: Mittite retia
in dexterã aut ſiniſtrã. Ne ſoli mali vel ſoli
boni ſignificarent ſi diceret: in dexterã: ideo
nō dixit: vel in ſiniſtrã: quia p̃mixti erãt ca-
piendi boni cũ malis. Jam mō poſt reſurre-
ctionẽ qualis erit eccleſia audite: diſcernite:
gaudete: ſperate: cōprehẽdite. Mittite inq̃t
retia i dexterã partẽ. Jam dexteri capiunt:
nulli mali timeant. Scitis eñ qui dixit ſeſe
paratuꝝ eſſe oues a dexteris: dicturũ: Acci-
pite regnũ: Ecce vnde mittit retia? In dex-
terã partẽ miſerũt: ceperũt: certꝰ eſt numerꝰ:
nemo eſt ibi ſup numerũ. Modo aũt quãti
ſup numerũ accedũt ad altare: qui in popu-
lo dei vident: ⁊ in libro vite nō ſcribunt. Ibi
ergo certus numerꝰ eſt. De quibꝰ piſcibus ⁊
vos eſſe affectate: non audiẽdo tantũ ⁊ lau-
dando: ſed intelligẽdo ⁊ bene viuẽdo. Mit-
tunt ꝑ retia: capiunt piſces magni. Quis ẽ
Matth.22. eñ ibi tunc paruus: quando erunt equales
D angelis dei? Capiunt ꝑ piſces magni: centũ
Joh.21. quinquaginta ⁊ tres. Dicet mihi aliquis. Et
tot erũt ſancti? Abſit a nobis: vt tantã pau-
citatẽ eſſe ſanctorũ et in illo regno futuroꝝ
etiã de ſola iſta eccleſia ſuſpicemur. Certus
numerus erit: ſed milia miliũ erunt de popu
Apoc.14. lo iſraelitico. Johãnes ſanctꝰ i Apocalypſi
de ſolo ipſo iſrael duodecies duodena milia
dicit futuros: qui ſe cum mulieribus nō co-
inquinauerũt: virgines eñ ꝑmanſerunt. At
vo de ceteris gentibus venire dicit cũ ſtolis
albis tanta milia hominũ: que numerare ne
mo poteſt. Aliquod ergo ſignũ vult iſte nu-
merus: ⁊ anniuerſaria ſolennitate ſermonis
huius cōmemorare vobis debeo: qḋ omni
anno ſoletis audire. Centũ quinquaginta ⁊
tres piſces: numerus eſt ſignificãs milia mi-
liũ ſanctorũ atq̃ fidelium. Quare ergo iſto
numero tot milia que futura ſunt in regno
celorũ: dominꝰ ſignificare dignatus eſt? Au
dite quare. Scitis legem datã eſſe ꝑ moyſen E
populo dei: ⁊ in ipſa lege p̃cipuũ cōmemora
ri decalogũ: id eſt decẽ p̃cepta legis: Quoꝝ
eſt vnũ p̃ceptum de colendo vno deo: ſecũ- Exo.20.
dum p̃ceptum de obſeruatione ſabbati: qḋ
chriſtiani ſpiritaliter obſeruãt: iudei carna-
liter violant. Iſta tria p̃cepta ad deum ꝑti-
nent: reliqua ſeptem ad homines: ꝓpter duo
illa principalia: Diliges dominũ deũ tuum Matth.22.
i toto corde tuo: ⁊ ex tota anima tua: ⁊ ex to-
ta mente tua: et diliges ꝓximũ tuũ tanq̃ te
ipſum. In his duobus mandatis: tota lex
pendet ⁊ prophete. Quia ergo duo ſunt iſta
p̃cepta in illo decalogo: tria ꝑtinent ad dile-
ctionem dei: ⁊ ſeptem ad dilectionẽ ꝓximi.
Que ſunt ſeptẽ ꝑtinẽtia ad hominẽ? Hono-
ra patrem tuum ⁊ matrẽ: nō mechaberis: nō
occides: nō furaberis: nō falſum teſtimoniũ
dixeris: nō cōcupiſces vxorem ꝓximi tui: nō
cōcupiſces rem ꝓximi tui. Hec decẽ p̃cepta
nemo implet viribus ſuis: niſi adiuuet gr͠a
dei. Si ergo legẽ nemo implet viribus ſuis:
niſi deus adiuuet ſpũ ſuo: iam recolite quẽ-
admodũ ſpũſſanctus ſeptenario numero cō
mendat: ſicuti ſanctꝰ ꝓpheta dicit: implen- Eſa.11.
dũ hoiem ſpũ dei: ſapiẽtie ⁊ intellectus: cōſi
lij ⁊ fortitudinis: ſciẽtie ⁊ pietatis: ſpũ timo-
ris dei. Iſte ſeptẽ opatiões cōmẽdãt ſepte-
nario numero ſpũſanctũ: qui q̃ſi deſcẽdẽs
ad nos: incipit a ſapiẽtia: finit ad timorem:
Nos aũt aſcẽdẽtes incipimꝰ a timorẽ: ꝑfici-
mur in ſapiẽtia. Initiũ enim ſapiẽtie timor Eccl.1.
dñi. Si ꝑ ſpũ opus eſt vt lex poſſit impleri:
accedãt ſeptẽ ad decẽ: fit numerꝰ decem ⁊ ſe-
ptẽ. Si cōputes ab vno vſq̃ ad decẽ ⁊ ſeptẽ:
fiũt centũ quĩq̃ginta et tres. Nō opus ẽ oĩa
annumerare: apud vos nũerate: ſic cōputa-
te: vnũ ⁊ duo ⁊ tria et q̃ttuor ſũt decẽ. Quõ
decẽ ſ͠t vnũ ⁊ duo ⁊ tria ⁊ q̃ttuor: ſic adde ce-
teros nũeros vſq̃ ad decẽ ⁊ ſeptẽ: ⁊ inuenis

numerū ſacratum fidelium atq; ſanctorū in celeſtibus cum dn̄o futurorū.

Sermo C.XLIX

## Eodem die: Sermo II

A Hodie terminatū eſt de his que narrat Iohānes: quomō apparuerit dominus poſt reſurrectionē diſcipulis ſuis. Compellauit ergo apoſtolū petrū illū pſumptorē ꝛ negatorem cum loqueretur: et iā viuus morte deuicta et dicebat: Simon iohannis. (Ioh.21.) Sic enim appellabatur petrus: Amas me. Reſpōdebat ille qḋ erat in corde ipſius. Si petrus reſpōdebat qḋ in corde habebat: dominus quare querebat q̄ corda videbat? Deniq; ipſe etiā petrus mirabatur: ꝛ cum quodam tedio audiebat querentē quē nouerat oīa ſcientē. Semel dictū eſt: Amas me. Reſponſū eſt: Diligo te tu ſcis. Et iterū: Amas me: Dn̄e tu oīa noſti: tu ſcis q; diligo te. Et tertio: Amas me: Contriſtat⁹ ē petr⁹. Quid contriſtaris petre? Quia reſpondes amorē: oblitus tuū timorē. Sine interroget: interroget te dominus: medicus eſt qui te interrogat: ad ſanitatē ptinet quod interrogat. Noli tedio affici. Expecta: impletur numerus dilectionis vt deleat numerū negationis: vbiq; tamen idem in ipſo ternario numero interrogationis ſue dominus ieſus reſpondenti amorē cōmendat agnos ſuos: ꝛ dicit: Paſce oues meas: tanq̄ diceret: Quid retribues: quia diligis me: dilectionē oſtende in ouibus? Quid mihi pſtas: quia diligis me: quādo ego tibi preſtiti vt me diligeres? Si dilectionē tuā erga me habes: vbi oſtendas habes vbi exerceas: paſce agnos meos.

B Quatenus autē eſſent paſcende agni dominici oues: tantō pcio compate: quāta eſſent dilectione paſcende: in cōſequētib⁹ demonſtrauit. Poſtq; enim petrus impleto legitimo numero trine reſponſiōis: pfeſſus eſt ſe eſſe domini dilectorē: cōmendatur ſibi ouib⁹ eius: audit de ſua futura paſſiōe. Hic demōſtrauit dn̄s ſic diligendas oues ſuas ab eis qbus eas cōmendat vt pati ſint moꝛi p eis. (1.Ioh.3.) Sicidem iohānes in epiſtola ſua ait: Sic p nobis chriſtus animā ſuam poſuit: ſic ꝛ nos debemus p fratribus animas ponere. Reſponderat ergo dn̄o petrus p ſuperbā quadā pſumptionē: (Ioh.13.) qſi ei dixerat: Animā meā pro te ponā. Nondū vires acceperat quib⁹ impleret pmiſſū. Modo iā vt poſſit hoc implere: charitate impletur. Ideo dicitur: Amas me. Et reſpōdet: Amo: q; hoc nō implet niſi charitas. Quid eſt ergo petre? Qñ negaſti quid timuiſti? Totū quod timuiſti: hoc erat mors. Viu⁹ tecū loquitur quē mortuū vidiſti: noli iā timere mortē: in illo vita ē quā timebas. Pependit i cruce: cōfixus ē clauis: ſpiritū reddidit: lancea pcuſſus ē: in ſepulchro poſitus. Hoc timuiſti qñ negaſti: ne h̄ patereris timuiſti: mortē timēdo vitam negaſti. Modo intellige: Qñ timuiſti mori tūc mortuus es. Mortuus eſt eñ negando: ſed

C ſurrexit plorando. Quid deinde ait illi? Seq̄re me: (Ioh.21.) ſciēs ei⁹ maturitatē. Si eñ meminiſtis: imo meminerūt q̄ legerāt. Dixit petrus: Sequar te quocūq; ieris. Et dn̄s ad illū: Non (Ioh.13.) potes me ſequi modo: ſequeris aūt poſtea. Modo inqt nō potes: pmittis: ſed ego video vires tuas. Ego venas cordis inſpicio: ꝛ qḋ verū eſt egroto renūcio: Nō potes me mō ſequi: ſeq̄ris aūt poſtea. Sz iſta renūciatio nō eſt deſperatio. Adiūxit ꝛ ait: ſequeris aūt poſtea. Eris ſanus ꝛ ſeq̄ris me iā. Quia vidit qd agatur in corde ipſi⁹: et vidit q̄ donū dederit dilectiōis aīe ipſius. Dicit ei: Seq̄re me. Ego certe dixerā: Nō potes mō: ego mō dico: ſequere me. Reſpexit petrus ad diſcipulū (Ioh.21.) quē diligebat ieſus: id eſt ad ipm̄ iohānē qui euāgeliū hoc ſcripſit: et ait dn̄o: Dn̄e iſte qd? Scio q; diligis eū: quō ego ſequor ꝛ ipſe nō ſequitur? Ait dn̄s: Sic eū volo manere donec veniā: tu me ſequere. Ipſe xo euāgeliſta: ipē q̄ ſcribit de quo dictū eſt h̄: Sic eū volo manere donec veniā: ſecutus adiunxit verba ſua in euāgelio ꝛ ait: natā fuiſſe famā inter fratres propter hoc verbū: qꝛ diſcipul⁹ ille nō eſſet moritur⁹. Et vt tolleret iſtā opinionē adiunxit: Nō aūt dixit eū nō eſſe moriturū: ſed tm̄ dixit: Sic eū volo manere donec veniā: tu me ſequere. Hanc ergo opinionem qua putabatur iohānes non eſſe moriturus: abſtulit ipſe iohānes verbis ſuis conſequētibus: ne hoc credatur: et ait: Non hoc dixit dominus: ſed hoc dixit. Quare autē hoc dixerit: iohānes nō exponit: ſed nobis reliquit: propter qḋ pulſamus ſi forte aperiatur nobis: Quātum mihi dominus donare

D dignatur: quātum mihi videtur. Videtur autē ꝛ melius melioribus: ſic puto iſtam ſolui queſtionem duobus modis: aut de paſſione petri dixit dn̄o qḋ dixit: aut de euāgelio iohānis qḋ ē de paſſiōe: vt hoc. ſeq̄re me: ſit patere p me: patere qḋ ego. Crucifix⁹ eſt eñ xp̄s: cru-

ſixus eſt et petrus. Expertus eſt clauos: expertus eſt cruciatus. Johānes autem nihil
Joh.21. horum expertus eſt: hoc eſt: Sic eum volo manere: ſine vulnere: ſine cruciatu: dormiat et expectet me: tu me ſeq̄re. Patere qđ ego: ſanguinē fudi ꝑ te: funde ꝑ me. Uno ergo iſto modo exponi poteſt qđ dictū eſt: Sic eū volo manere donec veniam: tu me ſequere. Nolo vt ipſe patiaꝛ: tu patere. Scđm autē euāgeliū Johānis: h̄ modo videꝛ intelligi: qđ petrus ſcripſit de dño: ſcripſerūt et alij: ſ ſcripta eoꝝ magis circa hūanitatē dñi vidētur occupata. Dñs em̄ chriſt⁹ et de⁹ eſt ⁊ hō. Quid eſt hō? Anima ⁊ caro. Quid aūt chriſtus eſt? Uerbū: aīa ⁊ caro. Sed qualis aīa? Nā ⁊ pecora habēt aīas. Uerbū: rationalis aīa ⁊ caro: hoc totū chriſtus. Sed de diuinitate in litteris petri nō aliud: In euāgelio aūt iohānis multū meminit: In ꝑncipio erat xbū. Ipſe dixit: Trāſcēdit nubes: ⁊ tranſcēdit ſydera: tranſcendit ⁊ angelos: tranſcēdit omnē creaturā: ꝑuenit ad verbū ꝑ qđ facta
Joh.1. ſunt oia. In principio erat verbū: ⁊ verbum erat apud deū: et deus erat verbū: hoc erat in principio apud deū: omnia ꝑ ipſum facta ſunt. Quis videt: quis cogitat: quis digne ſuſcipiat: quis digne ꝓnunciet? Tūc hunc q̄ bene intelligit quādo chriſtus venerit: Sic eū volo manere donec veniā: expoſui ſicut potui: poteſt ipſe melius in cordib⁹ veſtris.

## Item eodem die Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Johannē: Manifeſtauit ſe iterū ieſus ad mare Tyberiadis ⁊c. que habet in expoſitione doctoris ibidē

Joh.21.

## Ser.C.L. Feria quinta Paſche: Sermo I

A

Exo.12. n Gnus ille legalis cuius imolatione antiquus hebręorū populus ęgyptię ſeruitutis iugum abiecit: quomō multimodis ſacramētis veriorē ſanctę eccleſię hoſtiā in figura ſui contineat: tunc potiſ-
1.Cor.5. ſimū ipſa rerum veritate ꝓbatum eſt: quando paſcha noſtrū imolatus eſt chriſtus: qui
Eſa.53. ſicut ouis ad occiſionem ductus eſt: et ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce: ſic non aperuit os ſuum. Iſte eſt agnus qui in altari crucis hoſtia viua deo patri pro nobis in odorem ſuauitatis oblatus: tranſitū nobis de regione vmbrę mortis ad terrā repromiſſionis pateſecit. Iſte eſt inquā qui ſimul victima ⁊ ſacerdos: omnē veteris ſacerdotij ⁊ ſacrificij vmbrā clara luce reuelando figuris ⁊ ęnigmatibus finem impoſuit: nouo autē eccleſię populo nouum ſacerdotiū ⁊ nouum ſacrificiū initiauit: vt videlicet nouū vinum Math.9.
in vtres nouos mitteret. Quod ſi granū fru- Joh.12
menti cadens in terrā ⁊ mortuū tam mirabiliter omnia inouauit: multomagis in ſeipſo rediuiuū cum fructu multiplicato reſurgēs cuncta fęcundauit: et non ſolum ſpiritalibus rationabilis terrę incrementis: ſed et ipſis quoq; terrenis ſeminibus hoc tempore ampliorē ꝓuentū dedit. Unde modo in germina erūpentis terrę tota hilarior facies vario ſuorum fructuū ornatu omnē hacten⁹ quaſi mortuā rerum naturam reſurgēti ſuo domino cōreſuſcitat: vbi arborum ⁊ herbarum grata venuſtas: diuerſo quidem germinū munere pari tamē geſtu letícię: ſingulari huic ſolennitati feſtiua occurrit. De cęli aūt B
nunc vſq; quodāmodo triſti: tandē xpo lęta facie quid dicā: quę aliquādiu iam denſa caligine nubium adoperta aeris huius ſpaciū omne turbauit? Et ecce repente quaſi iuſti- Pſ.84.
cia de cęlo in terram ꝓſpiciente mira ſerenitas mūdo arridet: ⁊ in vnā lęticiā cęli ⁊ terrę vota cōcurrunt: vt deū ⁊ hominē chriſtū cōmuni exultatione excipiant: qui cōmunem vtriſq; pacem afferre venerat: ⁊ mediū parietem macerię ſoluēs: fecit vtraq; vnū. Hinc aſtrorum omniū fomes: ſplendor ille ſolaris ſuam frontē admodū rugatā iam iamq; expurgat: ⁊ quaſi rex cōſpicuus in diademate capitis ſui: in die deſponſatiōis ſuę: ⁊ in die letícię cordis ſui cęteris ſtellis velut comitibus ſuis largiora luminis ſui dona impendit. Luna em̄ ab ipſo ortus ſui die ſemp in quodam ſui diſpendio poſita: ad paſchalia gaudia pleno ſe lumine parat. Et vt cuncta breuiter ꝯſtringā: ſicut omne quod in rebus ſubſiſtit diuina diſpenſatione hominis imperio ſeruit: ſic de ſalute humana omnibus vna exultatio incumbit. Cum igitur ꝓ homine omnis creatura tātis indicijs ſua gaudia monſtret: cōſequens eſt vt ab hominib⁹ ipſis teſtimonia tali lęticię nō deſint. Prę- C
figurata eſt in ꝓtoplaſto adam chriſti reſurrectio: quia ſicut ille poſt ſoporem ſurgens: Geñ.2.
euam de latere ſuo fabricatam agnouit: ita chriſtus a morte reſurgens ex vulnere lateris ſui ędificauit eccleſiam. Noe quoq; vir Geñ.9.

agricola cum plantaſſet vineã: ⁊ inebriatus
vino obdormiſſet: ⁊ diſcoopertus iaceret in ta
bernaculo ſuo: expergefactus a ſomno filio
ſuo verecũdiã ſuã nõ celanti maledictũ per/
petuę ſeruitutis imponẽs: chriſtũ ſignifica/
uit: qui vineã ſuam fecit eccleſiã: cuius amore
poculo paſſiõis inebriatus: ⁊ aſſumptę carnis
tegmine nudatus a mortuis reſurrexit: ſicut
Cant.5. ipſe ait i canticis: Expoliaui me tunica mea:
quomõ induar illa? Ionas vero qualiter ⁊ ipſe
in ſe dñi mortẽ ⁊ reſurrectionẽ expreſſerit: euã/
D gelicus ſermo apte declarat. Quia igitur fra/
tres omnis creatura quodã charitatis officio
noſtrę ſaluti cõgaudet: noſtrũ eſt ex hoc no/
bis in vſum viuendi aliquid trahere: ne cõ/
munis omniũ letitia ius ſuũ in nobis amit/
tat: quos cauſę totius ſumma in capite ſpe/
ctat: et primũ quidẽ velut oues paſcuę dñi in
Ro.12. ara cordis igne charitatis aſſati: noſmetipſos
offeramus hoſtiã viuentẽ: ſanctã: deo placen/
Col.3. tẽ: ⁊ azymis cõtinentię: mortificata iã habẽ/
tes membra noſtra quę ſunt ſuper terrã: id eſt
fornicationẽ: immũdiciã: ⁊ cetera vitiorũ er/
gaſtula declinemus: ⁊ in ſtatione virtutũ ſe/
dem nobis aptemus: mortuis quoqz operi/
bus abrenũciantes: fructum optimũ vt ter/
ra bona afferamus: exemploqz bonę arboris
in omni bonitate et iuſticia fructificemus. Ne
vero ⁊ claritas ſolis noſtrę deſit cõuerſationi:
Matth.5. Luceat lux noſtra corã hominibus vt videãt
opera noſtra bona: ⁊ glorificẽt patrẽ noſtrũ
qui in cęlis eſt. Si igitur ita agentes vltimus
nos dies inuenerit: erit nobis quoqz in premio
Col.3. ipſa quoqz corporum reſurrectio: vbi cũ chriſtus
apparuerit vita noſtra: tũc ⁊ nos apparebimus
cũ ipſo in gloria: qui viuit ⁊ regnat deus per
omnia ſecula ſeculorũ: Amẽ.

## Ser.C.LI. Eodem die: Sermo II

A ſ Ic ſe habet fratres chariſſimi: Sic ſe
habet miſeria noſtrę conditionis ⁊ dei
miſeratio: vt tempus męſticię: tem/
pus letitię precedat: id eſt vt prius ſit tem/
pus męſticię: poſterius tempus letitię. Prius
ſit tempus laboris: poſterius quietis: prius
ſit tempus calamitatis: poſterius felicitatis.
Sic ſe habet miſeria noſtrę cõditionis vt di
ximus ⁊ diuina miſeratio. Tẽpus eñ męſticię
laboris miſerię peccata nr̃a nobis repererunt.
Tempus vero letitię quietis felicitatis: nõ ve
nit de meritis noſtris: ſed de gr̃a ſaluatoris.
Aliud meremur: aliud ſperamus. Meremur
mala: ſperamus bona. Hoc facit miſericordia
eius qui creauit nos. Sed tempore miſerię
noſtrę ⁊ ſicut ſcriptura loquitur: diebus nati/
uitatis noſtrę noſſe debemus vnde debeat
eſſe ipſa triſticia. Triſticia eñ ſic eſt: quomõ
ſtercus. Stercus nõ loco ſuo poſitũ immũ/
dicia eſt. Stercus nõ loco ſuo poſitũ: immũ/
dam facit domũ: loco ſuo poſitũ fertilẽ facit
agrum. Uidete ſtercoris locum ab agricola
ꝓuiſum. Ait apoſtolus: Et quis eſt qui me leti/ 2.Cor.2.
ficet: niſi qui cõtriſtatur ex me? Et alio loco:
Triſticia inquit ſecundum deũ penitentiã in ſalu/ 2.Cor.7.
tem impenitendã operatur. Qui ſecundum deum tri
ſtis ẽ: in penitẽtia triſtis ẽ de peccatis ſuis.
Triſticia de iniquitate ꝓpriã iuſticiã partu/
rit. Prius tibi diſpliceat quod es vt poſſis eẽ quod
non es. Quę ſecundum deũ eſt inquit triſticia: pe/
nitentiã in ſalutẽ impenitendã operatur. Pe/
nitentiã inquit in ſalutẽ. Qualẽ ſalutẽ? Im
penitendã. Quid eſt impenitendã? Cuius te
omnino penitere non poſſit. Habuimus eñ
vitã cuius nos debuimus penitere: habuimus
vitã penitendã: ſed non poſſumus peruenire
ad vitam impenitendã niſi per malę vitę pe/
nitentiã. Aliquid fratres vt dicere ceperam B
in maſſa tritici purgata inuenies ſtercus? Tũ
ad illum nitorem: ad illam ſpeciẽ et pulchri/
tudinẽ per ſtercus peruenitur: reipublicę feditas
via fuit. Merito etiã dominus dicit in euan/
gelio de quadã arbore infructuoſa. Iã ecce Luc.13.
trienniũ eſt quod venio ad eam: et fructũ in ea
non inuenio: ſcidam illam: ne mihi agrum
impediat. Intercedit colonus: Intercedit
iam ſecuri iminente infructuoſis radicibus:
et pene feriente: intercedit colonus: quomõ
interceſſit deo moyſes. Intercedit colonus
et dicit: Domine dimitte illam et hoc anno:
Circũfodio ei ⁊ adhibeo cophinũ ſtercoris:
ſi fecerit fructũ bene: ſi quo minus: precides
eam. Arbor iſta genus eſt humanũ. Uiſita/
uit iſtam arborẽ dominus tempore patriarcharũ:
quaſi primo anno. Uiſitauit eam tempore legis et
ꝓphetarũ: quaſi ſecũdo anno. Ecce in euan
gelio tertius annus illuxit. Iam quaſi ſcidi
debuit: ſed interpellat miſericors miſericor/
dẽ. Qui eñ ſe volebat exhibere miſericordẽ:
ipſe ſibi oppoſuit interceſſorẽ. Dimittatur inquit
hoc anno: circũfodiatur ei foſſa: lignũ eſt hũi/
litatis: adhibeatur cophinus ſtercoris: ſi forte
det fructũ: imo quia dat fructũ: ex parte non dat
fructũ: veniet dñs eius ⁊ diuidet eã. Quid eſt

diuidet? Quia ſunt boni ⁊ ſũt mali. Modo autem in vno cetu tanq̃ in vno corpore ſunt conſtituti. Ergo fratres mei vt dixi: Stercorus locus oportunius dat fructum: impor-
C tunius autẽ locũ facit immundũ. Neſcio qͥs triſtis eſt? Inueni neſcio quẽ triſtem: Stercus video: locum quero: dic amice vnde triſtis es? Perdidi inquit pecuniã. Loc⁹ imun-
2.Cor.7. dus: fructus nullus: audiat apoſtolũ: Triſticia mũdi mortẽ operat. Non ſolũ fruct⁹ nullus: ſed magna pnicies. Sic ⁊ de ceteris rebus ad gaudia ſecularia ptinentibus: quas res longũ eſt enumerare. Video aliũ triſtãtẽ: gementẽ flentẽ: Multũ ſtercoris video: tibi locum quero. Et cum viderem triſtem: flentez: inſpexi ⁊ orantẽ. Orans neſcio quid mihi bone ſignificatiõis ingeſſit. Sz adhuc locũ quero. Quid eniz ſi iſte orans: gemẽs: magno fletu mortẽ roget inimicis ſuis? Etiã ſic iam plorat: iam rogat: iam orat: locus immũdus: fructus nullus. Plus eſt qͦ inuenimus in ſcripturis: Rogat vt moriat inimic⁹
Ps.108. ipſi⁹: incidit in maledictõez iude. Oratio ei⁹ fiat in peccatũ. Inſpexi aliũ rurſus gementem: flentẽ: orantem: ſtercus agnoſco: locuz quero. Intendi autẽ orationi eius: ⁊ audito
Ps.40. dicentẽ: Ego dixi domine miſerere mei: ſana animã meã q2 peccaui tibi: Gemit peccatũ: Agnoſco agrũ: expecto fructũ: Deo gratias. Bono loco eſt ſtercus: non ibi vacat: fructum parturit. Hoc eſt vere tempus fructuoſe meſticie: vt conditionẽ mortalitatis noſtre: abũdantiã temptationũ: ſurreptiones peccatorũ: adũſitates cupiditatũ: rixas cõcupiſcentiarũ contra bonas cogitationes ſemp permultuantiũ doleamus: hinc triſteſ-
D ſimus. Hoc tempus miſerie noſtre et gemit⁹ noſtri: quadraginta dies illi ſignificãt ante paſcha. Leticia vo que poſterior erit: quietiſ felicitatis: vite eterne: regni ſine fine: qͦ nõdum eſt: his diebus quinquaginta quibus diebus deo laudeſ dicunt: ſignificat. Significant ergo nobis tempora: vnũ ante reſurrectionẽ domini: alterum poſt reſurrectionem domini. Vnũ in quo ſumus: alterũ in quo nos futuros eſſe ſperamus. Temp⁹ meroris qͦ ſignificãt dies quadrageſime: ⁊ ſignificamus ⁊ habem⁹. Tempus autẽ leticie ⁊ quietis ⁊ regni qͦ ſignificãt dies iſti: ſignificam⁹ p alleluia: ſ; nõdũ habem⁹ laudes. Sed nũc ſuſpiram⁹ ad alleluia. Quid ẽ alleluia? Laudate deũ. Sed nõdũ habem⁹ laudes i eccleſia frequẽtant laudes dei poſt reſurrectõez: quia nobis erit ppetua laus poſt reſurrectionem noſtrã. Domini paſſio tempus noſtrũ ſignificat in quo nũc flemus. Flagella: vin- Math.27.
cula: cõtumelie: ſputa: ſpinea corona: vinũ fellitũ: in ſpongia acetum: inſultatiões: opprobria: poſtremo ipſa crux: in ligno membra ſacra pendentia: qͥd nobis ſignificãt niſi tempus qͦ agimus: tempus meroris: tempus mortalitatis: tempus tẽptatiõis? Ideo fedum tempus: ſed feditas iſta ſtercoris ſit in agro: non in domo. Meror ſit de peccatiſ non de cupiditatibus fraudatis. Fedũ tempus: ſ; ſi bene vtat: fidele tempus. Quid fecundi⁹ agro ſtercorato? Pulchrior fuit ager anteq̃ cophinũ ſtercoris haberet: perduct⁹ eſt ager ad feditatem vt veniret ad vbertatem fidei. Ergo feditas hui⁹ tẽporis ſignũ eſt: ſ;
nobis ſit iſta feditas temp⁹ fertilitatis. Vi- Eſa.53.
deamus ergo cũ ppheta quid dicat: Vidimus eum. Qualẽ? Non habentem ſpeciem neq̃ decorẽ. Quare? Aliũ pphetã interro-
ga: Dinumerauerũt omnia oſſa mea. Dinu- Ps.21.
merata ſũt oſſa pẽdentis. Feda ſpecies: crucifixi ſpecies: ſed iſta feditas pulchritudinẽ parturit. Quã pulchritudinẽ? Reſurrectio-
nis: Quia ſpecioſus forma pre filijs hoim. Ps.44.
Laudemus ergo fratres dominũ: quia eius E
fidelia pmiſſa retinemus: nondũ accepim⁹. Parũ putatis: quia promiſſorem tenemus: vt iã debitorẽ exigam⁹? Promiſſor deus debitor factus eſt bonitate ſua: nõ prerogantia noſtra. Quid ei debemus vt eum debitorẽ teneamus? An forte qͦ audiſtis in pſalmo:
Quid retribuã dño. Primo qñ dicit: Quid Ps.115.
retribuã domino: verba ſunt debitoris: nõ debitũ exigentis. Pregatũ eſt illi: Quid retribuã dño. Quid eſt: quid retribuã? Rependã. Pro qua re? Pro omnib⁹ q̃ retribuit mihi. Quid retribuit mihi? Primo nihil erã ⁊ fecit me: pieram ⁊ q̃ſiuit me: querẽs inuenit me: captiuum redemit me: emptũ liberauit me: de ſeruo fratrẽ fecit me. Quid retribuã dño? Non habes qͥd retribuas. Quãdo ab illo totũ expectas: qͥd habes retribuere? Sz expecta. Neſcio quid vult dicere. Cur grãt? Quid tribuã dño p omnibus que retribuit mihi? Circũſpiciens vndiq̃ quid retribuat: q̃ſi inuenit. Quid inuenit? Calicẽ ſalutaris accipiã. Retribuere cogitabas: adhuc accipere q̃rebas. Vnde rogo? Si adhuc accipe queris: adhuc debitor eris quando retribu-

tor. Si ergo ſemꝑ debitor eris: quādo retribues? Non inuenis qđ retribuas: niſi quod dederis non habebis. Uide quando dicebas: Quid retribuā: ſed illud ꝑtinet qđ dixiſti: Omnis homo mēdax. Qui eñ voluerit dicere: quis retribuet aliqđ deo: mēdax eſt: (Omnis ab illo ſperanda ſunt: a nobiſipſis ꝑter illū nihil niſi forte peccatū) et mēdaciū de ſuo loquit̄. Uere plene de ſuo abundat homo: mendaciū oīno hic habet ꝛ theſaurū mendacioꝝ: cor ſuū mentiat̄ quātum poteſt nō deficit: fingat quicqđ poteſt: mentiat̄ qcqđ pōt. Quare? Quis qđ grat̄ habet: de ſe habet: nō illud emit. Qñ venit̄ ad veritatē: ſi verax vult eſſe: nō erit de ſuo. Mēdax petrus de ſuo. Ubi mēdax? Premiſit nob̄ dñs paſſionē: ꝛ dic: Abſit a te: nō fiat illud. Ois homo mēdax. Unde mēdax? Ipſum dominū audi: Non ſapis que dei ſunt: ſed q̄ ſunt homis. Uerax autē petrus. Quādo? Tu es chriſtus fili⁹ dei viui. Unde iſta veritas homini mēdaci? Ecce homo dic: Tu es chriſt⁹ fili⁹ dei viui. Quis dicit? Petr⁹. Quid erat petrus? Homo qui dixit verū. Certe omnis homo mēdax. Ecce: ecce lingua ei⁹: ecce lingua de lingua eius. Quomō omnis homo mendax? Audi: qꝛ omnis homo mendax: qꝛ de ſuo. Ergo vnde petrus verax? Audi ipſā veritatē: Beatus es ſimon bariona. Unde beatus? De ſuo? Abſit: quia tibi nō reuelauit caro ꝛ ſanguis: ſed pater meus qui in celis eſt. Laudemus ergo dominū fratres chariſſimi: laudemus deū: dicamus alleluia. Significemus iſtis dieb⁹ diem ſine fine. Significemus locum imortalitatis: tempus imortalitatis. Feſtinemus ad domū eternā. Beati qui habitant in domo tua: in ſecula ſeculorum laudabunt te. Lex dicit: ſcriptura dicit: veritas dicit: Uenturi ſumus ad domū dei que eſt in celis. Ibi non quinquaginta diebus deum laudabimus: ſed queādmodū ſcriptum eſt: In ſecula ſeculoꝝ. Uidebim⁹: amabimus: laudabimus. Nec qđ videbim⁹ deficiet: nec qđ amabimus pibit: nec qđ laudabim⁹ tacebit. Sempiternū totū erit: ſine fine erit. Laudem⁹: laudem⁹: ſ; nō ſolis vocibus: laudem⁹ ꝛ morib⁹: laudet lingua: laudet vita: ſed habeat charitatē infinitā cū vita ieſum chriſtū dominū noſtrū: qui ꝛc.

Matth.16.
Pſ.115.
F
G
Pſ.83.

## Item eodem die: Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Johannē: Maria ſtabat ad monumentū ꝛc. que habet in expoſitiōe doctoris Ibidem.

Joh.20.

## Feria ſexta Paſche: Sermo I.

Ser.C.LII.

Narrationē reſurrectiōis dñi nr̄i ieſu chri ſm euangeliſtā Johannē hodie lectam ſcitis: ꝛ cōmendauerā vobis ſm omnes quattuor euāgeliſtas iſtis dieb⁹ reſurrectionē dñi recitari. De his ergo q̄ audiſtis illud tantū ſolet moueri: quare dixerit dñs ieſus mulieri querēti corpus eius: et eū iam viuū agnoſcenti: Noli me tangere: nōdum eñ aſcendi ad patrē meū. Dixi aūt vobis ꝛ meminiſſe debetis: non omnia omnes dicere: ſed dici ab alijs que ab alijs ꝑtermiſſa ſunt: non tamen ita vt inter ſe repugnare credendi eſſent: ſed abſit cōtentio: ꝛ aſſit pietas intelligētis. Nam ſicut legit̄ apud euāgeliſtā mattheū: poſtea q̄ꝫ reſurrexit occurrit duabus mulierib⁹: in quib⁹ ꝛ iſta erat: Et dixit eis: Auete. Ille autē acceſſerunt ꝛ tenuerunt pedes eius: ꝛ adorauerunt eū. Et vtiqꝫ ad patrē nōdum aſcenderat. Quomō huic dicit̄: Noli me tangere: Nondū eñ aſcendi ad patrē meū? Sic enim verba iſta vident̄ ſonare: quaſi tunc eū poſſet tangere maria: qñ aſcēdiſſet in celū. Si in terra poſitū non tangit: in celo ſedentē quis mortaliū poteſt tangere? Sed ille tactus: fidē ſignificat. Tāgit chriſtū: q̄ credit in chriſtū. Nā ꝛ illa mulier q̄ fluxū ſanguinis patiebat̄: apud ſeipſaꝫ ait: Si tetigero fimbriā veſtimēti eius: ſalua ero. Fide tetigit: ꝛ ſanitas ſubſecuta eſt quā ꝑſumpſit. Deniqꝫ vt nos ſciam⁹ qđ ſit vere tangere: dñs continuo dixit diſcipulis ſuis: Quis me tetigit? Et dixerūt diſcipuli: Turbe te cōprimūt: ꝛ dicis q̄s me tetigit? Et ille: Tetigit me aliqs. Quaſi diceret: Turba premit: fides me tangit. Uidet̄ ergo iſta maria cui dixit dñs: Noli me tangere: nōdum eñ aſcēdi ad patrē meū: eccl'ie geſtare pſonā: q̄ tūc i chriſtū credidit: cū aſcēdiſſet ad patrē. Ecce vos interrogo qui credidiſtis: interrogo eccleſiā toto orbe terrarū diffuſam: cuius pſona erat i vna femina: ꝛ vna voce mihi reſpōdet. Tūc credidit cū ieſ⁹ aſcēdiſſet ad patrē. Quid ē tūc credidi: niſi tūc tetigi? Multi carnales chriſtū tm̄mō hoīem putauerūt: diuinitatē in illo latentē nō intellexerūt: ꝛ iō bene nō tetigerūt: qꝛ nō bñ crediderūt. Uis

A
Joh.20.
Matth.28.
Luc.8.
B
Joh.20.

bene tangere? Intellige chriſtũ vbi eſt patri coeternus: ⁊ tetigiſti. Si aũt hoiem putas ⁊ nihil amplius putas: tibi nondũ aſcẽdit ad patrẽ. Adhibuit ꝗ dñs ieſus ſpeciẽ corporis homis ſenſib⁹: ad cõfirmandã carnis reſur-
C rectionẽ. Nihil nos docere voluit oſtẽdẽdo ſe viuũ in corpore poſt reſurrectionẽ ſuã: niſi
1.Cor.4. vt credat a nobis reſurrectio mortuorũ: donec veniat dñs ⁊ illumiet abſcõdita tenebrarũ. Quid eſt hoc? Audi qđ ſequit: Et manifeſtabit cogitationes cordis. Cor videre dei eſt: hominũ aũt nõ eſt: niſi de his ꝗ manifeſta ſunt iudicare. Modo ꝗ cogitationes nře nobiſipſis ſingulis quibuſcꝫ in luce ſunt: qꝛ nouim⁹ eas: ſed ꝓximis noſtris in tenebris ſunt: qꝛ nõ vident eas. Ibi qđ noſti te cogitare: et alter ſciturus eſt. Quid times? Nõ vis abſcondere: modo times publicare cogitationes tuas. Forte eñ aliquid mali aliquãdo cogitas: forte aliquid turpe: forte aliquid vanũ. Nihil ibi niſi bonũ: nihil ibi niſi honeſtũ: nihil ibi niſi verũ: nihil ibi niſi purũ: nihil ibi niſi ſincerũ. Quando ibi fueris: quid cogitabis? Quomõ vis videri mõ faciem tuã: ſi tunc voles videri coſcientiã tuã? Nã ⁊ ipſa agnitio chariſſimi: nõne oim noſtrũ erit? Ibi erit inuicem agnitio. Sic videbũt oms ⁊ multo excellẽti⁹: quomõ hic ſolẽt videre ꝓphetę. Diuine videbũt: qſi de deo pleni erũt: nec qđ offẽdat erit: nec qđ lateat cognitorẽ. Erũt ergo ibi mẽbra integra: etiã ꝗ hic pudenda: ibi tamẽ pudenda non erũt. Nõ ibi erit ſollicitũ integritatis decus: vbi nõ erit libidinis dedecus. Ecce etiã hic vbi omniũ noſtrorũ operũ neceſſitas mater eſt: quę neceſſitas tũc nõ erit: tamẽ inuenimus aliqua quę deus poſuit in corporib⁹ ad nullos vſus: ſ ad ſolũ decus. Nulla ibi erit corruptio: nulla deformis prauitas: nulla erumnoſa neceſſitas: ſed interminatę ęternitatis
D pulchra veritas: ſumma fęlicitas. Sed dicis mihi: Quid acturus ſum? Nulla actio tibi videt ſtare: videre: amare: laudare? Ecce dies ſunt ſancti: qui poſt reſurrectionẽ dñi celebrant: ſignificant futurã vitã poſt reſurrectionẽ noſtrã. Sicut eñ quadrageſimę dies ante paſcha ſignificauerũt laborioſam vitã in hac erumna mortali: ſic iſti dies lęti ſignificant futurã vitã vbi erimus ſine fine cum domino regnaturi. Vita quę ſignificat quadrageſima ante paſcha modo habet: vita ꝗ ſignificat quinquaginta diebus poſt reſurrectionem non habet ſed ſperat ⁊ ſperando amat. Et in iſto amore deus qui ꝓmiſit iſta laudat: ⁊ ipſe laudes alleluia ſunt. Quid eſt enim alleluia? Verbum eſt hebręũ. Alleluia laudate dominũ: Alleluia laudate deũ. Ponamus et inuicẽ nos excitem⁹ ad laudandũ deũ: nec nõ cordibus melius ꝙ cithara cordis dicimus laudes. Deo canam⁹ alleluia: et cũ cantauerim⁹: ꝓpter infirmitatẽ recedimus vt corpora reficiamus. Quare reficim⁹ niſi qꝛ deficimus? Deinde tanta eſt infirmitas carnis: tanta hui⁹ vitę moleſtia: vt quęlibet magna res veniat in faſtidio. Quomõ deſideramus iſtos dies ad annũ venturos cũ modo abierũt: ⁊ quãta auiditate ad illos venimus p temporis interuallũ? Si diceret nobis ſine ceſſatione dicite alleluia: excuſaremus. Quare excuſaremus? Quia laſſi nõ poſſumus: qꝛ ⁊ ad ipſum bonũ faſtidio fatigaremur: vbi nullus eſt defectus: nulla faſtidia. State: laudate qui ſtatis in domo dñi: Pſ.133.
in atrijs domus dei noſtri. Quid quęris: qđ ibi facturus ſis? Beati ait ꝗ habitant in domo tua: in ſecula ſeculorũ laudabũt te. Pſ.83.

## Eodem die: Sermo ii Ser.C.LIIII

A S Acramentũ dilectiſſimi dñicę reſurrectionis diuina voluit ꝓuidẽtia varijs figuris rerũ ⁊ ꝓphaꝝ oracul' aliquotiẽs ꝯſignari: quaten⁹ p oẽs ſeculi labẽtis ętates ois ſanctorũ ſpes ad illũ tenderet ſolũ qui eſt expectatio omniũ gentiũ. Unde illud qđ i ipſo mũdi naſcẽtis exordio mater Gen.2.
omniũ viuentiũ eua de coſta viri dormiẽtis eſt ꝓducta: matrẽ credentiũ eccleſiã ex latere chriſti in cruce morięris monſtrat exortã: ſicut in actu euigilãtis adę figura eſt dñi reſurgẽtis a morte. Unde dicit apl'us: Factus 1.Cor.15.
eſt pmus hõ in animã viuentẽ: ſecũd⁹ homo in ſpm viuificantẽ. Noe vo ꝗ in opere arcę Gen.9.
⁊ ipſo ſuo nomĩe requiẽ dei in ſanctis ſignificat: in eo vel maxime redemptoris nři figurã repſentat: qđ cũ eſſet agricola vineã plantauit: ⁊ vini poculo ebriatus: in ſuo tabernaculo eſt denudatus. Quę res ad illum proprie ſpectat: qui calice paſſiõis adeo factus eſt ebrius: vt ipſo tegmine corporis nudaretur ad tempus: ⁊ ſtatim in reſurrectione euigilans: illis daret benedictionẽ qui in myſterio venerant eius paſſionẽ: irriſoribus autẽ ſuis dignam maledictionem. De quo calice

Pſ.22. dicit pſalmiſta: Calix meus inebrians: q̄ p̄-
Joh.18. clarus eſt. Et in euangelio dominus: Calicē
quem dedit mihi pater: non bibam illum?
B Virga quoq; moyſi in terram proiecta et in
Exo.7. draconē conuerſa: cum teneret̄ p caudam re-
diit iterum in virgam: quia illa poteſtas di-
uinę maieſtatis de cęlo deſcendens ad terrā
p nobis voluit eſſe mortalis: ſed poſt pactā
carnis aſſumptę diſpēſationē: recepit ſe ad
Jone.2. paternę dexterę ſedem. De iona quem ab-
ſorptū piſcis euomuit illęſum in aridā: eui-
dentem habemus ipſius domini ſententiā:
Matth.12. q ſicut ille fuerit ī ventre ceti tribus dieb⁹ et
tribus noctibus: ita foret hominis filius in
corde terrę. Extant ⁊ alia q̄ plurima de hac
ſolēnitate ſolennitatū ſancta p̄conia: qbus
omnib⁹ aſtipulat̄ et ipſa temporū ratio quę
paſchalem terminū vernali dedicauit ęqui-
noctio: expectato dūtaxat ſequēte primi mē
ſis plenilunio: vt ſicut ab inferiorib⁹ ſol i al-
tum pficiens: primo nūc adęquat longitu-
dine noctes: luna etiā p diurna ſuę lucis in
crementa videt̄ eſſe pleniſſima: ita reſurgēs
ab inferis ſol iuſticię: eccleſiā eatenus in te-
C nebris conſtitutā ſuo illuſtraret lumine. Hęc
ſunt ſacroſancta hui⁹ diei paſchalia gaudia:
hęc ſeculis omnibus deſiderata ⁊ prędicata
ſolennia: q̄ nos ſemp animo venerari: ſemp
opere p modulo noſtro iuſtum eſt imitari:
1.Joh.2. ſicut dicit apoſtolus iohannes: Qui dicit ſe
in chriſto manere: debet ſicut ille ambulauit
⁊ ipſe ambulare. Et ille quidem p nobis ad
Luc.9. tempus crucifixus eſt: nos quotidie crucem
tollere ⁊ ipſum ſequi oportet. Mortē ille ad
Col.3. horam guſtauit: nos ſemp debemus morti-
ficare membra noſtra quę ſunt ſuper terraȝ:
fornicationē: immundiciā: et cętera. Reſurre-
xit ille a mortuis: reſurgere nos iubemur a
Eph.5. vitiis: dicente apoſtolo: Surge qui dormis
et exurge a mortuis: et illuminabit te chri-
ſtus. Nō ſi modo carnem noſtram pro chri-
ſto cum vitiis ⁊ cōcupiſcentiis crucifixerim⁹
Ro.6. complantati etiam ſimilitudini mortis eius
mortificatione vitiorū fuerimus: cum chri-
Col.3. ſtus apparuerit vita noſtra: tunc ⁊ nos appa-
rebimus cum ipſo in gloria: qui cum patre ⁊
ſpirituſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculo-
rum: Amen.

## Ser.C.LIIII Eodem die: Sermo III

A D Eus miſericordię ⁊ iuſticię hodie re-
ſurrexit a mortuis p potētiā pris: vt
paulus ait: Qui ſuſcitauit eū a mortuis. Et Gal.1.
ppheta: Inter mortuos liber eſt. In quo et Pſ.87.
nos omnes poſt reſurgemus et viuemus.
Quia enim pręſtitit nobis ducatū ad regnū
ſuū: iubemur et nos p̄parare viam dño: hoc
eſt humilitatē: dilectionē dei ⁊ pximi: iuſti-
ciam: bonitatem: integritatē: patientiā: cha
ritatem: prudentiā: pietatem ⁊ innocentiā.
Hęc omnia p̄cepit nobis domin⁹ per ſemet-
ipſum exemplis qui per agnuȝ ſignificatur.
Quęrit̄ ergo: quare agn⁹ iſte nō die ſed ad
veſperam imolet̄? Hęc cauſa manifeſta eſt.
Domin⁹ enī noſter ac ſaluator in cōſumma-
tione ſeculorum paſſus eſt: vt iohannes ait:
Filioli mei nouiſſima hora eſt. Hodie fides 1.Joh.2.
eccleſię cōfirmata eſt in chriſto: et in ſemine Gen.22.
abrahę omnes gentes benedicunt̄: ac ſalua-
tor mūdi innotuit: ⁊ plenā ſupnis ciuibus et
hominib⁹ lęticiam cōtulit: cum viuū ſe poſt
paſſionem ſuam p̄buit iuxta pmiſſum ſuū.
Bene quoq; dominic⁹ ſermo ac reſurrectio B
domini piungunt̄. Venerabilis ē hęc dies:
qui dñicus dies: ⁊ dies primus atq; pfectus
eſt: et dies clarus: in quo viſa eſt prima lux. Gen.1.
In quo tranſgreſſi ſunt filii iſrael mare ru- Exo.14.
brū ſiccis pedibus: ⁊ in q̄ pluit manna filiis Exo.16.
iſrael in deſerto: et quo domin⁹ baptizatus Matth.3.
eſt in iordane: Quo vinū de aqua in chana Joh.2.
galilęę factum eſt. Quo benedixit dominus Matth.14.
quinq; panes quibus ſatiauit quinq; milia
hominū. In quo reſurrexit domin⁹ a morte.
Quo intrauit domin⁹ i domos clauſas vbi Joh.20.
erant diſcipuli congregati propter metū iu-
deorum. In quo ſpirituſanctus deſcēdit in Act.2.
apoſtolos. Et in quo ſperamus dominū no
ſtrū ieſum chriſtū ad iudiciū venturum. In
quo die omnis creatura reformabit̄ i meli⁹:
vt ſol ⁊ luna ſeptuplū lumē accipiant: ⁊ ſan-
cti homines vitā eternā pter merita bonę
obedientię recipient a deo.

## Sabbato poſt diem ſanctū paſchę: Sermo I Ser.C.LV.

A E T hodie reſurrectio domini recitata
eſt de ſancto euangelio. Lectum eſt
enim euangeliū ſm Johannē: audi-
uimus quę in aliis libris euangelii nō audi-
eramus. Omnibus quidē cōmunia eſt prę-
dicatio veritatis: ⁊ de fonte vno omnes bi-
berunt. Sed in prędicatiōe euangelii: ſicut
ſepe cōmonui charitatē veſtrā: alis omnes:

alia tres: alia duo: alia ſinguli poſuerunt.
Modo ergo quod audiuimus ſm Johannē
euāgeliū: quia maria vidit dominū: et dixit
ad eam dominus: Noli me tangere: nondū
enim aſcendi ad patrē: ſolus euangeliſta io/
hannes cōmemorat. Hinc ergo loquendum
Joh.20. eſt ſanctitati v̄re. Uiſis eñ lintheaminibꝰ in
ſepulchro: dominū non reſurrexiſſe credide/
rant: ſed ablatum eſſe. Ipſe iohānes ſeipm
enim dicit quem diligebat ieſus: cum audiſ/
ſet denūciantibus mulieribus et dicētibus:
Tulerunt dominū meū de monumento: cu/
currit cum petro: ⁊ attendit in monumētū:
vidit ſola lintheamia: ⁊ credidit nō quia re/
ſurrexerat: hoc ſequentia verba teſtant. Sic
enim ſcriptum eſt quod modo audiuimus.
Attendit: vidit ⁊ credidit: nōdum enim ſcie/
bat ſcripturas: q2 oportebat eum a mortuis
reſurgere. Ergo qui credidit qđ fidei nō erat
hoc credidit: credidit: ſed falſum credidit.
Apparuit ei poſtea dominus: fugauit falſū:
B inſeruit verum. Tamē illud quod ſolet mo/
uere lectorem et auditorem non incurioſum
neq3 negligentem: quomodo ſit dictū: Noli
me tangere: nōdum enim aſcendi a patrem:
Hic videamus quid domino ipſo adiuuāte
dictum ſit. Mouet enī hoc quidē: Noli tan/
gere: nondū enim aſcendi ad patrem. Quā/
do eñ aſcendit ad patrem? Sicut indicant
Act.1. Actꝰ apoſtolorū: quadrageſimo die poſt re/
ſurrectionē ſuam: quem diem in nomie ipſiꝰ
celebraturi ſumus: tunc aſcendit ad patrem:
tunc eum diſcipuli qui manibus tetigerunt
oculis deduxerūt. Tūc ſonuit angelica vox:
Uiri galilei: quid ſtatis aſpicientes in celū?
hic ieſus qui aſſumptus eſt a vobis: ſic ve/
niet quomodo eum vidiſtis euntem in celū.
Si ergo tunc aſcendit ad patrem: quid dici/
mus fratres mei? Maria non poterat eum
tangere in terra ſtantem: et poterat tangere
in celo ſedentē? Sic hic non poterat: quāto
minus poterat ibi? Quid eſt ergo: Noli me
tangere: nō enim aſcēdi ad patrem? Sic eñ
ſonant verba tanq3 diceret: tūc me tange cū
aſcendero: anteq3 aſcendam noli me tāgere.
O domine hic es ⁊ nō tango: cū aſcenderis
tangā? Deinde ſi anteq3 ad patrē aſcēderet
tactum horrebat humanū: quomodo ſe diſ/
cipulis non ſolum videndū: ſed etiā contre/
Luc.24. ctandū p̄buit quando dixit: Quid cogita/
tis in cordibus veſtris? Uidete manꝰ meas
⁊ pedes meos: palpate ⁊ vide: quia ſpiritus
carnem non habet ſicut me videtis habere.
Incredulus etiā ille diſcipulus thomas teti/
git latus pforatum ⁊ exclamauit: Dominus
meus ⁊ deus meus. An forte aliquis inſipi/
ens dixerit: anteq3 ad patrem aſcēderet: vi/
ri eum poterant tangere: mulieres autē non
poterant niſi cum ad patrem aſcēderet. Ab/
ſurda eſt iſta cogitatio: ⁊ peruerſa ſentētia.
Prorſus quod audiuit maria: audiat eccle/ C
ſia. Hoc omnes audiant: deum intelligant:
omnes faciant. Quid ergo eſt: Noli me tan Joh.20.
gere: nōdum enim aſcendi ad patrem? Nō
me vides hominē ſolum putas: patri equa/
lem eſſe adhuc neſcio: noli me tangere talē:
noli in hominē ſolum credere: ſed verbum
equale genitori intellige. Quid ergo ē: No/
li me tangere? Noli credere. Quid nōli cre/
dere? Quia hoc ſolū ſu3 qđ video. Aſcendā
ad patrem: et tunc tange. Tibi aſcendo: qñ
intellexeris equalem. Quādo me putas mi/
norem: nondum aſcendo tibi. Tangere aūt
credere eſſe puto: quia facile poſſumus intel
ligere de illa muliere que tetigit fimbriam
veſtimenti chriſti: ⁊ ſalua facta eſt. Recorda
mini euangeliū: Dominꝰ ieſus chriſtus ibat Luc.8.
ad viſitādam archiſynagogi filiam: que pri/
mo nunciata fuit infirma: poſtea mortua.
Illo pergente: ecce mulier de tranſuerſo ve/
nit que fluxū ſanguinis patiebat p duode/
cim annos: ⁊ in medicis fruſtra curantibus
⁊ non ſanantibus omnia ſua cōſumpſerat:
dixitq3 in corde ſuo: Si tetigero fimbriā ve/
ſtimenti eius: ſalua ero. Hoc ipſum dicere iā
tangere fuit. Deniq3 audi ſententiā: cū ſal/
ua facta eſſet ſm fidem ſuam: ait dominus
ieſus chriſtus: Tetigit me aliquis? Et diſci/
puli: Turbe te comprimūt: ⁊ dicis: quis me
tetigit? Et ille. Tetigit me aliquis: nam ego
ſcio virtutem exiſſe de me. Gratia p̄ceſſit vt
illa ſanaret: nō vt ille minueret. Dicūt ergo
diſcipuli: Premunt te turbe: ⁊ tu vnum aut
vnam ſenſiſti. Et ille: Tetigit me aliquis:
ille premūt: iſta tetigit. Quid eſt ille premūt
iſta tetigit? Judei affligūt: eccleſia credidit.
Scōm hunc ergo intellectū quoniā videmꝰ D
mulierē tetigiſſe quod eſt credidiſſe: ſm hoc
ergo dictum eſt ad mariā: Noli me tangere:
aſcedam ⁊ tange. Tunc enim tange quādo
cognoueris: In principio erat verbū: ⁊ ver/ Joh.1.
bum erat apud deū: et deꝰ erat verbū. Uer/
bum quidē caro factum eſt: verbum incōta/
minatū: imaculatū: imutabile manet inte/

grum. Sed quia tu hominē ſolū vides: ver/
bum nō video: nolo credas in carne ⁊ relin/
quas verbum: totus chriſtus tibi appareat:
quia ęqualis eſt patri in verbo. Noli ergo
inquit modo tangere: ſcio quia nondum vi/
des quid ſim. Eccleſia ergo cuius figuram
maria gerebat: audiat quod audiuit maria.
Tangamus omnes ſi credamus: iam aſcen/
dit ad patrem: ſedet ad dexterā patris. Con
fitetur hoc hodie vniuerſa eccleſia: Aſcēdit
in cęlum: ſedet ad dexteram patris. Hoc au/
diunt qui baptizant̄: hoc credūt anteq̄ȝ ba/
ptizent̄. Quando ergo credunt: maria tan/
git chriſtum. Intellectus obſcurus ⁊ ſanus:
incredulis clauſus: fide pulſanti eſt apertꝰ.
Ipſe ergo dominus ieſus chriſtus: ⁊ ibi eſt:
⁊ nobiſcum eſt: ⁊ cum patre eſt: ⁊ i nobis eſt:
⁊ ab illo non recedit: ⁊ nos non deſerit: ⁊ ora
re docet vt magiſter: ⁊ cum patre exaudit vt
filius.

Ser.C.LVI **Eodem die: Sermō II**

A Igne fratres chariſſimi pijs ſtudijs
D exultemus in chriſto ſub p̄ſenti ſo/
lennitate: in qua nobis inferorū do/
minus diues ſpolijs redditus eſt: in qua re/
dijt celſitudo de ꝓfundis: lux de tenebris:
vita de mortuis. Ecce quātuȝ ꝓ ſalute oīuū
perditarū benigna pij paſtoris ſollicitudo
diſcurrit. Sub vno eodemq̄ȝ tempore et ho/
minē vſq̄ȝ ad paradiſum reuocare dignat̄: ⁊
mortē vſq̄ȝ ad inferna perſequit̄: glorioſius
captiuandā in regno ſuo: ⁊ magnificentius
in ſuis ſedibus triumphandā. Ad deſcenſū
itaq̄ȝ cęleſtis domini ꝓfundum inferi pan/
ditur: peregrinū ſibi lumen inferri nox ęter/
na mirat̄. Expauit ergo nox ſubito non ſuū
mortuū: immo expauit mortē ſuaȝ. Aderat
enim ille qui dudum per ꝓphetam ſuū dixe
Oſee.13. rat: O mors ero mors tua: ero morſus tuus
inferne. Et ideo non ſolū in eo inuenire nō
potuit quod teneret: ſed eos quos antea re/
tinebat reuocari ad ſuperos ſe nolente con/
ſpexit: ⁊ quem debitorem ſuum putabat: ex
actorē potius experta eſt. Et quem quaſi ca
ptiuum inferni vinculis aſtringendū eſſe cre
debat: quaſi liberatorem cum recepta capti/
uitate redire irata eſt: ac ſic quem deſcen/
ſione hominē iudicauerat: deum regreſſiōe
B cognouit. Potuerat quidē dominus noſter
fratres chariſſimi hoſtem humani generis
ſola maieſtate ꝯtemnere ſine incarnationis
humilitate: ſine certamine paſſionis: ſed hōi
qui proprio tranſgreſſionis crimine tenebat̄
obnoxius: qui ꝑ culpam ſuam incurrerat ſer
uitutem: non violentia liberandus fuit: ſed
miſericordia redimēdus. Et quia deus ęqui
tas ⁊ iuſticia eſt: ipſe ſibi lex eſt. Et q2 homo
iudicij ⁊ iuris ſui ac liberi arbitrij ꝓditus vo
luntate: qui voluntarius ruerat: iniuſtū erat
vt erigeret̄ inuitus. Equius ⁊ ſalubrius fuit
vt qui ꝑ ſuperbiā a diabolo ꝑſuaſus fuerat
ad mortē: a deo ꝑ humilitatē ſolidaret̄ ad vi
tam. Iuſto ergo ordine qui ꝑ calliditatē ma
liuoli ſerpentis non impulſus ſed ſeductus
fuerat ad perditionē: rurſum ꝑ ſapientiā be/
niuoli redemptoris nō compellit̄: ſed ducit̄
ad ſalutem. Et qui cum ſua voluntate cor/
ruiſſe videbat̄: cum ſua rurſus voluntate re/
pararet̄ vt eſſet virtuti ac remunerationi lo/
cus. Non eñ ꝓripit eum per violentiā ſuaȝ:
ſed potius ꝑ iuſticiam et beniuolentiā ſoli/
dat ⁊ eruit ad vitam: quia benignitas ꝓuo/
cantis etiam meritū deſiderat acquieſcētis:
⁊ dignantiſſimi medici ſtudium: infirmi re/
quirit aſſenſum. Cuius ineffabilem ad eru/
endos nos dignationē: etiam p̄ſens euāge/
lij lectio declarauit. Ait enim ſicut audiſtis: C
Cum eſſet ſero die illo vna ſabbatoꝝ: venit Ioh.20.
ieſus ianuis clauſis: ⁊ ſtetit i medio diſcipu/
lorū ſuorum. Quid mirū ſi dominꝰ ad diſci/
pulos glorificatū corpus clauſtris ſtupenti/
bus intromiſit: qui illęſo materni pudoris Luc.2.
ſignaculo: ianuā mundi huius intrauit? Cu/
ius ortū naturę neſciunt: nō dubites ſi potē
tiā exercere videas triumphantē: quē tā ſtu
penda ꝑſpicis egiſſe naſcentē. Quid hic re/ Matth.27.
ſpondebūt iudęi ſepulto dño deſcēdentes ⁊
ſignātes lapidē cū cuſtodibus? Quę cū ita
ſint: quomō eū repellere potuit obiectus re/
paguli: quē nō coercuerat pōdus ſepulchri?
Immo quō eū obſerata domꝰ excludere po
tuit: quē includere mortis porta nō potuit?
Quid mirū ſi ſubſtantiā corpis nr̄i ꝑ clauſa
oſtia tranſmiſit: cui etiā penetralia ſupnorū
⁊ ſolis angelis familiare ſecretū patere con/
ſueuit? Cū ḡ dixiſſent alij diſcipuli: vidimus D
dñm: rñdit thomas ⁊ dixit eis: Niſi videro Ioh.20.
inq̄t in manibꝰ eiꝰ fixurā clauoꝝ: ⁊ mittā di/
gitū meū in locū clauoꝝ: ⁊ mittā manū meā
in latus eiꝰ non credā. O bona ignorātia q̄
erudiuit ignaros: q̄ inſtruxit incredulos. O
bona infidelitas: q̄ ſeculorū fidei ꝯmilitauit.
Niſi videro inq̄t in manibꝰ eiꝰ fixurā clauo/

rũ. Vox iſta inquirẽtis eſt: nõ negãtis. Dũ hoc dicit doceri voluit: confirmari deſiderauit: et ideo ad eum dñs ita ait: Infer digitũ tuum huc ꝛ vide manus meas: ꝛ affer manũ tuã ꝛ mitte in latus meũ. Dũ benignũ ꝑbet veritas moderata reſpõſum: in apl'o ſuo nõ dubitationis vitiũ ſ; ſollicitudinis inſtruxit affectũ. Quia ergo illo in tempore tanti myſterij nouitas verſabat᷑: merito curioſe pſcrutationis nõ eſt: ſed vtilitas excuſa accedit: qḋ in his apoſtoli verbis mũdi vtilitas agitur. Unius interrogatio: vniuerſitatis ẽ inſtructio. Oſtendit ergo manus ꝛ latus. Neceſſariũ enim erat vt manifeſtarũ ꝑſens exꝑſſio cicatricũ crucifixi corporis faceret fidem: qꝛ ſplendor noue lucis priſtinam obduxerat veritatẽ: ꝛ cognitionẽ quodãmodo claritas obſcurauerat. Viſis ergo cicatricib⁹: reſpondit thomas ꝛ dixit: Dñs meus ꝛ de⁹ meus. Nouo genere veſtigia vulnerũ diuinitati phibent teſtimoniũ: quia templũ erat dei indumentũ corporis vulnerati. Duas hoc loco in chriſto mirare ſubſtantias. Figurã pſpicit
E corporis: ꝛ deũ ꝑdicat maieſtatis. Ubi ſunt qui dicũt animas nouis in quib⁹ antea non vixerũt corporib⁹ induendas? Ecce in reſurrectionis auctore hoc ipm video reſurrexiſſe quod cecidit: ꝛ ideo mortui dormire dicunt᷑:
Pſ.40. iuxta ꝓphetã: Nũquid qui dormit nõ adijciet vt reſurgat? Quare mortẽ ſomno aſſimilauit? Quia in vno eodẽq; homie: Nũquid alter eſt ꝙ in ſomno reſoluit᷑: alter võ qui in eiuſdem ſomni ſtupore ad vigilandi officia ſuſcitatur? Non vtiq; ſed ipſa abſq; dubio membra euigilaſſe credenda ſunt: ꝙ dormitionis ſtupore laxata ſunt. Ita mors corpus qḋ in puluere ꝓfectura ſuſceperit: idem ipm diſcuſſa reſtituit: nec rude ſed rediuiuũ vas cognat⁹ ſpirit⁹ recognoſcit. Et ꝓpterea myſteriũ reſurrectionis etiã de minimis exponens: ita apl'us loquit᷑: reſurrectionẽ grano
1.Cor.15. tritici comparãs. Etenim tu qḋ ſeminas nõ viuificat᷑: niſi ꝑus moriat᷑. Si q̃n vt moris ẽ fruges botri ſulcis agricola generante credũtur: nũquid aliud eſt qḋ ſepelitur in ſemia: aliud qḋ vireſcit i germina? Sed ſingula q̃q; corpa nõ de nihilo ſ; ſui origine ꝓducunt᷑: et recẽtia de veterib⁹ innouant᷑. Cũ aũt de reſurrectiõe loqueret᷑ apl'us dicẽs: Qḋ ſemias nõ viuificat᷑: niſi ꝑus moriat᷑: vides qꝛ mors qḋ ſuſcepit: hoc refundit? Et vnicuiq; inq̇t ſeminũ ꝓpriũ corp⁹. Nõ vtiq; a genere ſuo alienũ: ſ; nature ſue ꝓpriũ: et de materie ſue qualitate repatũ. Reuocabit᷑ ꝙ in cõtuberniũ pſtinũ aie ꝛ corporis vnitas: ꝛ nullis vnq̃ ſeculis diſſocianda germanitas. Noſtrũ eſt gr̃a auctoris ꝛ redẽptoris inniti: vt ad illorũ numerũ ptinere videamur: de quib⁹ apl'us dicit: Simul rapiemur obuiã chriſto in aera 1.Theſſal.4.
ꝛ in nubib⁹: et ſic ſemp cũ dño erim⁹. Dignũ em̃ eſſe iudicauit vt germana corporis aieq; ſubſtantia cũ chriſto ſimul regnet in celis: ꝙ chriſto ſeruiuit in terris.

**Item eodem die Homelia de eo qḋ ſcriptum eſt in euangelio ſm Johannẽ: Una ſabbati maria magdalene venit mane ꝛc. que habet᷑ in expoſitione doctoris Ibidem.** Joh.20.

**Itẽ eodẽ die ali⁹ ſermo de Ep'la: qui habet᷑ in libro Quinquaginta homeliaꝝ.xx.**

## Dominica in octauis paſche: ad competentes: Sermo I
Ser.C.LV

Paſchalis ſolẽnitas hodierna feſtiuitate cõcludit᷑: et ideo hodie neophitoꝝ habit⁹ cõmutat᷑: ita tñ vt cãdor qui de habitu deponit᷑: ſemp i corde teneat᷑. A
In qua quidẽ primũ nobis agendũ eſt: vt qꝛ paſchales dies ſunt: id eſt indulgentie ac remiſſiõis: ita a nobis ſanctoꝝ dierũ feſtiuitas agat᷑: vt relaxatiõe corpoꝝ puritas non obfuſcet᷑: ſ; poti⁹ abſtinẽtes ab oi luſu: ebrietate: laſciuia: dem⁹ operã ſobrie remiſſiõi ac ſancte ſinceritati: vt q̇cq̇d mõ corpali abſtinẽtia nõ acq̇rim⁹: mẽtiũ puritate q̇ram⁹. Ad oẽs quidẽ ptinet ſermo: quos cura nr̃a complectit᷑: verũtñ hodie termiata ſacramẽtorũ ſolennitate: vos alloq̇mur nouella germina ſanctitatis: regenerata ex aqua ꝛ ſpũſancto: germẽ piũ: examẽ nouellũ. Flos nr̃i honoris ꝛ fructus laboris: gaudiũ ꝛ corona mea: oẽs Phil.4.
ꝙ ſtatis i dño. Apl'icis vbis vos alloq̇r: Ecce nox ꝓceſſit: dies autẽ appropinq̇bit: Abijcite opa tenebraꝝ: ꝛ induite vos arma lucis: ſic in die honeſte ambulem⁹. Nõ in comeſſatiõib⁹ ꝛ ebrietatib⁹: nõ in cubilib⁹ ꝛ impudicitijs: nõ in ꝯtentiõe ꝛ emulatiõe: ſ; induimi dñm ieſũ chriſtũ. B Ro.13.
Habem⁹ inquit certiorẽ ꝓpheticũ ſermonẽ: cui bñfacitis: intendentes tãq; lucerne i obſcuro loco: donec dies luceſcat: ꝛ lucifer oriat᷑ i cordib⁹ vr̃is. Sint ꝙ̃ubi 2.Petri.1. Luc.12.

veſtri accincti ꝛ lucerne ardētes: ꝛ vos ſimi/
les hominib⁹ expectātibus dn̄m ſuū quādo
reuertat᷑ a nuptijs. Ecce dies adueniunt: in
Job.16. quibus domin⁹ dicit: Puſillū inquit ꝛ non
videbitis me: ꝛ iterum puſillum ꝛ videbitis
me. Hec eſt hora de qua dixit: Uos triſtes
eritis: ſeculū autē gaudebit: id eſt vita iſta
temptationib⁹ plena: i qua ꝑegrinamur ab
eo. Sed iterum inquit videbo vos: ꝛ gaude
bit cor veſtrū: ꝛ gaudiū veſtrū nemo tollet a
vobis. Cui⁹ ſpei tam gratū et tam gratuitū
2.Cor.et.5. etiā pignus ſanctū ſpūm accepim⁹: qui in cor/
dibus noſtris inenarrabiles gemit⁹ operat᷑
Eſa.26. ſanctoꝝ deſideriorū. Cōcepimus enim ſicut
ait Eſaias: parturiuimus ſpiritū ſalutis. Et
Job.16. mulier cū parturit: ait dn̄s: triſticia eſt illi qa
venit dies eius: ſed cum peperit fit gaudiū:
qm̄ natus eſt hō in ſeculo. Hoc eſt gaudiuȝ
quod nemo aufert a nobis: quo in eterne vi
te lucē ex hac fidei cōceptiōe trāſfundimur.
Tūc ergo ieiunem⁹ ꝛ oremus: cū dies partu
C ritionis eſt. Hoc totū corpus chriſti in toto
orbe diffuſum: id eſt tota hec agit eccleſia: ꝛ
Pſ.60. illa vnitas que dicit in pſalmo: A finib⁹ ter/
re ad te clamaui: dum anxiaret᷑ cor meū. Uñ
iam nobis elucet: cur quadrageſima inſtitu/
ta ſit hui⁹ hūiliationis ſolēnitas. Qui enim
a finibus terre clamat cum anxiaret᷑ cor ei⁹:
a quattuor orbis terre partib⁹ clamat: quas
frequēter etiā ſcriptura cōmemorat: oriente
ꝛ occiduo: aquilone ꝛ meridie. Per hoc totū
ille decalogus legis iam non ꝑ litterā tantū
modo metuend⁹: ſed ꝑ gratiā charitatis im/
plend⁹ indict⁹ eſt. Unde quater multiplica/
tis decē: videmus quadraginta cōpleri. Sȝ
adhuc in labore tēptationis cum venia deli
Exo.20. ctorum. Quis ēm̄ ꝑfecte implet: Nō concu/
piſces? Unde ieiunandū ꝛ orandū eſt: a bo/
no tamē opere nō ceſſandū. Cui labori mer/
ces illa redditur in fine: que denarij numeri
nūcupatur. Sicut autē ternarius a tribus:
quaternarius a quattuor: ita denarius a de/
cem nomē accepit. Qui cōiunctus eſt qua/
dragenario tāꝗ merces labori reddit᷑. Quī/
quagenarij numeri figura tempus illi⁹ gau/
dij ſignificat: qđ nemo auferet a nobis. Cu/
ius in hac vita nondū ꝑfectionē habemus:
ſed tamē poſt ſolennitatē dn̄ice paſſionis a
die reſurrectiōis eius ꝑ dies quinquaginta
quib⁹ ieiunia relaxamus: hoc in dominicis
D laudibus ꝑſonante alleluia celebram⁹. Nūc
itaqꝫ in ꝑſona chriſti vt nō poſſideamur a ſa
thana: exhortor vos dilectiſſimi vt quotidi/
anis ꝛ largiorib⁹ elemoſynis: frequētiorib⁹
orationibus dominū ꝓpitiemur. Nūc tem/
pus eſt vt vnuſquiſqꝫ abſtineat ſe nō tm̄ ab
illicitis: ſed etiā a quibuſdā licitis: ꝛ oratiōi/
b⁹ atqꝫ ieiunijs vacet: Quis et ꝑ totū annū
certis diebus hoc facere debeat: ꝛ quāto cre
brius: tanto vtiqꝫ meli⁹: qꝛ et q̄ cōceſſa imo/
derate appetit: eū q̄ cōceſſit offendit. Oratio
quippe ſpiritalis res eſt: ꝛ ideo tanto eſt acce
ptior: quātomagꝭ ſue nature implet effectū.
Tantomagis aūt ſpiritali ope fundit᷑: quā/
tomagis animus qui eā fundit a carnali vo
luptate ſuſpēdit᷑. Quadraginta dies ieiuna Exo.34.
uit moyſes legis adminiſtrator: q̄draginta 3.Regl.19.
helias ꝓphetaꝝ excellētiſſimus: q̄draginta Matth.4.
ipſe dn̄s: teſtimoniū habēs a lege ꝛ ꝓphetꝭ.
Baptiſm⁹ ille ꝓponit᷑. Johannes eīm bapti/ E
zauit chriſtū: cum ſe chriſto ꝓfiteret᷑ inferiorē. Matth.3.
Chriſtus autē baptizauit chriſtianū: qui ſe
oſtēdit ꝛ iohāne eſſe maiorē: ſicut circūciſio/
ne carnis: q̄uis eam ꝛ chriſtus accepit ꝛ ne/ Luc.2.
mo chriſtian⁹ occepit. Melius eſt ſacramē/
tum reſurrectiōis chriſti: qđ ad expoliandā
carnalē hāc veteremqꝫ vitā corde circūcideret᷑
chriſtianus: vt audiat apoſtolū dicentē: Si/ Ro.6.
cut chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriā pa/
tris: ſic ꝛ nos in nouitate vite ambulem⁹: ſic
ipſum vetus paſcha qđ agni occiſione cele/
brare p̄ceptum eſt: nō ideo quia hoc cū diſci/
pulis celebrauit chriſtus: iam melius eſt pa/ 1.Cor.5.
ſcha noſtrū qđ imolatus eſt chriſtus. Perti/
nuit eīm ad p̄bendum nobis humilitatis et
deuotionis exemplū: vt illa etiā ſacramen/
ta veniens ſuſcipere dignaret᷑: quibus ven/
turus ipſe prenunciabat᷑: vt hinc oſtenderet
quanta religione nos oportet accipere hec
ſacramēta: quibus iam veniſſe nunciat᷑. Nō
ergo quia chriſtus poſt acceptum baptiſmū
continuo ieiunauit tanꝗ regulā obſeruati/
onis dediſſe credend⁹ eſt: vt poſt ipſius chri
ſti baptiſmum acceptum continuo ieiunare
neceſſe eſſet: ſed plane illo exemplo docuit
ieiunandū eſſe: quādo forte acriore luctami/
ne cum temptatore confligit᷑. Ob hoc enim
et chriſtus qui ſicut homo dignatus ē naſci/
nō reſpuit ſicut hō temptari: vt chriſtianus
magiſterio ei⁹ inſtruct⁹: nō poſſit a tēptatiōe
ſuperari. Siue ergo cōtinuo poſt baptiſmū:
ſiue quolibet interuallo tēporis interpoſito
quādo ſimile prelium tēptationis infert᷑ homi
ni ieiunandū ē: vt ꝛ caro impleat de caſtiga/

tione militiã: et anima impetret de humili/
tate victoriam. In illo ḡ dominico exemplo
illius cauſa ieiunij nõ iordanis tinctio: ſʒ dia
F boli temptatio fuit. Cur autẽ nos ante ſolẽ/
nitatẽ paſſionis dñi ieiunemꝰ: ⁊ illa ieiunio/
rũ relaxatio quinquageſimo die pficiatur: hec
ratio eſt. Ois ꝗ recte ieiunat: aut animã ſuã
in gemitu oratiõis ⁊ caſtigatiõe corporis hu
mili ⁊ ex fide non ficta affligit: aut ab illece/
bra carnis inopia aliqua ſpirituali veritatis
⁊ ſapiẽtie delectatiõe ſuſpẽſa: ad famẽ ſitiqȝ
ſitiendã deſcendit. Interrogãtibꝰ phariſeis
cur diſcipuli eiꝰ nõ ieiunarẽt: Nã de illo pmo
Matth.9. qđ habet aie humiliationẽ: Nõ poſſũt inqt
lugere filij ſponſi ꝙdiu cũ eis ſpõſus eſt: ſed
veniet hora qñ auferetur ab eis ſponſus ⁊ tũc
ieiunabũt. De illo aũt altero qđ habet epu/
Ibi.5 las mẽtis ita cõſequẽter locutus eſt: Nemo
aſſuet pannũ nouũ veſtimẽto veteri: ne ma/
ior ſciſſura fiat: neqȝ mittunt vinũ nouum in
vtres veteres ne rumpantur ⁊ vinũ effundatur:
ſed vinum nouũ in vtres nouos mittunt: et
ambo cõſeruabuntur. Proinde qr iam ſpõſus
ablatus eſt: vtiqȝ nobis filijs illius pulchri
Ps.44. ſpõſi lugendũ eſt. Specioſus eñ forma pre
filijs hominũ: cuiꝰ diffuſa gr̃a in labijs eius.
Inter manus pſequẽtiũ nõ habuit ſpeciem
Esa.53. neqȝ decorẽ: et ablata eſt de terra vita eius.
Et recte lugemꝰ: ſi flagramꝰ deſiderio eius.
Beati quibꝰ cũ licuit ante paſſionẽ tũc ha/
bere pſentẽ: interrogare ſicut vellent: audire
ſicut audire deberẽt. Illos dies cõcupierũt
videre patres ante aduentũ eius neqȝ vide/
runt: qr in alia diſpenſatiõe fuerãt ordinati:
p quos venturꝰ annũciaretur: nõ quibꝰ veni/
ens audiretur. De his eñ aplus loquitur dicẽs:
Matth.13. Multi iuſti ⁊ pphete voluerũt videre ꝗ vi/
detis ⁊ nõ viderũt: et audire que auditis et
nõ audierũt. In nobis aũt illud impletũ eſt
qđ idẽ ipſe dicit: Venient dies qñ deſidera/
bitis videre vnũ de diebus iſtis: ⁊ nõ pote/
ritis. Qui ſancti deſiderij flãma vritur: quis h
non lugeat: quis nõ laboret in gemitu ſuo:
Ps.41. quis nõ dicat: Facte ſũt mihi lachryme mee
panes die ac nocte: dũ dicitur mihi quotidie:
G vbi eſt deus tuꝰ: Credimꝰ quippe eũ iam ſe/
2.Cor.5. dentẽ ad dexterã patris: ſed tñ ꝙdiu ſumus
in corpe pegrinamur ab eo: nec de eo dubitã
tibus vel negantibꝰ ⁊ dicẽtibus: vbi eſt deꝰ
tuus: valemus oſtẽdere. Merito aplus eius
Phil.1. concupiſcebat diſſolui ⁊ eſſe cũ illo: manere
autẽ in carne nõ ſibi optimũ dicebat ſed ne/
ceſſariũ ꝓpter nos: vbi cogitatiões morta/
lium timide et incerte ꝓuidentie noſtre: qm̃
deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa Sap.9.
cogitantẽ: inde temptatio ẽ vita hũana ſup Job.7.
terrã: ⁊ in hac nocte ſeculi circuit ſicut leo ꝗ/ 1.Petri.5.
rens quẽ deuoret. Non leo de tribu iuda rex Apoc.5.
noſter: ſed leo diabolꝰ aduerſariꝰ nr̃. Ille eñ
qttuor aialiũ de Apocalypſi iohannis figu/ Apoc.2.
rã in ſe vno exprimẽs: natus vt homo: ope/
ratur vt leo: imolatus vt vitulus: volauit vt
aquila. Volauit ſup pẽnas ventorum: ⁊ poſuit Ps.17.
tenebras latibulũ ſuũ. Poſuit tenebras ⁊ fa Ps.103.
cta eſt nox: in qua ptranſeũt oẽs beſtie ſilue.
Catuli leonũ rugientes: temptatores vide/
licet p quos diabolꝰ querit quẽ deuoret. Nõ 1.Petri.5.
quidem habẽtes poteſtatẽ: niſi in eos quos
receperint: quia ⁊ in pſalmo ipſo ita ſequitur:
Querẽtes a deo eſcam ſibi. In tam piculo/
ſa ⁊ tẽptatiõibus plena huiꝰ ſeculi nocte: qs
nõ timeatur: quis nõ medullis omnibꝰ cõtre/
miſcat: ne dignus iudicetur qui deuorandus
dimittatur i fauces tã crudelis inimici: Vnde H
⁊ ieiunandũ ⁊ orandum eſt: ⁊ tanto potius:
tanto inſtantius: quanto ꝓpinquius ⁊ ipſa
dominice reſurrctiõis ſolẽnitate paſſioniſqȝ
celebritate anniuerſaria: quodãmodo nobis
eiuſdẽ noctis memoria reſculpitur ne obliuio/
ne deleatur: ⁊ nos nõ corpe ſed ſpiritu dormiẽ/
tes ille rugiens deuorator inueniat. Nam et
ipſa dñica paſſio quid nobis aliud in capite
noſtro ieſu chriſto: ꝙ ipſam vite huiꝰ tẽpta/
tionẽ maxime cõmendauit: Vnde aduenien/
te iã mortis ſue tpe petro dixit: Poſtulauit Luc.22.
ſathanas vexare vos ſicut triticum: et ego
rogaui pro te: ne deficiat fides tua. Vnde ⁊
tu conforta fratres tuos. Et plane conforta/
uit nos p apoſtolũ: Vnde cãm his duobus
in mõte ſe oſtendit. Nos autẽ quia tam lon
gum ieiuniũ perpetrare non poſſumus: vt p
tot dies et noctes nihil alimentorũ ſicut illi
accipiamus: ſaltem quãtum poſſumus faci/
amus: exceptis diebus per quos certis de
cauſis mos eccleſie ꝓhibet ieiunare: Domi/
no deo noſtro vel quotidiano vel crebro ie/
iunio placeamus. Sed nũquid ſicut a cibo ⁊
potu abſtinẽtia: per tot dies non poteſt eſſe
continua: Quãdoquidem tempus humili/ I
ande anime quãtum potui maxime cõmen/
daui: tamẽ ꝓpter hominũ errores qui p va/
niloquas ſeductiões ⁊ prauas cõſuetudines
nobis moleſtã ꝓ vob curã inferre nõ ceſſãt:
tacere non poſſumus. Sunt quidã obſerua/

tores q̄drageſime delitioſi potiꝰ ꝙ religioſi: exquirentes nouas ſuauitates: magis ꝙ veteres cõcupiſcentias caſtigantes: q̄ p̄cioſis copioſiſqȝ apparatibus fructuum diuerſorū quorūlibet varietates ⁊ ſapores ſuperare contendunt. Vaſa in quibus coctę ſunt carnes tanꝙ immūda formidant: ⁊ in carne ſua vētris ⁊ gutturis luxuriā nō formidant. Jeiunant nō vt ſolitā tēperando minuant edacitatem: ſed vt imoderatā differendo augeāt auiditatem. Nam vbi tempus reficiēdi aduenerit: optimis menſis tanꝙ pecora pręſepibus irruūt: ventreſqȝ diſtendūt: artificioſis et peregrinis cōdimentorū diuerſitatibꝰ tantū capiunt manducādo: quātum digerere non ſufficiūt ieiunādo. Sunt etiā qui vinum ita non bibunt: vt aliorū expſſione pomorū alioſqȝ ſibi liquores nō ſalutis cauſa ſꝫ iocunditatis exquirant: tanꝙ nō ſit quadrageſima pię humiliatiōis obſeruatio: ſed nouę voluptatis occaſio. Quātū enī honeſtiꝰ
1. Timoth. 5. eſſet: vt q̄ ꝑpter infirmitatē ſtomachi aquā potare non poterat: vino vſitato et modico ſuſtentaret. Quid autē abſurdius ꝙ tempore quo caro artius eſt caſtiganda: tantā ſuauitatē carni ꝓcuret: vt ipſa fauciū cōcupiſcētia nollet quadrageſimā p̄terire. Quid incōueniētius ꝙ diebus humilitatis quādo parum victus omnibꝰ imitandū eſt ita viuere vt ſi toto tēpore ſic viuat: vix poſſint victū patrimonia ſuſtinere. Cauete iſta dilectiſſi-
Eccl. 18. mi: cogitate quid ſcriptum eſt: Poſt concupiſcentias tuas nō eas. Quod ſaluberrimū p̄ceptum ſi omni tempore obſeruandū eſt: quāto amplius his diebus quādo ita turpe eſt: ſi cupiditas nr̄a ad vſitatas relaxet illecebras: vt merito culpet qui nō reſtrinxerit
K vſitatas. Precipue ſane pauperū memētote: vt qđ vobis parcius viuēdo ſubtrahitis: in cęleſti theſauro reponatis. Accipiat eſuriens chriſtus qđ ieiunans minꝰ accepit chriſtianus. Caſtigatio volentis: fiat ſuſtētatio non habentis. Copioſę voluntatis inopia: fiat neceſſaria inopis. Copioſa ſit etiā in animo placabili ⁊ humili miſericors ignoſcēdi facilitas. Petat veniā: qui fecit iniuriā. Det veniam: qui accepit iniuriā: vt nō poſſideamur a ſathana: cuius triūphus eſt diſſenſio chriſtianorū. Et hęc enī magni lucri elemoſyna eſt: debitum relaxare conſeruo: vt tibi relaxet a domino. Vtrūqȝ opus bonū cęleſtis
Luc. 6. magiſter diſcipulis cōmendauit dicens: Dimittite ⁊ dimittet vobis: Date ⁊ dabit vobis. Mementote ſerui illiꝰ cui omne debitū Matth. 18.
dominꝰ eius qđ donauerat replicauit: quia cōſeruo ſibi debenti centū denarios miſericordiā nō rependit: quā de talentorū decem milibꝰ quę debebat accepit. In hoc genere operis boni nulla ē excuſatio: vbi ſola volūtas tota facultas eſt. Poteſt quiſqȝ dicere: Ne ſtomachus doleat ieiunare nō poſſum. Poteſt etiā dicere: Volo dare pauperi: ſed vnde non habeo: aut tantū habeo vt timeā egere ſi dedero: Et ꝙ ⁊ in his operibꝰ excuſationes pleriqȝ ſibi homies falſas faciunt: ꝙs veras inueniūt: verūtamē quis equidē dicat: ideo nō ignoui veniam petenti: q2 me valitudo impediuit: aut qr manus qua porrigerem non fuit. Dimitte vt dimittat tibi. Luc. 6.
Cordis hoc opus eſt: nullum vel carnis ſuę membrū in adiutoriū animę aſſumit vt hoc impleat qđ rogat. Volūtate agit: voluntate pficitur. Fac ſecurus: nihil in corpore dolebis: nihil in domo minus habebis. Jam vo fratres videte quid malū ſit vt pęnitenti fratri nō ignoſcat: cui p̄ceptū eſt vt inimicū adhuc diligat. Quę cū ita ſint: ⁊ cū ſcriptū ſit: Sol nō occidat ſup iracundiā veſtrā: cōſi- Eph. 4.
derate fratres vtrū chriſtianus ſit dicēdus: qui aut his diebus inimicitias nō vult finire: quas nunꝙ debuit exercere.

## Eadem dominica: Sermo II

Sermo C.LVIII

A Q Vantū dño donāte poſſumꝰ: de carnis reſurrectiōe tractemꝰ. Hęc eſt enī fides nr̄a: hoc donū in dn̄i nr̄i ieſu chriſti nobis carne ꝓmiſſū ē: ⁊ in ipſo p̄ceſſit exemplū. Voluit enī nobꝫ qđ ꝓmiſit in fine nō ſolū ꝓnūciare: ſꝫ etiā demōſtrare. Illi q̄dem q̄ tūc fuerūt cū illū viderēt: ⁊ cū expaueſcerēt: ⁊ ſpm̄ ſe videre crederēt: ſoliditatē corporis tenuerūt. Locutꝰ ē enī nō ſolū v̄bis ad aures eorū: ſꝫ etiā ſpecie ad oculos eorū. Parūqȝ erat ſe p̄bere cernendū: niſi etiā offerret ptractādū atqȝ palpādū. Ait enī: Quid turbati eſtis: ⁊ cogitatiōes aſcēdūt i corda vr̄a. Putauerūt enī ſe ſpm̄ videre. Quid turbati Luc. 24.
eſtis inqt: ⁊ cogitatiōes aſcēdūt in cor vr̄m. Videte manꝰ meas ⁊ pedes meos: palpate ⁊ videte: q2 ſpūs carnē ⁊ oſſa ñ habet ſicut me videtis hr̄e. Cōtra iſtā euidētiā diſputabāt B
homies. Quid enī aliud facerent homines qui ea quę ſunt hominū ſapiunt ꝙ ſic diſputare de deo contra deū. Ille enim deus eſt:

Ps.93. iſti homines ſunt. Sed dominꝰ nouit cogita
tiones hominũ: quoniam vanę ſunt. In ho
mine carnali tota regula eſt intelligendi: co/
ſuetudo cernẽdi. Nõ ſolent videre credunt:
quod non ſolent nõ credunt. Pręter cõſue/
tudinẽ facit deus mirabilia: quia deus eſt.
Maiora quidẽ mirabilia ſunt: tot quotidie
homines naſci qui nõ erant: ꝙ paucos reſur
rexiſſe qui erant. Et tamẽ iſta mirabilia non
cõſideratione cõphenſa ſunt: ſed aſſiduita
te viluerunt. Reſurrexit chriſtus: abſoluta
res eſt. Corpus erat: caro erat: pependit in
cruce: emiſit animã: poſitus in ſepulchro: ex/
hibuit illam viuã: qui viuebat in illa. Qua/
re miramur? Quare nõ credimus? Deus eſt
qui fecit. Conſidera auctorẽ: ⁊ tolle dubita/
C. tionẽ. Quęrũt ergo homĩes: vtrũ corruptio
iſta corporis quã ſentiũt in carne ſua futura
ſit in reſurrectione mortuorũ. Dicimus non
futuram. Reſpondent nobis. Si corruptio
nõ erit: quare manducabitꝛ? Aut ſi non man
ducabitꝛ: quare poſt reſurrectionẽ dominus
manducauit? Modo cum euangeliũ legere/
tur audiuimus: quia cum exhiberet ſe viuũ
oculis manibuſq; diſcipulorũ ſuorũ: parum
illi viſum eſt ad demonſtrandã euidentiam
Luc.24. corporalẽ: ſed addidit: Habetis hic aliquid
quod manduceꝛ? Et obtulerunt ei partẽ pi/
ſcis aſſi: ⁊ fauum mellis. Manducauit: ⁊ re/
liquias dedit eis. Dicitꝛ eñ nobis: Si corru/
ptio corporis non reſurgit: quare manduca/
uit dominꝰ chriſtus? Legitis quia mãduca/
uit: nũquid legitis quia eſuriuit? Quod mã
ducauit ieſus: poteſtatis fuit non egeſtatis.
Si deſideraret manducare egeret: rurſus ſi
Gen.18. et 19. manducare non poſſet: minus valeret. Nũ/
quid ⁊ angeli quando ſuſcepti ſunt hoſpitio
a patribus noſtris non manducauerũt? Et
tamen corruptibiles non fuerunt. Rurſus
dicũt: Reſurgunt vitia? Et reſpondetꝛ a no/
bis: Non. Quare ergo inquiunt dominus
cum ſuorum vulnerum cicatricibus reſurre/
xit? Quis adhuc dicimus: niſi quia ⁊ hoc po
teſtatis fuit non neceſſitatis? Sic reſurgere
voluit: vt quibuſdam dubitantibus exhibe
ret in illa carne cicatrices vulneris. ⁊ ſanaret
vulnus incredulitatis.

C.LIX. Eadem dominica: Sermo III

A Lectio euangelica fratres chariſſimi
quę nuper auribus noſtris inſonuit
continet magnum miraculum. Quis vbiq;
ſit dominus: ipſius miraculum continet be/
neficium in quo acceperũt diſcipuli ſpiritũ
ſanctũ. Miraculũ eſt ꝙ dominꝰ noſter ieſus Joh.20.
chriſtꝰ in carne vera intrauerit ad diſcipulos
ꝑ oſtia clauſa. Requiris a me forſitan ratio/
nem: ⁊ argumentũ requiris. Si vera inqui/
es caro fuerat ꝙ reſurrexit: quõ ipſa clauſis
ianuis ad diſcipulos introiuit? Ita ne vero
inquies cuiuſpiã capit auditus: qd non ob/
ſeruat opus: et intrare quiſꝗ; limen in corpo
re potuit? Redde mihi inquit rationẽ. O hõ
ſi rationẽ a me poſcis: nõ erit mirabile. Ex/
emplũ quęritur: non erit ſingulare. Credis
nempe dominũ chriſtũ ſuꝑ aquas maris fir/ Matth.14.
mis greſſibus ambulaſſe? Credis vtiq;. Di/
cis igitur mihi: Si per oſtia clauſa chriſtus
intrauit: vbi eſt corporis pondus? Recedãt
pauliſper modus et pondus. Ille hęc fecit
cui nihil impoſſibile eſt: chriſtus qui carnem
ſuam potuit de ſepulchro ꝓducere: non po/
tuit clauſis ianuis ad diſcipulos introire?
Quando audis miraculũ: ſerua fidem: non
inquirat animus rationẽ. Hinc eſt qd ⁊ tho/ B
mas diſcipulus titubauit nec credidit: ſed
eum dominus poſtea cõfirmauit. Dixerant
enim ⁊ cõdiſcipuli eius: Vidimus dominũ. Joh.20.
Ille autẽ: niſi videro inquit in manibꝰ eius
fixurã clauorũ: et mittã digitũ meũ in latus
eius nõ credã. Sciebat eñ clauis in cruce cõ
fixũ: ſciebat lancea latus ꝑcuſſuꝫ. Hęc ſigna
ꝗrebat: iõ nõ credebat. Manꝰ ꝗrebat: ⁊ latꝰ
⁊ dũ curioſus exiſtit in vulnere: mortẽ incur
rerat in fide. O beate apoſtole: ante oculos
tuos chriſtus lazarũ potuit ſuſcitare: et ipſe Joh.11.
non poterat de ſepulchro ſurgere? Quęris
loca clauorũ: ⁊ oblitus es miracula tanta ſi/
gnorũ? Nõne ante oculos tuos cęcos illumi
nauit: palyticos ſanauit: leproſos mũdauit?
Sic ꝑdidiſti in triduo memoriã magiſtri: vt
potentię nõ crederes chriſti? Mors chriſti in
carne: vita tua debet eſſe ĩ fide. Vidiſti quí/
dem ꝑcutientẽ lanceã: ſꝫ diuinã nõ penetra/
uit potentiã. Ecce iterum venit dñs: ne peri
ret diſcipulus: ⁊ dicit thomę: Infer digitum Joh.20.
tuũ huc: ⁊ vide manus meas: et affer manũ
tuã ⁊ mitte in latus meũ: ⁊ noli eſſe incredu/
lus ſed fidelis. O pietas ſaluatoris quę non
dedignatꝛ locũ oſtẽdere cicatricis. Reſpõdit
thomas ⁊ dixit: Dñs meus ⁊ deꝰ meus. Nõ
eſt dñs ⁊ deꝰ tuus: qꝛ voluit vt videres: ne ĩ
incredulitate aĩaꝫ ꝑderes. Merito ad eũ

dñs ſic loquit: Quia vidiſti me credidiſti: beati q̄ nō viderūt et crediderūt. Ecce diſcipulus trepidauit: ecce eccleſia quod non vidit credidit. Beatū meritū noſtrū fratres: ſi in eccleſia catholica teneat acceptum. Hic accipitur merces: vbi vera tenet et cognoſcit fides. Hanc igit eccleſiā chriſt⁹ ſua reſurrectione cōſtituit: in hac eterna p̄mia collocauit. Credite fratres: ille ſperet requiem qui non diſceſſerit a radice: cui eſt honor et gloria in ſecula ſeculorum: Amen.

Ser. C.LX **Eadem dominica: Sermo IIII**

A Audiuit charitas vr̄a cū ſanctū euāgeliū legeret: dñm et ſaluatorē noſtrū ieſum chriſtū poſt reſurrectionē ſuā clauſis oſtijs introiſſe ad diſcipulos ſuos. Magnū miraculū: ſed mirari deſinis: ſi deū cogitaueris. Mirum em̄ eſſet ſi ſolus homo hoc feciſſet. Refer ad omnipotentiā: nō ad phantaſiā. Oſtijs clauſis intrauit. Reſpondeo tibi vt ſcias quia vera caro fuerat: cicatrices tangendo monſtrauit. Sed ſicut non eſt inquis nature corporalis p ianuam clauſam intrare: ſic non eſt nature corporalis ſuper fluct⁹ maris ambulare. Intrauit p clauſa oſtia: reſponde mihi: da mihi ſoliditatem carnis. Ambulauit ſup aquas maris: da mihi z tu pondus carnis. Vis noſſe hoc omnipotentie fuiſſe? Et petro dedit. Qui qđ voluit dedit: qđ ꝓpriū erat ſibi ſeruauit. Ille em̄ viuens per clauſas ianuas intrauit: qui naſcendo integritatem matris nō violauit. Ergo fratres admirati credamus: credētes obaudiamus: obaudiētes ſperemus ꝓmiſſa: ſi facimus iuſſa: q: vt faciamus iuſſa: ipſe adiuuat a quo ſperamus promiſſa. Hodie octaue dicunt infantiū: reuelanda ſunt capita eorum: qđ eſt indicium libertatis. Habet em̄ libertatē iſta ſpiritalis natiuitas: ꝓpter autem carnis natiuitas ſeruitutē. Due ſunt vti hominis natiuitates: naſci z renaſci. Naſcimur ad laborem: renaſcimur ad quietem. Naſcimur ad miſerias: renaſcimur ad eternam felicitatē. Nam illi pueri: infantes: paruuli: lactentes: maternis vbertibus inherentes: z quātum in eos gratie referat neſcientes: vt ipſi videtis quia infantes vocant: et ipſi habent octauas hodie. Et iſti ſenes: iuuenes: adoleſcētuli: omnes infantes. Vna quippe illorū infantia ptinet ad vetuſtatem: altera ad nouitatē. Nam quos videtis recētes a partu: veteres naſcunt. Vetus homo noſter dictus eſt adam ex quo naſcimur: nouus homo chriſtus p quē renaſcimur. Iſti & z noui ſunt: z renati ſunt ad aliam vitā: z eſt i illis ſi dici poteſt quādo naſcunt noua vetuſtas. Ecce miſcent hodie fidelibus infantes noſtri: z tanꝙ de nido volant. Neceſſe ē ergo vt parturientes eos alloquamur. Sic em̄ recolitis fratres mei: hyrundinū vel domeſticorū paſſerū pullos quando volare de nido ceperint: matres cum ſtrepitu circūuolant: z vocibus pijs teſtant pericula filiorū. Scimus ergo multos qui appellant fideles male viuere: z gratie quā acceperūt morib⁹ ſuis non cōuenire: laudare deū lingua: blaſphemare vita. Scimus aūt alios inter iſtos multos tanꝙ inter multā z abundantē paleā velut grana gementes in tritura: ſed ſpe horrei ſe collocātes. Duo iſta genera hominū ſcimus eſſe in eccleſia. Aream dominicā eccleſiā nouimus: ventilationē in die iudicij ſperamus: maſſam frumenti in reſurrectiōe deſideramus: horreū in vita eterna ſumere cupimus. Ibi nulla palea erit: ſicut in gehēna nullū granū erit. Nunc ergo fratres mei cum ſciamus duo iſta genera hominū eſſe i eccleſia: piorū z impiorū: bonorū z malorū: timentiū z cōtemnētiū: quib⁹ cōiungant iſti neſcimus. Qđ autem velimus z ipſi ſciunt: vtrū de illis vota noſtra compleant: humana ignorātia ſollicitudine fatigat aliquādo z falſis ſuſpitionib⁹ agitat. Ex his diſcit in hac terra: vbi ſine tēptatione nō viuit. Admoneo ergo vos ſancta germina: admoneo vos nouelle in agro dominico plante: ne de vobis dicat qđ de vinea domus iſrael dictū eſt: Expectaui vt faceret vuas: fecit autē ſpinas. Botrū in vobis iueniat: qui botrus ꝓ vobis calcatus eſt. Viuam ferte: bene viuite. Fructus em̄ ſpirit⁹ eſt: ſicut dicit apoſtolus: charitas: gaudiū: pax: longanimitas: benignitas: bonitas: manſuetudo: fides: cōtinentia: caſtitas. Quando ad nos venerit agricola noſter cuius nos operarij ſum⁹: ille qui intus dat incrementū: nam nos forinſecus plantare nouimus z rigare: ſed ait apoſtolus: Neꝗ qui plantat eſt aliquid: neꝗ q̄ rigat: ſed deus qui incremētū dat: Qui mō videt quomodo audiatis: qui modo inſpicit quomodo timeatis: aut iam cōtinere incipiatis: cum ad vos ille agricola venerit: inue-

Margin notes: Job.20. a — Matth.14. — Luce.2. — B — C — D — Eſa.5. — Gal.5. — 1.Cor.3.

Phil.4. niat in vobis qđ dixit aplus: Gaudiū meū E ⁊ corona mea: omnes qui statis in dño. Fratres: filij dulcissimi: filij charissimi: imitamini bonos: cauete malos. Scio enim q̄ venturi sunt ad vos homines mali: ⁊ ꝑsuasuri vobis vinolentiā: ⁊ dicturi sūt vobis. Quare? Nōne ⁊ nos sum⁹ fidelissimi? Scio: inde doleo: inde timeo. Jam tu si dixeris cōstanter frat̃ nec te velle facere qđ facis: sed si te nō possū ducere in bonū meū: vel noli me trahere ad malū tuū. Hominib⁹ istis vt fieri solet caput dolebit. Dicturus est tibi vicinus tuus aut vicina: Est hic incantator: est hic remediator ⁊ nescio vbi mathematicus. Tu dicis: Christianus sum: non licet mihi. Et si ille dixerit tibi: q̄re? Nōne ego christian⁹ sū? Tu dicturus es: Sed ego fidelis sum. Et ille tibi: Et ego baptizatus sum. Fiunt angeli diaboli: membra christi. Quia ipsum possidet inimicus: trahere querit ⁊ aliū. Inueniat vos paratos: qui ista vobis p̄pauit. Ideo loquor: ideo cōtestor: ideo nō taceo: ideo vestimēta mea excutio: ideo in tribunali dei mei excusatū me habeo. Dicā deo meo: Domine nō tacui: dñe talentū qđ mihi dedisti nō abscō- Matth.25. di: ſ erogaui: Hoc poterit mihi dicere: Serue nequā: tu dares: ego exigerem. Ecce dñe dedi: tu exige. Et si forte vos vet⁹ titillauerit cōsuetudo: habetis quem interpelletis. Maior est adiutor q̄ oppugnator. Ideo ge- Matth.6. mitis: ideo oratis: ideo dicitis: Ne nos infe- F ras in temptationē. Obseruate illud etiam fratres mei qđ supra dicitis: Dimitte nobis debita nostra: vt faciatis qđ sequit̃: Sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitoribus nostris. Elemosynam facis: elemosynā accipis. Ignoscis: ignoscet̃ tibi. Erogas: erogabit̃ tibi. Deum audi dicentē: Dimittite: et dimittet̃ vobis: Date: ⁊ dabit̃ vobis. In mente habete pauperes. Omnibus dico: Facite elemosynas fratres mei: facite ⁊ nō pderis. Deū credite. Non solū dico vobis: non pditis qđ facitis cum pauperibus: sed plane dico vobis: hoc solū nō pditis: cetera pditis. Ecce videam⁹ si exhilaratis pauperes hodie: horrea ipsorū vos estis: vt det vobis deus vnde detis: ⁊ Eccli.29. dimittat qđ forte peccatis. Includite elemosynā in cordibus pauperū: ⁊ ipsa pro vobis exorabit dominū: cui est honor ⁊ gloria i secula seculorū: Amen.

## Ser.C.LXI. Eadem dominica: Sermo V

A Retinet sanctitas vestra fratres superiorē tractatū: i quo scripsim⁹ sanctū Thomā apostolū ad cōfirmandā fidem omniū post resurrectionē dñici corpis membra palpasse: ⁊ ad repellendā ambiguitatē vniuersorū vulnerū eius cicatrices scrutari voluisse. Non eñ ꝓpter se tm̄ hoc operatus est beatus aplus: sed qđ sibi gessit: cūctis ꝓficit. Cū suā eñ exercuit sollicitudinē: fidē omniū cōfirmauit. Quis eñ ex hoc dubitet redisse a mortuis saluatorē: cuius post inferos p̄sentiā agnoscat oculus: attrectet manus: digitus pscrutet̃? Quis igit̃ modice fidei homo: quis imbecillis ingenij christianus: nūq̄ sollicitudinē suā inquisitioni thome ęqparare potuisset? Nunq̄ eñ post agnitionē ac ꝯuersationē loquela ausus eēt petere: vt etiā tactu christū pscrutaret̃ in christo: ⁊ in ipso homine quē cerneret hominis corpus inquireret: ⁊ resurrectionē eius non tā mirabiliū gloria crederet q̄ passiōis iniuria cōprobaret. Thomas ergo cum esset sanct⁹ fidelis et iustus: hec omnia sollicite requisiuit: nō q̄ ipse aliquid dubitaret: sed vt oēm suspitionē incredulitatis excluderet. Nam suffecerat illi ad fidem ꝓpriā vidisse quē nouerat: sed nobis opatus est: vt tangeret quē videbat: vt si forte dicerem⁹ delusos eē oculos: nō possemus dicere manus illius fuisse frustratas. In resurrectiōis eñ manifestatione de aspectu ambigi potest: de tactu non potest dubitari. B Cōstat enim veritatis ipsius testimonio redisse ab inferis saluatorem. Quis nō spem suā in christo collocet? Quis nō fidem suā ponat in dño: vt dū illū credit ab inferis: ipse resurgat a mortuis? Dicit beatus aplus: Si eñ mortui nō resurgūt: neq̄ 1.Cor.15. christus resurrexit. Quia ergo surrexit christus: suscitabunt̃ et mortui: quia resurrexit dñs: et seruuli reuiuiscent. Col.1. Ipse eñ est sicut ait aplus: primogenitus ex mortuis. Sicut eñ est apud superos idem primogenitus in multis fratrib⁹: ita ⁊ ab inferis est p̄mogenitus ex defunctis. Primogenit⁹ aūt dicit̃ qđ ex eo qđ secutus alijs primus gignit̃. Primogenitus ergo christus vocat̃ ex mortuis: qđ primū illum ex inferni tenebris in lucem resurrectionis partus ediderit. Partus eñ dicendus est: vbi pmutatione quadā anima tartari legibus morit̃: vt rediuiuo corporis vsui renascat̃. Natiuitas eñ resurrectionis apud superos mors quedam inferorum est.

Unde ipſa mors mortē quodāmodo patit̄: dum ei inuite defunctoꝝ multitudo ſubtra
1. Cor. 15. hit̄. Nam ſic beatus apoſtolus dicit: Nouiſſima autē inimica deſtruet̄ mors. Et iterum: Abſorpta eſt mors i victoria. Cū ergo abſumit̄ mors in victoria: defectionis quadā ſue internitione deſtruit̄. Defectionē autē patit̄ cum poteſtas eius cunctis reſurgētibus vacuat̄. Uideamus autē quid ſit qđ ait: Mortem in victoria eſſe cōſumptam. Cōſumpta eſt plane mors in victoria ſua: dum chriſtū inferni legibus ſubijciens: ipſa ſe cū eū vincit obtriuit. In eo enim in quo illum quem ſe ſuperaſſe credebat poſſedit: ab eo victa ē
C cum reſurrexit. Totam ergo fidē noſtram in reſurrectionis gloria collocare debemus: et in futura magis vita ſperare de dño. Sic em̄
Ubi. ſ. ait ſanctus apoſtolus: Si in hac vita tantū in chriſto ſperamus: miſerabiliores ſumus omnib⁹ hominib⁹. Miſer ergo eſt qui i hac tantū vita ſperat i domino. Miſer plane ē: quia cito ſpes eius ſubducit̄: dum cito hec breuis vita finitur. Nam ſpes illius caduca efficitur: dum temporali tranſitu dulcedinis eius voluptas elabit̄. De tali enim ſpe dicit
Ro. 8. apoſtolus: Spes autem que videt̄ non eſt ſpes. In futura igitur vita ſperemus in domino: que ſolida eſt atqꝫ ꝑpetua: vt non miſerabiliores cunctis hominibus: ſed meliores eſſe poſſimus.

## Ser. C.LXII Eadem dominica: de Reſurrectione: Sermo VI

A Certiſſima eſt fiducia chriſtianorū diuinitus ꝑmiſſa: reſurrectio mortuorū. Hanc em̄ veritas ipſa promiſit. Ueritas em̄ mentiri nō poteſt. Alioquin veritas nō eſt: ſi mētiri poteſt. Uera eſt igitur de reſurrectione corporū ꝑmiſſa veritas: qa veritas que mentiri non nouit: totū neceſſe eſt vt impleat qđ promiſit. Hanc em̄ reſurrectionē corporū: vt futurā certiſſime nouerimus: ipſe dominus nobis in ſuo corpore dignatus eſt demonſtrare. Reſurrexit chriſt⁹ vt reſurrecturū ſe non dubitet chriſtianus. Qđ em̄ ꝓceſſit in capite: ſequet̄ in corpore.
B Noſſe em̄ debem⁹ dilectiſſimi fratres: duas eſſe mortes: ⁊ duas eſſe reſurrectiōes. Dicit̄ em̄ mors ꝓma: dicit̄ et ſecūda. Porro prime mortis due ſūt partes. Una q̄ peccatrix aīa ꝑ culpā diſceſſit a creatore ſuo. Altera qua iudicante deo: excluſa eſt per penam de corpore ſuo. Mors autē ſecūda: ipſa eſt corporis ⁊ anime punitio ſempiterna. Per mortē v̄o ſecundā anima ſolius mali hominis in eternū cū corpore ſuo cruciat̄. Utraqꝫ ergo mors omnē hominē tenebat obſtrictū: quia nature tranſgreſſio vnūquēqꝫ peccatis propagat obnoxiū. Uenit autē dei filius imortalis ⁊ iuſtus vt moreret̄ ꝓ nobis: in qua carne quia nullū potuit habere peccatū: ſine reatu pertulit peccati ſuppliciū. Secundā itaqꝫ prime mortis partem: id eſt ſolius corporis mortē: dei filius ꝓ nobis accepit: per quā a nobis ⁊ dominationē peccati ⁊ penam eterne punitionis excluſit. Hoc ergo chriſtus in ſuis fidelibus miſericorditer operat̄: vt hic eos pmo in anima reſuſcitet: donans fidem vt recte credant: tribuēs charitatē vt bonis operibus libēter inſiſtant. In nouiſſimo v̄o die ad hoc eis corpa reſuſcitare dignabit̄: vt eis eternam beatitudinem largiat̄. Reſuſci C
tati ergo in anima per fidem dilectiſſimi fratres: cū iuſticia viuamus vt etiam corpore ad eternam leticiam reſurgamus. Diſcedamus ab operibus malis que mortificāt animā: etiā dum viuit corpus: vt in eternis bonis ⁊ anima noſtra mereat̄ eſſe ⁊ corp⁹. Seruemus prime reſurrectionis munus: qđ nobis per fidem largitus eſt chriſtus: vt cū reſurrexerimus corpore: mereamur cū chriſto ſaluatore ſine fine regnare. Tūc abſorbebit̄ 1. Cor. 15.
mors in victoria. Tunc dabit̄ fidelibus vera vita: veraqꝫ leticia. Tunc deus pro meritis fidei atqꝫ bonoꝝ operū dabit ſuis fidelibus regnum celorū: Qui viuit ⁊ regnat cum patre ⁊ ſpirituſancto in vnitate deus ⁊c.

## Eadem dominica: Sermo VI Sermo C.LXIII

A Paſcha chriſti dilectiſſimi regnum eſt celi: ſalus mūdi: vita credentiū: occaſus inferni: gloria ſupnorū: reſurrectio mortuorū: teſtimoniū reſurrectionis diuine: precium redemptionis humane: cognitio mortis abolite. Que feſtiuitas dei ſacrata myſterio ⁊ cognita ſacramento: virtutē dominice reſurrectionis ꝑ angelos indicat: per apoſtolos manifeſtat: per corda credentiū bona multiplicat. Hic igitur eſt dies Pſ. 117.
dilectiſſimi quem fecit dominus: vt audiſtis celſior cūctis: lucidior vniuerſis: in quo dominus reſurrexit: in quo ſibi nouam plebem

vt ipſi videtis regenerationis ſpiritu cõquiſiuit: in quo ſingulorũ mentes gaudio et exultatione perfudit. Hic ergo dies reſurrectionis chriſti: defunctis vita: peccatorib⁹ venia: ſanctis eſt gloria. Si quidem operatione virtutis eleuat de imo: ſuſcitat de terrenis: collocat in excelſis: conſũmat iuſtos: fir-

B mat dubios: damnat incredulos. Ad hoc enĩ dominus hodie reſurrexit: vt imaginem nobis future reſurrectiõis oſtenderet: Et ideo hodie vt vitali lauacro reſurgens dei populus ad inſtar reſurrectionis eccleſiam noſtrã ſplendore niuei candoris illuminet: gratias agere deo noſtro debem⁹: ꝗ dum ſancti paſche ſolennitatem colimus: future reſurrectinis ſpeciem iam videmus: reſurrecturũ eſſe humanũ genus in ſeculi conſũmatione poſt mortem: nunc reſurgit in baptiſmo: ſuſcitãdus eſt tunc dei populus poſt ſoporẽ: nunc ſuſcitat̃ poſt infidelitatẽ: liberandus eſt tũc a mortali conditione: nunc liberat̃ ab ignorantie cecitate: renaſciturus eſt ad eternitatem: nunc naſcit̃ ad ſalutem. Omnes enĩ qui olim in chriſto baptizati aſſumere non poſſunt candidam veſtem: conuerſationem ſaltem candidam nõ relinquant. Solet ſub nigro habitu aĩa ſatis pura latitare: nec multum intereſt: ſi quis non habet candidã veſtem. Talis latro fuit ille qui in euangelio crucifixus cum ſaluatore clamaſſe dicitur:

Luc. 23. Memento mei domine dum veneris in regnum tuum. Attendite ergo chariſſimi ⁊ videte: quid fidelis obtinet: quid meret̃? Regnum ſaluatoris latro poſcit in cruce: ⁊ dux pene multitudinẽ patitur: ad premia eterna perducit̃. Imitamini ergo eius deuotionẽ: imitamini amare regnũ chriſti: quod poſcit latro moriendo: vos deſiderate bene viuendo. Illi⁹ credulitati paradiſus aperit̃: ⁊ noſtre ſpei eternorũ monſtrat̃ firmitas premiorum. Letemur ergo ⁊ exultemus in hac die: in qua dominus reſurgens intulit pacẽ: in-

C tulit ſalutem. Hoc itaqꝫ admoneo fratres

De cõſe. diſ. 4. vos aũ. dilectiſſimi: vt quotiens paſchalis ſolennitas venit: quicũqꝫ viri: quecũqꝫ mulieres de ſacro fonte filios ſpiritaliter exceperunt: cognoſcant ſe pro ipſis fideiuſſores apud deũ extitiſſe: ⁊ ideo ſemper illis ſollicitudinẽ vere charitatis impẽdant: et admoneãt vt caſtitatẽ cuſtodiant: virginitatem vſqꝫ ad nuptias ſeruent: a maledicto vel periurio linguam refrenẽt: cantica turpia vel luxurioſa ex ore non ꝓferant: nõ ſuperbiant: nõ inuideant: iracundiã vel odium in corde non teneant: auguria non obſeruent: philateria ⁊ characteres diabolicos nec ſibi nec ſuis aliquãdo ſuſpendãt: incantatores velut miniſtros diaboli fugiant: fidem catholicam teneant: ad eccleſiam frequẽtius currant: contempta verboſitate lectiones diuinas attẽtis auribus audiant: peregrinos accipiant: et ſcdm̃ ꝙ ipſis in baptiſmo dictum eſt: hoſpitum pedes lauent: pacem ⁊ ipſi teneant: diſcordes ad concordiam reuocare contendant: ſacerdotibus et parentibus honorem amore vere charitatis impendant. Hec ergo omnia et his ſimilia ſi filios ⁊ filias veſtras admonere contenditis: cum ipſis ad eternã beatitudinẽ feliciter ꝑuenietis. Nemo ſe circũueniat fratres chariſſimi: null⁹ homo ſibi ſolũmodo viuat: Et ſicut frequẽter ſuggeſſi: quãtoſcunqꝫ aliquis exemplo ſancte vite edificauerit: cum tantis et pro tantis mercedem beate vite retributionis accipiet: Et quãtiſcunqꝫ exemplum male conuerſationis etiam ſi non eum illi ſequant̃: ꝓbuerit: ꝓ tantis ſe malis rationẽ nouerit redditurum. Et ideo ſicut iã ſupra ſuggeſſi: neophitis noſtris auxiliante domino exemplũ bone cõuerſationis quãtum poſſumus debemus oſtendere: vt non ꝓ illorum deſtructione penam recipere: ſed potius ꝓ edificatione ad indulgentiã peccatorũ mereamur ꝑuenire: ꝓſtante dño noſtro ieſu chriſto.

## Eadem dominica: ad baptizatos vt bonos nõ malos in eccleſia imitentur: Sermo VIII

Sermo C.LXIIII

A h Odierna die ꝗ baptizati ſunt i xp̃o ⁊ regenerati: alloqmur eos ⁊ vos in eis ⁊ ipſos in vobis. Ecce facti eſtis membra chriſti. Si cogitet̃ quid facti eſtis: omnia veſtra oſſa dicent: Domine quis ſimilis tibi. Non enim digne cogitari poteſt illa dignatio dei. Defecit omnis ſermo ſenſuſqꝫ humanus veniſſe vobis gratuitã gratiam nullis meritis precedentibus. Ideo et gratia dicit̃: quia gratis dat̃. Quã gratiã? Vt ſitis membra chriſti filij dei: vt ſitis frẽs vnici. Si ille vnicus: vnde vos fratres: niſi qꝛ vnicus natura: vos gratia fratres facti?

Quia ergo membra chriſti facti eſtis: admo/
neo vos: timeo de vobis: non tantũ a paga
nis: non a iudeis: non ab hereticis: quãtum
a malis catholicis. Eligite vobis de populo
dei q̃s imitemini. Nam ſi turbã imitari vo/
lueritis: int̃ paucos anguſtã viã ambulãtes
nõ eritis. Abſtinete vos a fornicatiõe: a rapi/
nis: a fraudibꝰ: a piurijs: ab illicitis rebus: a
iurgijs. Ebrietas repellat̃ a vobis. Adulte/
rium ſic timete quomodo mortem: mortem
non que animã ſoluit a corpore: ſed vbi ani/
B ma ſemper ardebit cũ corpore. Fratres: Fra
tres mei: filij mei: filie mee: ſorores mee: ſcio
agere diabolũ partes ſuas: nec quieſcere lo/
qui in cordibus eorum quos obligatos ſuis
vinculis tenet: Scio fornicatoribus: adulte/
ris qui contenti nõ ſunt coniuge ſua: dicere
diabolũ in cordibus eorum: nõ ſunt magna
carnis peccata. Contra hanc diaboli ſuſur/
rationem debemus habere chriſti incarna/
tionez. Hoc eſt vnde chriſtianos decipit ini/
micus per carnis illecebras: cũ eis facit leue
quod graue eſt: leue quod aſperum eſt: dul/
ce quod amarum eſt. Sed quid ꝓdeſt quia
ſathanas facit leue: quod chriſtus oſtendit
graue? Nũquid nouum aliquid facit diabo/
lus dicere chriſtianis fidelibus: nihil graue
eſt q̃d facio in carne tua peccans? Nunq̃d in
ſpũ facile delet̃ carnis peccatũ: facile a deo
venia dat̃? Quid fac̃ magnũ? Artificiũ ſuũ
Gen.3. facit: q̃d ꝛ i paradiſo dixit: Mãducate ꝛ eritis
ſic dij: nequaq̃ moriemi. Deꝰ dixerat: Qua
die mãducaueritis: morte moriemi. Monet
inimicus ꝛ ait: Non moriemini: ſed aperien/
tur oculi veſtri et eritis ſicut dij. Dimiſſa eſt
iuſſio dei: ꝛ audita eſt pſuaſio diaboli. Tũc
inuenta eſt vera iuſſio dei: et falſa deceptio
diaboli. Nũquid profuit obſecro vos: quia
dixit mulier: Serpens deduxit me? Nũquid
valuit excuſatio? Si valuit excuſatio: quare
C ſecuta eſt damnatio? Ideo vobis dico fra
tres mei: filij mei qui habetis vxores: vt ni/
hil aliud noueritis: ꝛ qui non habetis et du
cere vultis: integri vos ad eas ſeruate: ſi/
cut integras vultis inuenire. Uos qui con/
tinentiam deo vouiſtis: nolite retroſpice/
re. Ecce dico vobis: ecce clamo vobis: ego
me abſoluo: Erogatorẽ me poſuit deus: nõ
exactorem: ſed tamẽ vbi poſſumus: vbi da/
tur locus: nõ ceſſo: vbi ſcimus: corripimus:
obiurgamus: anathematizamus: excõmu/
nicamus: ꝛ tamen non corrigimus. Quare?
Quia neq̃ qui plantat: aliquid eſt: neq̃ qui
rigat: ſed qui incrementũ dat deus. Modo
qui loquor: quia moneo: quid opus eſt niſi
exaudiat me deus pro vobis: hoc eſt in cor/
dibus veſtris? Breuiter dico: et vobis com/
mendo: ꝛ fideles terreo: et vos edifico. Mẽ/
bra chriſti eſtis: nolite me: ſ3 apoſtolũ audi/
te: Tollens inquit membra chriſti: faciam 1.Cor.6.
membra meretricis? Sed dicit aliquis: Me/
retrix non eſt quam habeo: concubina mea
eſt. O ſancte epiſcope: meretricẽ feciſti cõcu/
binã meã. Nũquid ego dixi: Apl's clamat: ꝛ
ego icurri calumniã? Ego volo te eſſe ſanũ:
quare in me furis ſicut inſanus? Habes vxo
rem qui hoc dicis. Habeo inquis. Bene: ve/
lis nolis illa que preter vxorem tecum dor/
mit: meretrix eſt. Ecce vade et dic ei q̃a iniu/
riam tibi fecit epiſcopus. Habes vxorem le/
gitimã tuam: ꝛ alia tecum dormit: quecũq̃
eſt illa: iam dixi: meretrix eſt. Sz ſeruat tibi
vxor tua fidẽ: nec nouit aliũ niſi te ſolũ: ꝛ nõ
diſpoſuit ſe noſſe alteꝝ. Cũ ḡ illa ſit caſta: tu
q̃re fornicaris? Si illa te vnũ: q̃re tu duas?
Sed dicis: ancilla mea cõcubina mea ẽ: Nũ
q̃d ad vxorẽ alienã vado? Nũquid ad mere/
tricẽ vado publicã? An nõ licet mihi facere
in domo mea que volo? Dico tibi: Nõ licet.
In gehennã vadunt qui hoc faciũt: in ſem/
piternũ ignem ardebunt. Uel hic liceat mi/ D
hi loqui ꝛ dicere: Corrigant ſe qui tales ſũt
dum viuunt: ne poſtea velint et nõ poſſint:
quia ſubito venit mors et non eſt qui corri/
gatur: ſed vt in ignem mittat̃. Nam quãdo
veniat illa nouiſſima hora neſcit̃ et dicitur:
corrigo. Quando corrigis: quando muta/
ris? Cras inquis. Ecce quotiens dicis: cras
cras: factus es coruus. Ecce dico tibi cum fa
cis vocem coruinam: occurrit tibi ruina. Nã
ille coruus cuius vocez imitaris: exijt de ar/ Gen.8.
ca ꝛ non redijt. Tu autem frater redi i eccle/
ſiam quam tunc illa arca ſignificabat. Sed
vos me audite: O baptizati audite me: per
ſanguinem chriſti qui eſtis renati: Obſecro
vos p nomẽ quod ſup vos inuocatũ eſt: per
illud altare ad quod acceſſiſtis: per ſacra/
menta que accepiſtis: per iudiciũ futurum
viuorum ꝛ mortuorũ. Obſecro vos: obſtrin
go vos p nomẽ ieſu chriſti: vt nõ imitemini
eos quos infideles eſſe cognoſcitis: ſed illiꝰ
ſacramentũ maneat in vobis qui de ligno

deſcendere noluit: ſed voluit de ſepulchro reſurgere: Amen.

## Item in eadem dominica: Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Johanne: Cum ſero eſſet die illa vna ſabbatorū ⁊c. que habet in expoſitiõe doctoris Ibidẽ.

Joh.20.

Sermo C.LXV

## Dominica ꝑma poſt octauas paſche: De paſtoribus: Sermo I

A Ca.I. Spes tota noſtra quia in chriſto: et quia omis vera ⁊ ſalubris gloria noſtra ipſe eſt: non nunc didicit primū charitas veſtra. Eſtis enim in eius grege: q̄ intendit ⁊ paſcit iſrael. Sed quoniã ſunt paſtores qui paſtorū nomine gaudere volunt: paſtoris autem officiū implere nolūt. Quid ad eos ꝓpheta dicat: ſicut lectū audiuim⁹: recenſeamus. Audite vos cum intentione: Ezech.34. audiamus nos cum tremore. Et factum eſt ad me verbū domini dicens: Fili hominis: ꝓphetiza ſuper paſtores iſrael. Hanc lectionem cum legeret̃ audiuimus. Hinc cum veſtre ſanctitati aliquid loqui decreuerimus: adiuuabit ipſe vt vera dicam⁹: Si nos noſtra dicamus: paſtores erimus: paſcẽtes nõ oues ſed nos. Si autem illius ſunt que dicimus: per quelibet ipſe nos paſcet. Hoc dicit B Ca.2. domin⁹ deus: Ve paſtorib⁹ iſrael q̄ paſcunt ſe ſolos. Nū quid oues paſcunt paſtores: id eſt nõ ſe paſcūt paſtores ſed oues? Hec ꝑma cauſa eſt quare arguant̃ paſtores iſti: quia ſeipſos paſcunt non oues. Qui ſunt qui ſe Phil.2. ipſos paſcunt? De quib⁹ dicit apſus: Om̄s eñ que ſua ſunt querūt: nõ que ieſu chriſti. Nam enim quos in loco iſto de quo periculoſa ratio reddit̃: domin⁹ ſi non dignitatem ſuam: ſi non meritū noſtrū conſtituit: habemus duo quedam plane diſtinguẽda. Unū ꝙ chriſtiani ſumus: Alterum ꝙ prepoſiti ſumus. Illud ꝙ chriſtiani ſumus propter nos eſt. Qđ autem prepoſiti ſumus propter vos eſt. In eo ꝙ chriſtiani ſumus attendit̃ vtilitas noſtra. In eo ꝙ prepoſiti: non niſi veſtra. Sunt autẽ multi chriſtiani ⁊ non prepoſiti: qui perueniunt ad deum faciliore fortaſſe itinere: ⁊ tanto expeditius ambulãtes: quãto minorẽ ſarcinam portant. Nos autem excepto ꝙ chriſtiani ſumus: vnde rationẽ reddimus deo de vita noſtra: ſumus etiam prepoſiti: vnde rationẽ reddimus deo de diſpẽſatiõe noſtra. Ad hoc iſtam difficultatẽ proponimus: vt cõpatientes nobis: oretis pro nobis. Venit eñ dies quo cūcta adducunt̃ Eccle.12. in iudiciū. Et ille dies ſi ſeculo longe ẽ: vniuicuiqꝫ homini vite ſue vltim⁹ ꝓpe eſt. Tamẽ vtrūqꝫ latere deus voluit: ⁊ quando veniat finis ſeculi: ⁊ quando ſit in vnoquoqꝫ homine huius vite finis. Uis non timere diem occultum: quando venerit inueniat te paratum. Cum ergo prepoſiti ad hoc ſint vt eis quibus p̄ſint conſulant: in eo ꝙ preſunt nõ vtilitatem ſuam attendant: ſed eorum qui miniſtrãt. Qui ſi quis ita prepoſitus eſt: vt in eo ꝙ prepoſitus eſt gaudeat: ⁊ honorem ſuū querat: ⁊ cõmoda ſua ſola reſpiciat: ſe paſcit non oues dei. Uidete queadmoduz vos ſecuros fecerit deus. Qualeſcūqꝫ ſunt qui nobis preſunt: qualeſcunqꝫ nos ſumus nobis. Securitatem dedit qui paſcit iſrael. Nam deus non deſerit oues ſuas: ⁊ mali paſtores penas debitas luent: ⁊ oues promiſſa percipient. C Ca.3. Uideamus ergo quid loquat̃ paſtoribus ſeipſos paſcentibus: non oues: ſermo domini nemini palpans. Ezech.34. Lac conſumitis: ⁊ lana vos tegitis: ⁊ qđ craſſum ẽ interficitis: ⁊ oues meas non paſcitis. Quod infirmatū eſt non confortaſtis: ⁊ quod egrotat non corroboraſtis: et qđ contribulatū eſt non colligaſtis: ⁊ quod errabat non reuocaſtis: et qđ perijt non inquiſiſtis: ⁊ qđ forte fuit confeciſtis: Et diſperſe ſūt oues mee: eo ꝙ nõ ſit paſtor. Dicunt̃ enim paſtores paſcentes ſemetipſos non oues: qui diligunt: qui negligūt. Quid ergo diligūt? Lac cõſumitis: et lanis vos tegitis. Apoſtolus dicit: Quis plantat I.Cor.9. vineã: ⁊ de fructu ei⁹ nõ ſumit? Quis paſcit gregem: ⁊ de lacte gregis non ſumit? Inuenimus ergo eſſe lac gregis quicquid a plebe dei tribuit̃ p̄poſitis ad ſuſtentandū victum temporalẽ. Inde enim loquebat̃ apoſtolus cum hec diceret que cõmemoraui. Et ꝙ apoſtolus ꝙꝙ eligeret manib⁹ ſuis laborare: et nec ipſum lac q̄reret ab ouibus: tamẽ lactis poteſtatẽ pcipiendi habere ſe dixit: ⁊ ſic dominum expoſuiſſe: vt qui euangeliū annūciant: de euangelio viuant. Et dicit alios coapoſtolos ſuos vſos fuiſſe hac poteſtate: nõ vſurpata ſed data: Plus ille fecit vt nec quod debebat̃ acciperet. Ipſe ergo dona-

uit et debitum: ſed alius non exegit indebi-
tum. Ille plus fecit. Fortaſſis enim ipſum
Luc. 10. ſignificabat: qui egrum cum adduceret ad
ſtabularium dixit: Si quid amplius eroga-
ueris: i redeundo reddam tibi. De his ergo
qui non indigent lacte gregis: quid plura di-
cam⁹? Miſericordiores ſunt: vel potius ipſi
miſericordie officium largius impendunt.
Poſſunt enim: ꝛ quod poſſunt faciūt. Lau-
dentur hi: neq; damnentur illi. Nam et ipſe
apoſtolus qui hoc nō querebat: fructuoſas
tamen oues eſſe cupiebat: non ſteriles ſine
lactis vbertate. Itaq; cum eſſet quodā tem-
pore in magna indigentia victus in confeſ-
ſione veritatis: miſſum eſt illi a fratribus
vnde neceſſitati ꝛ indigentie miniſtraretur.
Reſpondit autem illis: gratias agens et di-
xit: Bene feciſtis cōmunicare neceſſitatibus
Phil. 4. meis. Ego enim didici in quibus ſum ſuffi-
ciens eſſe. Scio ꝛ abundare: ꝛ penuriam pa-
ti. Omnia poſſum i eo qui me cōfortat. Ve-
rūtamen vos bene feciſtis vſibus meis mit-
tere. Sed vt oſtenderet in eo qđ illi benefe-
cere: q non ipſe quereret: ne inter illos eſſet
qui ſeipſos paſcant non oues: non tam ſue
gaudet ſubuentum neceſſitati: q̄ illorū gau
debat fecūditati. Quid ergo ibi querebat?
Non requiro inquit datum ſed requiro fru-
ctū. Non ergo inquit vt explear: ſed ne vos
inanes remaneatis. Qui ergo non poſſunt
facere qđ paulus: vt in manibus ſuis tranſ-
igant: accipiant de lacte ouium: ſuſtentent
ſuam neceſſitatem: nō hoc ſibi querant tan-
q̄ cōmodum ſuum: vt ex neceſſitate ſue pe-
cunie videant annunciare euangelium: ſed
hominibus illuminandis prebeant lucem
verbi veritatis. Sint enim tanq̄ lucerne: ſi-
Luc. 12. cut dictum eſt: Sint lumbi veſtri precincti: ꝛ
Matth. 5. lucerne ardentes: Et nemo accēdit lucernā:
et ponit eam ſub modio: ſed ſuper candela-
brum: vt luceat omnibus qui i domo ſunt:
ſic luceat lumen veſtrū corā homib⁹ vt vide-
ant bona opa vr̄a ꝛ glorificēt patrē vr̄m q̄ in
celis eſt. Si ergo tibi lucerna accēderet i domo:
nōne adijceres oleū ne extingueret? Porro
ſi lucerna accepto oleo non luceret: non erat
plane digna que in candelabro poneretur:
ſed que continuo frangeret. Unde enim vi-
uitur: neceſſitatis eſt accipere: charitatis eſt
prebere: Non tanq̄ venale ſit euangeliū vt
iſtud ſit precium eius quod ſumūt qui an-
nunciant vnde viuant. Si enim ſic vendūt:
magnam rem vili precio vendunt. Accipiāt
ſuſtentationem neceſſitatis a populo: mer-
cedem diſpenſationis a domino. Non enim
eſt idoneus populus reddere mercedem il-
lis qui ſibi in charitate euangelium ſerui-
unt: non expectent illi mercedem niſi vnde
et iſti ſalutem. Quid ergo iſti increpantur:
vnde arguantur: qui cum lac ſumerent: ꝛ la-
nis ſe tegerent: oues negligebāt? Sua ergo
tantū que querebant non que ieſu chriſti. Phil. 2.
Sed quoniam diximus quid ſit lac ſumere: D
queramus quid ſit lanis ſe tegere. Qui pre- Ca. 4.
bet lac: victum prebet: qui prebet lanam ho-
norem prebet. Iſta ſunt duo que a populis
querūt: qui ſemetipſos paſcunt non oues.
Cōmodum ſupplende neceſſitatis: et fauor
honoris et laudis. Etenim veſtimentū pro-
pterea bene intelligitur in honore: quia nu-
ditatem tegit. Etenim vnuſquiſq; homo in-
firmus: ꝛ quid eſt quiſquis vobis preeſt: ni-
ſi quod vos eſtis? Carnem portans morta-
lis eſt: manducat: dormit: ſurgit: natus eſt:
moriturus eſt. Si ergo cogitatis quid ſit: et
ipſe homo eſt: tu tamen honorando eum ve-
lut angelum contegis quod infirmum eſt.
Huiuſmodi indumentum acceperat a bona
dei plebe. Idem paulus cum diceret: Sicut
angelum dei ſuſcepiſtis me: teſtimoniū vo- Gal. 4.
bis perhibeo: quia ſi fieri poſſet oculos ve-
ſtros eruiſſetis: et dediſſetis mihi. Sed cum
tantus honor exhibitus eſſet: nunquid pro-
pter ipſum honorem ſibi exhibitum: ne for-
te cum argueret negaret: et minus ipſe apo-
ſtolus laudaretur pepercit errantibus? Naz
ſi hec feciſſet: eſſet inter illos qui ſeipſos pa-
ſcunt: non oues: diceret apud ſeipſū: Quid
ad me pertinet? Quiſq; quod velit agat:
victus meus ſaluus erit: ꝛ lac ꝛ lana ſatis eſt
mihi: eat quiſq; q̄ pōt: Ergo integra tibi ſūt
omnia: ſic eat quiſq; quo pōt: nolo te ꝑpo-
ſitū facere: vnum te conſtituo de ipſa plebe:
Si patitur vnū membrū compatiunt om- 1. Cor. 12.
nia membra. Proinde ipſe apoſtolus cum
eos cōmemorat quales fuerint erga illum:
Ne quaſi oblitus eorum honorificentia vi-
deretur: et teſtimoniū perhibet: ſicut ange-
lum dei ſuſceperunt eum: et q ſi fieri poſſet
oculos ſuos vellent eruere ꝛ illi dare: Et ta-
men accedit ad ouem languidam: ad ouem
putridam: ſecare vulnus: non parcere putre-

dini. Ergo inimicᵒ factus ſū vobis verū
predicans? Ecce ⁊ accepit de lacte ouiū:
ſicut pauloante memorauimus: et indu
mentū ex lanis ouium: ſed tamen oues
Phil.2. non neglexit. Non enim ſua querebat:
ſed que ieſu chriſti. Abſit ergo vt dica-
mus vobis: Viuite vt vultis: ſecuri eſto-
te: deus neminem perdit: tantūmodo fi
dem chriſtianam tenete: Nō perdet ille
quod redemit: non perdet pro quibus
ſanguinē ſuum fudit. Et ſi ſpectaculis
volueritis oblectare animos veſtros:
ite: Quid mali eſt? Et feſta iſta que cele
brant per vniuerſas ciuitates in leticia
conuiuantium et publicis menſis ſeip-
ſos vt putant iocūdantium: reuera ma-
gis pereuntium: ite celebrate: magna
eſt dei miſericordia: que totum igno-
Sap.2. ſcat: Coronate roſis vos anteꝙ marce-
ſcant: in domo dei veſtri quando volu-
eritis cōuiuamini: implemini cibo ⁊ vi-
no cū veſtris. Ad hoc enim data eſt iſta
creatura vt perfruamini. Non enim im-
pijs et paganis eam dedit deus: ſed vo-
bis eam dedit. Hec ſi dixerimus: for-
te congregabimus turbas ampliores.
Et ſi ſunt quidam qui nos ſentiant hoc
dicentes non recte ſapere: paucos oſtē-
dimus. Qd ſi fecerimus: nō verba dei:
non verba chriſti dicentes: ſed noſtra: ⁊
ſumus paſtores noſmetipſos paſcentes
Eze. non oues. Cum autem dixiſſem que di-
Ca.5. ligāt iſti paſtores: dicā et que negligāt.
Vitia enim ouium late patent. Craſſe
oues perpauce ſunt: id eſt ſolide in ci-
bo veritatis: vtentes paſcuis bene de
munere dei. Sed mali illi paſtores non
parcunt talibus. Parum eſt ꝙ illas lan-
guentes ⁊ infirmas ⁊ errantes et perdi-
tas non curant: ſed iſtas fortes et pin-
gues necant quātum i ipſis eſt. Ille vi-
uent de miſericordia dei: tamē quātum
ad paſtores malos attinet occidūt ma-
le viuendo: malum exemplū prebendo.
An fruſtra dictum eſt ſeruo dei eminēti
Tith.2. in membris ſummi paſtoris: Circa oīa
teipſum bonorum operum prebe exem-
plum: et forma eſto fidelis? Attendit
enim ouis etiam fortis plerūꝙ prepoſi
tū ſuum male viuentem: ſi declinet ocu
los a regulis domini: et intendat in hō-
minē: incipit dicere in corde ſuo: Si pre-
poſitus meus ſic viuit: ego quid ſū qui
non faciam quod ille facit? Si fortem er-
go occidit ouē: iam de ceteris quid faci-
et: qui illud quod non ipſe fortificaue-
rat: ſed forte aut robuſtū inuenerat ma-
le viuendo interficit? Dico charitati ve-
ſtre et ſi viuunt oues: ⁊ fortes ſunt oues
in verbo domini: et tenent iſtud quod
audierunt a domino ſuo: Que dicūt fa- Matth.23.
cite: que autem faciunt: facere nolite: ta-
mē qui in conſpectu domini male viuit:
quātum in illo eſt eum a quo attenditur
occidit. Non ſibi ergo blandiatur: quia il-
le non eſt mortuus: ſed homicida eſt:
quomodo cum laſciuus homo intendit
in mulierē ad concupiſcendū eam: Ecce
illa caſta eſt: et mechus eſt iſte. Domi-
ni enī vera ⁊ aperta eſt ſententia: Quiſ- Matth.5.
quis viderit mulierem ad concupiſcen-
dum eam: iam mechatus eſt eā in corde
ſuo: Non peruenit ad illiᵒ cubiculū: ⁊ in
teriore iam ſuo cubili volutatur. Sic om
nis qui male viuit in conſpectu eorum
quibus ꝑpoſitus eſt: quātum in ipſo eſt
occidit et fortes oues. Qui ergo imita-
tur prepoſitum malum moritur: qui nō
imitatur viuit: tamen quātum ad illos
pertinet ambos occidit. Et qd craſſum Ezech.34.
eſt interficitis: et oues meas non paſci-
tis. Jam audiſtis qui diligant: audite
qui negligant. Quod infirmum eſt non Ca.6.
cōfortaſtis: ⁊ quod tabuit nō corrobora-
ſtis: ⁊ quod contribulatum eſt: id eſt cō-
fractum non colligaſtis: ⁊ quod errabat
non reuocaſtis: ⁊ quod perijt non inqui
ſiſtis: ⁊ quod forte fuit confeciſtis: id eſt
interfeciſtis ⁊ occidiſtis. Infirmū quippe
animū gerit ouis: quando temptationes
ſibi profuturas non credit. Paſtor enim
negligens: quando ſic credit talis infir-
mus: nō illi dicit: Fili accede ad ſeruitu- Eccl.2.
tem dei: ſta in iuſticia ⁊ timore: et prepa
ra animā tuam ad temptationem. Qui
autem hoc loquitur: cōfortat infirmum: ⁊
ex infirmo facit firmum: vt non eum cre
diderit proſpera huiᵒ ſeculi ſperare. Si
autem doctus fuerit ſperare proſpera
ſeculi: ipſa proſperitate corrumpitur: Su-

perueniẽtibus autẽ aduerſitatibꝰ ſau/
Matth.7. ciat: aut fortaſſis extinguit. Nõ ẽ eum
edificat ſup petrã q ſic edificat: ſed ſup
1.Corſ.10. arenã. Petra aũt chriſtus ẽ. Chriſti aũt
paſſiões imitãde ſũt: nõ chriſtiano deli/
tie cõquirende. Cõfortat infirmus cũ ei
dicit: Spera quidẽ temptatiões huius
ſeculi: ſed ab omnibus eruet te domi/
nus: ſi ab illo non recedet retro cor tuũ.
Nam ad confortandum cor tuum venit
ille pati: venit ille mori: venit ille ſputis
Matth.27. liniri: venit ſpinis coronari: venit opro
bria audire: venit poſtremo ligno con/
figi. Omnia hec ille pro te: tu nihil pro
illo ſed pro te. Quales autem ſunt qui
timent eos ledere quibus loquuntur:
non ſolum non preparant ad imminen/
tes temptatiões: ſed etiã ꝓmittunt feli/
citatem huius ſeculi: quã deus ipſi ſecu
lo nõ ꝓmiſit. Ille predicit labores vſq
in finem venturos ipi ſeculo: ꝛ tu vis ab
iſtis laboribus exceptuz eſſe chriſtianũ:
quia qui chriſtianꝰ eſt aliquid plus paſ/
ſurus eſt in ſeculo. Etenim ait apoſto/
2.Timoth.3. lus: Oẽs qui pie volunt in chriſto viue/
re: ꝑſecutionẽ patientur: Tu dicis ſi vo/
lueris in chriſto pie viuere: abundabũt
tibi omnia bona: et ſi filios non habes:
ſuſcipies et nutries omnes. Nemo tibi
moritur: hec enĩ eſt edificatio tua. Attẽ/
de quid facias: vbi ponas: ſuper arenã
eſt quod cõſtituis: venturus eſt imber:
influxurus eſt fluuius: flaturus eſt ven/
tus: ꝛ impingent in domum iſtam: ꝛ ca/
det: ꝛ fiet ruina eiꝰ magna. Leua de are/
na ꝛ pone ſupra petrã: in chriſto ſit quẽ
vis eſſe chriſtianum. Attẽde ad paſſio/
nes chriſti. Attẽde ad illũ ſine vllo pec/
Pſ.68. cato: que non rapuit exoluentem. Attẽ/
Heb.12. de ſcripturam dicentem: Flagellat au/
tem omnem filium quem recipit: Et pa/
ra te flagellari: aut certe non queras re/
cipi. Flagellat autem omnẽ inquit filiũ
quẽ recipit: Et tu forte exceptus a paſſi/
one flagellorum: exceptus a numero fi/
liorum. Ita ne inquies: flagellat omnẽ
filium vt vnicum? Et vnicus ille de pa/
tris ſubſtantia natus: equalis patri in
Joh.1. forma dei: verbum: per quem facta ſunt
omnia: non habebat vbi flagellaretur:
ad hoc carne indutus eſt vt ſine flagello
non eſſet. Qui ergo flagellat vnicũ ſine
peccato: nũquid relinquit adoptiuum
cũ peccato? In adoptionẽ vocatos nos
eſſe: apoſtolus dicit: Adoptionem filio/ Gal.4.
rum accepimus: vt eſſemus vni cohere/
des: eſſemus etiam hereditas. Poſtula Pſ.2.
a me ꝛ dabo tibi gentes hereditatẽ tuã:
Exemplũ nobis propoſuit in paſſioni/
bus ſuis. Sed ne futuris temptationi/
bus deficiat infirmus: nec falſa ſpe deci/
piendus: nec errore frangendus ſit: dic
ei: Prepara animã tuam ad temptatio/ Eccl.2.
nẽ. Sed forte incipit labi: cõtremiſcere:
nolle accedere: habes aliquid: Fidelis 1.Corſ.10.
deꝰ qui non vos ſinit temptari ſupra ꝙ
ferre poteſtis. Illud autem promittere
et predicare futuras paſſiones: infirmũ
ꝯfirmare ẽ: Timenti aũt nimiũ ꝛ ex hoc
deterrito cũ polliceris miſericordiã dei:
nõ qꝛ tẽptationes deerũt: ſ; qꝛ nõ ꝑmit/
tit tẽptari ſupra ꝙ poteſtis ferre: fractũ
colligare eſt. Sunt enĩ qui cum audie/
rint venturas tribulationes: armant ſe
magis: ꝛ quaſi potum ſuum ſicut paruã
ſibi eam putant fidelium medicinam:
Sed querẽt martyris gloriam. Sũt alij
qui auditis futuris ꝛ neceſſario venien/
tibꝰ temptationibꝰ: quas proprie opor/
tet venire chriſtiano: quas nemo ſentit
niſi qui voluerit eſſe vere chriſtianus.
Imminẽtibus ergo ſibi aliquibus: fran
gitur ꝛ claudicat: affer conſolationis al/
ligamentum: alliga quod fractum eſt:
Dic ne timeas: nõ deerit i temptationi/
bus ille in quem credidiſti: Fidelis deꝰ Ibi.ſ.
qui non ſinit te temptari ſupra ꝙ potes
ferre. Non hoc a me audio: Apoſtolus
dicit: qui etiam dicit: An vultis experi/ 2.Corſ.13.
mentũ eius accipere qui in me loquitur
chriſtus? Hoc ergo cum audis ab ipſo
chriſto: audis ꝛ ab illo paſtore qui paſcit
iſrael. Illi enim dictũ eſt: Potabis eos Pſ.79.
in lachrymis in menſura. Quod enim
ait apoſtolus: Non ſinit temptari vos
ſupra ꝙ poteſtis ferre: Hoc ait ꝓpheta:
In mẽſura tñ. Tu noli dimittere corri/
gentem: adhortantẽ: tremẽtem: ꝛ con/
ſolantem: ꝛ ſanantem. Quod infirmuz Ez.
eſt inquit non confortaſtis: paſtoribus Ca.7.
malis dicit: paſtoribꝰ falſis: paſtoribus
ſua querentibus: non que ieſu chriſti: ex Phil.2.

cõmodo lactis ⁊ lanę gaudẽtibus: oues
omnino non curantibus. Et quod ma-
le habuit nõ corroboraſtis: aut infirmũ:
id eſt non firmum. Nam dicunt̄ infirmi
etiam ęgrotantes: ſed inter infirmum
et ęgrotum: id eſt male habentem: hoc
mihi videt̄ intereſſe. Etenim iſta fratres
quę diſtingere vtcunq̄ conamur: forte ⁊
nos poſſumus maiore diligẽtia melius
diſtinguere: ⁊ alius peritior vel lumine
cordis plenior: interi ne fraudem i quã-
tum ad verba attinet ſcripturę qđ ſen-
tio loquor. Infirmo ne accidat tempta-
tio ⁊ eum frangat: timendum eſt. Lan-
guens autẽ iam cupiditate aliquis ęgro-
tat: cupiditate aliqua impeditur ab in-
tranda via dei: a ſubeundo iugo chriſti.
Attendite illos homines volẽtes bene
viuere: iam ſtatuẽtes bene viuere: ⁊ mi-
nus idoneos mala pati ſicut parati ſũt
bona facere. Pertinet autem ad chriſtia-
nam firmitatem non ſolum operari quę
bona ſunt: ſed ⁊ tolerare quę mala ſũt.
Qui ergo vident̄ feruere in operibꝰ bo-
nis: ſed imminentes paſſiones tolerare
nolle: aut non poſſe: infirmi ſunt. Qui
vero aliq̃ cupiditate mala amatores mũ-
di ab ipſis bonis operibus reuocantur:
languidi et ęgroti iacent: quippe in ipſo
languore tanq̃ ſine vllis viribus nihil
boni poſſunt operari. Talis in anima
Marci. 2. paralyticus ille fuit quem cum domino
inferre non poſſent qui eum portabant:
tectum aperuerunt ⁊ depoſuerũt: id eſt
tanq̃ ſi in anima hoc velis facere vt te-
ctum aperias: ⁊ deponas ad dominum
animã paralyticam: diſſolutam omni-
bus membris: ⁊ vacantem ab omni ope-
re bono: grauatam vtiq̃ peccatis ſuis:
et languentem morbo cupiditatis ſuę.
Si ergo diſſoluta ſunt membra omnia:
⁊ eſt paralyſis interior: vt peruenias ad
medicum. (Forte enim latet medicus:
hoc eſt iſte verus intellectus in ſcriptu-
ris occultus) eſt aperire tectum ⁊ depo-
nere paralyticum. Qđ qui nõ faciunt: ⁊
facere negligunt: audiſtis quę audiant:
Quod male habuit nõ corroboraſtis: ⁊
Ezech. 34. quod cõtribulatum eſt non colligaſtis:
iam hinc diximus. Fractus enim erat
terrore temptationis. Accidit aliquid

vnde quod fractum eſt colligetur conſo-
latiõe illa: Fidelis deus q̃ nõ vos ſinit 1. Cor. 10.
temptari ſupra q̃ poteſtis ferre: ſed fa-
ciet cum temptatione etiam exitum vt
poſſitis ſuſtinere. Et quod errabat non B
reuocaſtis: Ecce vnde inter hereticos Ca. i.
ꝑiclitamur. Et quod errabat non reuo-
caſtis: et quod periit non inquiſiſtis.
Hinc inter manus latronum: et dentes
luporum furentium vtcunq̄ verſamur.
Et ꝓ his periculis noſtris vt oretis ora-
mus. Et cõtumaces oues quia quęrunt̄
errantes: alienas ſeſe a nobis dicũt: er-
rore ſuo ⁊ ꝑditione ſua dicunt: quid vos
vultis? quid vos quęritis? quaſi nõ ipa
cauſa ſit vt quęrere eos velimꝰ. Et qua-
re quęrimꝰ? Quia errant ⁊ pereunt. Si
in errore inquit ſum: ſi in interitu: quid
me vis? quid me quęris? Quia in errore
es? Reuocare volo: q2 periſti: inuenire
volo. Sic volo errare: ſic volo ꝑire. Sic
vis errare: ſic vis perire: quanto melius
ego nolo: Prorſus audeo dicẽ: Impor-
tunus ſum. Audio enim dicentem apo-
ſtolum: Prędica verbum: inſta oportune 2. Timoth. 4.
importune. Quibꝰ oportune? quibꝰ im-
portune? Oportune vtiq̄ volentibus:
importune nolẽtibus. Prorſus impor-
tunus audeo dicere: tu vis errare: tu vis
perire: ego nolo. Non vult poſtremo il-
le qui me terret. Si voluero: vide quid
dicat: vide quid increpet: Quod erra- Ezech. 34.
bat non reuocaſtis: ⁊ quod periit nõ in-
quiſiſtis. Te magis timebo q̃ ipm? Opor- 2. Cor. 5.
tet nos omnes exhiberi ante tribunal
chriſti. Nõ te timeo: non eñ potes euer-
tere tribunal chriſti. Reuocabo erran-
tem: requiram ꝑditum. Et ſi me lanient
inquirentẽ vepres ſiluarum: ꝑ oĩa anguſta
me coartabo: oẽs ſepes excutiã quantũ
mihi virĩũ dño terreno donat: oĩa pera-
grabo: reuocabo errãtẽ: requirã ꝑeuntẽ:
timeo negligentẽ: etiã qđ forte ẽ occidã.
Vide enĩ qđ ſequit̄: Et qđ forte fuit ꝯfe- Ezech. 34.
ciſtis. Si neglexero errantẽ atq̄ ꝑeuntẽ:
et eũ qui fortis eſt delectauit errare atq̄
perire. Cupio lucra exteriora: ſed timeo
plus damna interiora. Si indifferenter
habuero errorem tuũ: attendit qui for-
tis eſt: putat ire in hereſim quando ali-
quid cõmode ſeculo reluxerit vnde imi-

tetur: ſtatim mihi dicit fortis ille perituꝛus: cuꝫ te perditū nō requiro: ⁊ via hac deus eſt: quid intereſt? homies inter ſe litigantes hoc fecerunt: vbicūqꝫ colendus eſt deus. Si forte illi oꝛerit aliquis donatiſta: non tibi do filiam meam niſi fueris de parte mea: Ille opus eſt vt attendat et dicat: ſi nihil mali eſſet eſſe de parte eoꝛum: non contra illos dicerent tanta paſtoꝛes noſtri: pꝛo illoꝛum erroꝛe ſatagerent. Si ergo ceſſemus et taceamꝰ: contraria locuturuſ eſt: vtiqꝫ ſi malū eſſet eſſe i parte donati loquerenꝫ cōtra: redarguerēt eos: ſatagerēt lucrari illos: ſi errant reuocarent illos. Non fruſtra ergo cum iam dixiſſet ſuperius: Quod craſſum eſt interfeciſtis: Ipſa eſt enim repetita ſententia: niſi ex his quę ſupꝛa dixit nata eēt: Qđ errabat nonſre uocaſtis: et quod periȷt non requiſiſtis: et hoc faciendo quod foꝛte eſt interfeciſtis. Pꝛoinde audi quid ſequitur de iſta Ca.9. negligentia maloꝛum: imo falſoꝛum paſtoꝛum: Et cum diſperſę ſunt oues meę: Ezech.34. eo ꝙ nō ſit paſtoꝛ: et factę ſunt in comeſturā omnibꝰ beſtȷs agri: Furanꝫ lupi inſidiantes: rapiunt leones frementes: cum oues non hęrent paſtoꝛi. Nam pręſens eſt paſtoꝛ: ſed male agentibus non eſt paſtoꝛ: et inhęrent paſtoꝛibus nō paſtoꝛibus: ſeipſos nō oues paſcentibus: et letalis erroꝛ cōſequiꝫ. Eunt in beſtias depꝛędātes ſe: et de eoꝛum moꝛte ſatiari cupientes. Tales eñi ſunt omnes q̄ gaudent de erroꝛibus alienis: beſtię ſunt paſtę moꝛſibus diſperſarum. Et diſperſę ſunt: et errauerunt oues meę in omnem montē: et in omnē collem altum. Uiam montibus et collibus: tumoꝛ terrenus ⁊ ſupbia ſęculi extulit. Supbia donati fecit ſibi partē ſubſequētē cū parmenianꝰ illiꝰ cōfirmauit erroꝛē. Ille mons eſt: ille collis eſt. Sic oīs cuiuſlibet auctoꝛ erroꝛis terrena elatiōe intumeſcēs: pꝛomittit ouibꝰ requiē: bona paſcua: et aliquādo inueniunt ibi oues paſcua de pluuis dei: non de ouricia montis. Habent eñi et ipſi ſcripturas: habent ſacramenta: non ſunt iſta montium: ſed cum inueniuntur in montibus: male remanent in

montibus. Errando enim in montibus et in collibus deſerēdo gregem: deſerūt vnitatem: deſerit vnitas coboꝛtes contra leones et lupos. Inde ergo reuocet deus ipē: Reuocet modo: audietis ipſū reuocantem. Errauerunt inquit oues meę in omnē montem: et in omnem collem altum: hoc eſt i omnē tumoꝛem terrę. Sunt enim ⁊ montes boni. Leuaui Pſ.120. oculos meos in montes vnde veniet auxilium mihi. Et vide: ꝙ non tibi a montibus ſpes eſt. Auxiliū m inquit meuꝫ a domino: qui fecit cęlum ⁊ terram. Noli putare iniuriam facere te montibus ſanctis: quando dixeris: Auxilium meum non in montibus: ſed a domino qui fecit cęlum et terrā. Ipſi montes hęc tibi clamant. Audio in vobis ſacramentum fieri: vt vnuſquiſqꝫ veſtrum dicat: Ego 1.Coꝛi.1. ſum pauli: ego apollo: ego cephe: ego autem chꝛiſti. Leua oculos in iſtū montem: remaneas. Audi enim quid ſequatur: Nunquid paulus crucifixus eſt ꝓ vobis? Ergo poſtea ꝙ̄ leuaueris oculos in mōtes: vnde venit auxilium tibi: id eſt in auctoꝛem ſcripturarum diuinarum: Attende omnibus medullis ſuis: omnibus oſſibus clamantem: Domine Pſ.32. quis ſimilis tibi: vt ſecurus ſine vlla iniuria montium dicas: Auxilium meum Pſ.120. a domino qui fecit cęlum ⁊ terram: Nō ſolum tunc tibi non ſuccenſere montes: ſed tunc amabūt: tunc magis fauebūt. Si in ipſis ſpem tuā poſueris: cōtriſtabunꝫ. Angelꝰ multa diuina ⁊ mira oſtēdens homini ab homine adoꝛabatur: tanqꝫ leuantem oculos in montem: ait ille ſe reuocans ad dominum: Noli in- Apoc.22. quit facere: illum adoꝛa. Nam ego conſeruus tuus ſum ⁊ fratrum tuoꝛum. In omnem montem: ⁊ in omnē collem: ⁊ in omnem faciem terrę lucēt: Ipſi amant: ipſi diligunt: volunt moꝛi vt abſcondatur vita ipſoꝛum in chꝛiſto ſuper omnē faciem terrę et dilectionē terrenoꝛū. Et quia errantes oues ſunt ſuper omnē faciem terrę: ſed tamen heretici per totā faciem terrę: alȷ hic: alȷ ibi: nuſqꝫ tamē deſunt: ipſi nō nouerūt. Alia ſecta i africa: alia hęreſis in oriēte: alia in ęgypto:

alia i meſopotamia. Verbi gratia: Diuerſis
locis ſunt diuerſe: ſed vna mater ſuperbia
oēs genuit: ſicut vna mater noſtra catho/
lica omnes chriſtianos fideles toto orbe dif/
fuſos. Nō ergo mirum ſi ſuperbia parit diſ/
ſenſionem: charitas vnionem: tamē ipſa ca/
tholica mater et ipſe paſtor in ea vbiqꝫ querit
errantes: confortat infirmos: curat langui/
dos: alligat confractos: alios ab iſtis: alios
ab illis nō ſe inuicem ſcientibus. Sed tamē
illa oēs nouit: qa cū omibus fuſa eſt. Ver/
bi gratia: Eſt in africa pars donati: Euno/
miani non ſunt in africa: ſed cum parte do/
nati eſt hic catholica. Sunt in oriente euno/
miani: ibi autē non eſt pars donati: ſed ibi
eſt catholica. Illa ſic eſt tanqꝫ vitis creſcen/
do vbiqꝫ diffuſa: illic ſunt tanqꝫ ſarmenta in
utilia agricole falce preciſa merito ſterilita/
tis ſue: vt vitis putaretur: non amputaret.
Sarmenta ergo illa vbi preciſa ſunt: ibi re/
manſerūt. Vitis autem creſcens in omnia:
⁊ ſarmenta ſua nouit: que in illa manſerūt:
et iuxta ſe que de illa preciſa ſunt. Inde ta/
men reuocat errantes: quia et de ramis fra/
Ro.11. ctis dicit apoſtolus: Potens eſt enim deus
iterum inſerere illos: ſiue dicas oues erran/
tes a grege: ſiue dicas ligna preciſa de vite:
nec ad reuocandas oues: nec rurſus inſeren
da ligna minus idoneus eſt deus: quia ille
ſummus paſtor: ille verus agricola: ⁊ in om/
nem faciem terre diſperſe ſunt: ⁊ nō fuit qui
requireret: ſed in malis illis paſtorib⁹ non fuit
℟ homo q̄ requireret. Propterea paſtores au/
Ca.10. dite verbum domini: Viuo ego dicit domi/
nus deus. Videte vnde cepit: tanqꝫ iuratio
eſt dei teſtificatio vite. Viuo ego dicit do/
minus: mortui ſunt paſtores: ſed ſecure ſunt
oues. Viuit dominus. Viuo ego dicit do/
minus deus: quia autē paſtores mortui ſūt
querentes non que ieſu chriſti. Erunt ergo
⁊ inuenient paſtores: non que ſua ſunt que/
rentes ſed ieſu chriſti. Erunt plane ⁊ inueni/
entur plane: nec deerunt: nec defuerunt. Vi/
deamus ergo quid dicat dominus qui ſe di/
cit viuere: Utrum dicat ablaturum ſe oues
a paſtoribus malis paſcentibus ſeipſos nō
oues: et daturum ſe eas paſtoribus bonis
Ezech.34. paſcentibus oues nō ſe. Viuo ego dicit do/
minus deus: quia pro eo ꝙ facte ſunt oues
mee in comeſturā omnibus beſtijs campi:
eo ꝙ non eſſet paſtor: Rurſus paſtorem di/
cit ⁊ paulo ante: ⁊ nūc non ait: ſ; ex eo ꝙ non
ſint paſtores. Quibus enim talibus male er
rantibus: male pereuntib⁹ non eſt paſtor: ⁊
ſi p̄ſens ē paſtor: ⁊ ſi p̄ſens ſit paſtor: qr et cū
p̄ſens ſit lux. Et nō q̄ſierunt paſtores oues
meas: ⁊ pauerūt paſtores ſeipſos: oues autē
meas non pauerunt: Propter iſtud paſto/
res: audite verbū domini. Hec dicit domi/
nus deus: Ecce ego ſuper paſtores: ⁊ inqui/
ram oues meas de manibus eorū. Inqui/
ret mortem eorum. Dicit enim alio modo ꝑ
eundem prophetam: Fili hominis ſpecula/ Ezech.3.et 33.
torem dedi te domui iſrael: ⁊ audies ex ore
meo ſermones: et premonſtrabis eis ex me
in eo cū dixero peccatori: Morte morieris:
⁊ non fuerit locutus vt caueat impius a via
ſua: ille facinoroſus in ſuo facinore morie/
tur: ſanguinem autem eius de manu tua re/
quiram. Tu autem ſi p̄nunciaueris facino/
roſo viam eius vt auertat ab ea: ⁊ non fuerit
auerſus a via ſua: ille in facinore ſuo morietur:
tu animā tuam liberabis. Quid eſt fratres?
Videtis q̄ ſit tacere periculoſum: Moritur
ille ⁊ recte moritur in impietate ſua: et peccato
ſuo moritur. Negligentia enim eius occidit
eum. Nam paſtorem inueniet viuentē: quia
ait: Viuo ego dicit dominus deus: ſed cum
fuerit negligens non admonente illo qui ad
hoc eſt prepoſitus et ſpeculator vt admo/
neat: ⁊ ille iuſte moritur: ⁊ iſte iuſte damnat.
Si autē dixeris inquit impio: morte mori/
eris: cui ego fuero gladium cōminatus: et
ille neglexerit vitare iminentem gladium: ⁊
venerit gladius ⁊ interfecerit eum: ille i pec/
cato ſuo morietur: tu autem animam tuam
liberaſti. Propter hoc ad nos quidē perti/
net non tacere. Ad vos autē et ſi non tace
amus: de ſcripturis ſanctis verba paſtoris
audite. Videamus ergo: quia ſic propoſue/ L
ram: vtrum auferat oues a paſtoribus ma/ Ca.11.
lis. Hoc enim dicit domin⁹: Ecce ego ipſe ſup Ezech.34.
paſtores: et inquiram oues meas de mani/
bus eorū: et auertam ab eis vt non paſcant
oues meas: nec paſcant amplius paſtores
ſemetipſos: Que dicunt facite: que faciunt Math.23.
facere nolite: tanqꝫ diceret: mea dicūt: ſua fa
ciūt. Si diceret: facite ſecuri qd faciūt: ipſos
damnabo male viuentes: vobis autē parcā
qui ſecuti eſtis prepoſitos veſtros. Si hoc
diceret: dederat malis paſtoribus paſcen/
tibus nō oues: ſed ſe. Sed quoniā terret nō

ſolum cecum ducētem ſed cecum ſequētem.
Nec enim ait: Cadit in foueam ducens: et
Matth.15. non cadit ſequens: ſed cecus cecum ducens
ambo in foueā cadunt. Admonuit oues et
ait: Que faciunt facere nolite. Cum eñ non
faciatis que faciunt mali paſtores: non vos
ipſi paſcunt. Cum autem facitis que dicūt:
ego vos paſco: Mea dicunt eñ & nō faciūt.
Securi inquiūt ſeqmur epiſcopos noſtros.
Dicūt hoc ſepe heretici quādo veritatē ma-
nifeſtiſſima cōuincunt: nonne oues ſumus?
Illi de nobis reddent rationē: reddent pla-
ne mala de morte noſtra: de morte eius ma-
ligna reddit malus paſtor malam rationē.
Nunquid ideo viuit ouis: quia deſignatur pel-
lis ipſius? Increpatur paſtor quia neglexit
ouem errantē: et ꝓpterea in fauces lupi ir-
ruit vt deuoraretur. Quid illi ꝓdeſt: qa affert
pellem ſignatā? Paterfamilias vitam eius
inquirit. Sed ecce malus paſtor attulit pel-
lem: reddat de pelle rationem: vere menti-
turus eſt. Videbit deſuper qui poſtea iudi-
cat: cui verba: ille facta numerat: cogitatio-
nes inſpicit: Reddat paſtor malus rationē
pellis ouis mortue: Clamaui ei verba tua &
ſequi noluit: dedi operā vt a grege nō aber-
raret: & nō obtemperauit: plane ſi hoc dicat:
et verum dicat: Nouit autē ille vtrum verū
dicat: reddat bonam rationem de oue ma-
la. Si autē inſpicit deus quia neglexit erran
tem: qa non queſiuit pereuntē: Quid ꝓdeſt
qđ inuenit pellem quam referret: ipſam re-
uocaret ne pellem mortue demonſtraret. Si
ergo non bonam rationem reddit: quia non
queſiuit errantem: qualem facit qui fecit er-
rantem? Hoc eſt qđ dico: Si in catholica cō-
ſtitutus epiſcopus non bonam rationē red-
dit de oue: ſi non queſierit errantem de gre-
ge dei: qualem rationē redditurus eſt hereti-
cus: qui non ſolū nō reuocabit ab errore: ſed
etiā compulit in errorem? Sed videamus vt
dixi: quomodo reuocet deus oues a paſtori-
Matth.23. bus malis: Iam cōmemoraui: Que dicūt fa-
cite: que autem faciunt facere nolite. Et non
ipſi vos paſcūt ſed deus: quia velint nolint
paſtores vt ꝑueniant ad lac & lanam: verba
Ro.2. dei dicturi ſunt. Qui predicas non furandū
furaris: dicit Apl'us ad eos qui bona dicūt:
& mala faciunt. Tu audi ꝑdicantem ne fure-
Matth.7. ris: qa fieri nō poteſt de ſpinis legere vuam.
Matth.23. Et rurſus dixiſti mihi: ꝙ quecunqȝ que di-

cunt facite: que autem faciunt facere nolite:
Quomodo vis de ſpinis me colligere vuā
verbi? Cui reſpōdebitur: Non eſt illa vua ſpi-
narum: ſed aliquando increſcens ſarmentū
implicat ſe in ſepe: & pendet vua inter denſa
ſpinarum: ſed nō ſurgit de radice ſpinarum.
Tu ſi eſurieris & aliud nō habes vñ ſumas:
caute manū mitte ne lacereris a ſpinis: id eſt
ne facta imiteris malorū: & lege vuam inter
ſpinas pendentē: ſed de vite naſcētem. At- M
tende: veniet botri alimentū: ſpinis ſeruatur Ca.12.
ignis tormentorū. Extrahā inqt oues meas
de manibus eorū: et non erunt eis adhuc in Ezech.34.
cibū. Hoc & i pſalmo dicit: Nōne cognoſcēt Pſ.13.
omnes q operantur iniquitatē: qui deuorant
populū meū vt cibum panis? Et non erunt
eis adhuc in cibū. Quoniā hec dicit domin'
deus: Ecce ego ipſe abſtuli a malis paſtori-
bus oues: monendo vt dixi: ne qđ faciūt ma
li paſtores faciant incaute negligētes oues.
Et quid ait: cui dat quod illis abſtulit: forte
bonis paſtoribus? Nō hoc ſequitur. Et qđ di-
cem' fratres: nōne ſunt paſtores boni? Non
ne alio loco ſcripturarū dicit: Et conſtituam Hiere.3.
eis paſtores ſm cor meum: et paſcent eas de
diſciplina? Quomodo ergo oues quas ma-
lis paſtoribus tollit: non dat bonis: ſꝫ tanqȝ
omnino nuſqȝ remāſerint boni: Dicit: Ego
paſcam? Petro dixerat: Paſce oues meas. Joh.21.
Quid ergo faciemus: cū petro cōmendantur
oues? Non ibi dixit dominus: Ego paſcam
oues meas: non tu: Sed petre amas: paſce
oues meas: an forte quia modo nō inuenitur
petrus? Iam enim aſſumptus eſt in requiē
apoſtolorū & martyrum: non eſt cui dicat ſe-
curus domin' ouium: Paſce oues meas: et
quodāmodo quaſi neceſſitate deſcendit ad
officiū paſcendi oues ſuas: non habens qui-
bus cōmendet nec tamen deſerens. Hoc eñ
videtur ſequi. Hoc enim dicit dominus deus:
Ecce ego ipſe: cui dicebam': Qui paſcis iſrl' Pſ.79.
intēde: q deducis tanqȝ ouem Ioſeph popu
lū in egypto cōſtitutū: Iam diffuſus in gen
tibus iſrael: ipſe eſt ioſeph. Noſtis eñ qr mi
grauit ioſeph in egyptū: vendentib' fratri- Gen.37.
bus. Factū eſt: vendiderūt chriſtū iudei ſine
cauſa: & inter apoſtolos ipſe iudas venditor Matth.26.
fuit. Cepit eſſe chriſtus in gentibus: ibi ho-
noratus eſt: ibi creuit populus eius: nō eum
deſerit paſtor eius. Excita inquit potētiam N
tuam et veni: vt ſaluos facias nos: Plane Ca.13.

facit ⁊ faciet. Ait enim: Ecce ego ipſe inqui/
ram oues meas: ⁊ viſitabo eas ſicut viſitat
paſtor gregem ſuum. Non curauerunt ma/
li paſtores. Non enim ſuo ſanguine redime/
rūt. Sicut viſitat inquit paſtor gregem ſuū
in die. In qua enim die? Cū fuerit nimbus
et nubia: id eſt in pluuia et nebula. Pluuia
⁊ nebula error ſeculi hui⁹: caligo magna ſur/
gens de cupiditate hominū: et nebula cōte/
gens terram: Et difficile ē vt nō errent oues
ex iſta nebula: ſed paſtor non deſerit eas: in/
quirit eas: penetrat nebulam oculis acutiſſi/
mis: non impeditur caligine nubiū: videt vn/
dicꝫ: errantem reuocat: tm̄ fiat qđ in euange/
Ioh.10. lio: Que ſunt oues mee: audiunt vocē meā:
⁊ ſequuntur me. In medio ouium diſperſarū:
ſic inquiram oues meas: et educam eas ab
omni loco quo diſperſe ſunt. Illic in die nu/
bis ⁊ nimbi quando difficile eſt eas inueni/
ri. Tūc ego inueniam: craſſa nebula eſt: pin/
Ezech.34. guis nimb⁹ ē. Oculos em̄ ei⁹ nihil latet. Et
educam eas de gentibus: ⁊ colligam eas de
regionib⁹: et inducam eas in terram earum:
et paſcam eas ſuper montes earum. Conſti/
tuit mōtes iſrael: auctores ſcripturarū diui/
narum: Ibi paſcite vt ſecure paſcatis: quic/
quid inde audieritis: hoc vobis bene ſapiat:
quicquid extra eſt: reſpuite ne erretis in ne/
bula. Audite vocem paſtoris: Colligite vos
ad montes ſcripture ſancte. Ibi ſunt delitie
cordis veſtri: ibi nihil venenoſum: nihil alie/
num: vberrima paſcua eſt: vos tm̄ ſane ve/
nite: ſane paſcimi. In mōtib⁹ iſrael ⁊ i riuis
⁊ in omni habitatione terre. A montib⁹ em̄
quos oſtendimus: manauerūt riui p̄dicati/
Pſ̄.18. onis euangelice: cum in omnē terram exiuit
ſonus eorum: Et facta eſt omnis habitatio
Ezech.34. terre ad paſcēdas oues leta atqꝫ fecūda. In
paſcuis bonis paſcam eas: ⁊ in mōtibus iſrl
erunt ſtabula. Erunt illic: hoc eſt vbi requi/
eſcant: vbi diſcant. Verum eſt: manifeſtum
eſt: non fallimur. In gloria dei requieſcent
tanqꝫ in ſtabulis ⁊ dormient: hoc eſt: requi/
eſcent i delitijs bonis: ⁊ i paſcua pingui pa/
ſcent ſuper montes iſrael. Iam dixi: mōtes
iſrael: montes bonos quo leuamus oculos:
Pſ̄.120. vt inde nobis veniat auxilium noſtrū a do/
mino qui fecit celum ⁊ terram: Ideo ne vel i
mōtibus bonis eſſet ſpes noſtra: cum dixiſ/
ſet: Paſcam oues meas ſuper mōtes iſrael:
Rurſus ne tu ſpem poneres in montibus:
ſubiecit ſtatim: Ego paſcam oues meas. Le/
ua oculos tuos in montes: vnde veniet au/
xilium tibi. Sed attende dicentem: Ego pa/ Ezech.34.
ſcam. Auxilium enim tuum a deo: qui fecit
celum ⁊ terram. Ego requieſcere faciam eas
dicit domin⁹ deus. Sed vt requieſcere faci/
at: primo curauit: poſterius dicit: hic eſt do/
minus deus. Primo quod perierat requirā:
qđ errauit reuocabo: ⁊ qđ imminutū eſt col/
ligabo: et qđ exanime eſt confortabo: et qđ
pingue eſt cuſtodiam. Quod non faciebant
mali paſtores ſeipſos paſcentes non oues.
Non ait dominus: Cōſtituam alios bonos
paſtores qui faciant hoc: ſed ego inquit pa/
ſcam oues meas: nulli cōmittā: Securi vos
fratres: ſecure vos oues: Nobis videtur timē
dum: quas idem paſtor bon⁹ claudit ſic: Et Ez.
paſcam eas cum iudicio. Vide quia ſolus Ca.14.
paſcit cum iudicio. Quia enim homo iudi/
cat de hoīe? Temerarijs iudicijs plena ſunt
omnia: De quo deſperauim⁹ ſubito cōuer/
titur et fit optim⁹: De quo multū p̄ſumpſi/
mus: ſubito deficit et fit peſſimus. Nec ti/
mor noſter certus eſt: nec amor noſter certus
eſt. Quid ſit hodie quiſqꝫ homo: vix nouit
ipſe homo: tamen vtcunqꝫ ipſe quod hodie
quid aut oues: nec aut ipſe paſcit. Ergo cū
iudicio diſpertientis propria proprijs: hec
iſtis: illa illis: debita eis quibus debetur hoc
aut illud. Nouit enim quid agat: cum iudi/
cio paſcit: quos iudicatus redemit. Paſcit
ergo ipſe cum iudicio. In p̄pheta enim hie/
remia ait: Clamauit quidem perdix: cōgre/
gauit que nō peperit: faciens diuitias ſuas
nō cum iudicio. Paſcit iſte paſtor cum iudi/
cio: Quare ille ſine iudicio? Quia cōgrega/
uit que nō peperit. Quare iſte cum iudicio?
quia fouet qđ peperit. De paſtore tamē bo/
no loquitur. Paſtores boni aut non ſunt: aut
latent. Si enim non ſunt: quid agimus? Si
latēt: qđ de eis tacem⁹? Perdix quidem illa a Hiere.17.
quibuſdā maioribus: ⁊ ante nos ſcripturas
tractātibus diabol⁹ intellectus eſt: congre/
gans que non peperit. Non enim ille crea/
tor: ſed deceptor eſt: faciens diuitias ſuas
non cum iudicio. Non enim ad eū pertinet
q̄ iſto aut illo modo erret: oēs errantes vult
quibuſlibet erroribus: q̄ diuerſe ſunt here/
ſes: q̄ diuerſi errores. Ille enim in omni/
bus vult errare homines: Non dicit diabo/
lus donatiſte ſint: non ſint arriani: ſiue illic

ſit ſine iſtic:ad eum pertinet congregantem
ſine iudicio. Idola inquit adoret:meus eſt:
iudeoꝝ ſupſtitione remaneat:meus eſt:de-
ſerta vnitate in illam vel in illam hereſim
pergat:meus eſt. Congregat ergo ſine iudi
cio faciens diuitias ſuas. Sed quid faciens
ſequat᷑ in dimidio dierum eiuſ? derelinquet
eas:⁊ in nouiſſimis ſuis erit inſipiens. Ue-
nit ille congregans oues ſuas in dimidio di
erum eius:ꝑuſq̃ ſperabat:anteq̃ putabat
derelinquet eas: et erit inſipiens in nouiſſi-
mis eiuſ. Quare in primis ſuis ſapiẽs erat:
vt in nouiſſimis ſuis ſit inſipiens? Audite
fratres:dicit᷑ aliquando in ſcripturis ſapien
tia ꝑ ſtulticia abuſione verbi: non ꝓprieta-
1.Cor.1. te. Unde enim dicit᷑: Ubi ſapiens: vbi ſcri-
ba:vbi conquiſitor huius ſeculi? Nõne ſtul-
ticiam fecit deus ſapientiã huius mũdi? Et
iſte perdix: id eſt draco: id eſt tanq̃ ſemꝑ ſa-
piens erat:et non adam per euam decepit?
Utrum dicere putas eſt bonum conſilium
dare exiſtimatus eſt contra deum creditus
eſt. Nõ non dicit᷑ ſapientia abuſiue verbi et
in malo conſuetudine quidem ſcripturarum
veſtrarũ: Nam quẽadmodum loquunt᷑ au-
ctores mundi:quid ad nos? habes in eodẽ
Gen.3. libro:Erat ibi ſerpens ſapientior omnibus
beſtijs:aſtutus ⁊ acut⁹ ad decipiendũ agno-
ſcitur:nõ poſtea ei credit᷑. Et dicit᷑ ei: Renũ-
ciamus tibi: ſufficiat ꝙ incautos primo de-
cepiſti: Ergo ita erit in nouiſſimis ſuis inſi-
Hiere.17. piens: qui congregauit que non peperit: et
fecit diuitias ſuas nõ cum iudicio:paſcit cõ-
tra illum redemptor noſter cum iudicio. Et
exiſtat aliquis hereticus:⁊ ſi non frater dia-
boli: certe adiutor et filius:⁊ ipſum dixerim
ꝑdicem cõtentioſum animal: hoc eſt anima
vt aucupes norunt etiaꝫ contendẽdi ſtudio
capit᷑. Contendunt iſti contra veritatẽ:⁊ cõ-
tendere ex quo ſe diuiſere modo dicunt:con
tendere volum⁹:q: iam capti ſunt nolo con-
tendere. O capte aliquando tu eras qui pri-
mis temporibus ſeditionis tue traditores
arguebas: innocentes damnabas: iudicio
imperatoris:iudicio epiſcopoꝝ non conſen
tiebas victus: totiẽs appellabas apud ipm:
i patrẽ ſtudioſiſſime litigabas: cõgregabas
q̃ nõ peperiſti. Ubi eſt nunc ceruix tua: vbi
lingua tua:vbi filius tuus? Certe in nouiſſi-
mis tuis factus es inſipiens:pauiſti ſine iu-
dicio: Non enim verũ vis vel de errore tuo:

vel de veritate iudicare: paſcit contra chri-
ſtus cuꝫ iudicio: diſcernit oues ſuas ab oui-
bus nõ ſuis. Que ſunt oues mee inquit:au- Ioh.10.
diunt vocem meam:⁊ ſequũtur me. Hac in- P
uenio omnes paſtores bonos in vno paſto- Ca.15.
re. Nõ enim vere paſtores boni deſunt: ſed
in vno ſunt:multi ſunt: qui diuiſi ſunt. Hic De xbis dñi
vnus predicatur:quia vnitas cõmendatur. Ser.50.b.
Neq̃ enim vere modo ideo tacent᷑ paſto-
res et dicit᷑ paſtor: quia non inuenit domi-
nus cui cõmendet oues ſuas: Tunc autem
ideo cõmendauit:quia petrum inuenit:imo
xp̃o ⁊ in ipſo petro vnitatẽ cõmẽdauit. Mul-
ti erant apoſtoli:⁊ vni dicit᷑: Paſce oues me Ioh.21.
as. Abſit vt deſint modo boni paſtores:
abſit a nobis vt deſint: abſit a miſericordia
ipſi⁹ vt nõ eos gignat atq̃ cõſtituat: Utiq̃
ſi ſunt bone oues:ſunt ⁊ boni paſtores. Nã
de bonis ouib⁹ fiunt boni paſtores:ſed om-
nes boni paſtores in vno ſunt. Unũ illi pa-
ſcunt. Chriſtus paſcit. Nõ enim vocẽ ſuam Ioh.3.
dicunt amici ſponſi:ſed gaudio gaudent ꝓ-
pter vocem ſponſi. Ideo ergo ipſe paſcet
cum ipſi paſcent. Et dicit: Ego paſco: quia
in illis vox ipſius: in illis charitas ipſius.
Nam ⁊ ipſum petrum cui cõmendauit oues
ſuas:quaſi alter alteri vnum ſecũ facere vo-
lebat: et ſic ei oues cõmendaret vt eſſet ille
caput: ille figuram corporis portaret: id eſt
eccleſie: Et tanq̃ ſponſus ⁊ ſpõſa eſſent duo
i carne vna. Proinde vt oues cõmendaret:
quid illi prius dicit: ne illi tanq̃ alteri com-
mendaret? Petre amas me. Et reſpondit:
Amo. Et iterum: Amas me. Et reſpondit:
Amo. Et tertio: Amas me. Et reſpondit:
Amo: ꝯfirmat charitatẽ vt cõſolidet vnita-
tem. Ipſe ergo paſcit vnus in his: et hi in
vno: et tacetur de paſtoribus. Sed non ta-
cetur de illis ouibus. Gloriantur paſtores:
ſed qui gloriant᷑ in domino glorientur: hoc 1.Cor.1.
eſt i chriſto paſcere:et cũ chriſto paſcere:pre-
ter chriſtũ non paſcere:neq̃ vota impia pa-
ſtorum tanq̃ iſta futura mala tẽpora ꝓphe-
ta prediceret: dixit: Ego paſco: non habeo
cui cõmendem:etiam cum ipſe petrus erat:
⁊ cum adhuc ipſi apoſtoli erant in hac car-
ne et in hac vita:tũc ait ille vnus in quo xp̃o
omnes vnum: Habeo alias oues: que non Ioh.10.
ſunt de hoc ouili: oportet me et has addu-
cere: vt vnus ſit grex: et vnus ſit paſtor. Q
Sint ergo omnes in paſtore vno:⁊ audiant Ca.16.

vocem paſtoris vnam: quā audiant oues: ꝛ
ſequant̄ paſtorem ſuum: non illum aut illū:
ſed vnum. Et omnes in illo vnam vocem di
1.Cor.1. cant: diuerſas voces non habeāt. Obſecro
vos fratres vt idipſum dicatis oēs: et non
ſint in vobis ſciſmata. Hanc vocem liquatā
ab omni ſciſmate: purgatam ab omni hereſi.
audiant oues: ꝛ ſequant̄ paſtorem ſuum di-
Joh.10. centem: Que ſunt oues mee: meā vocem au
diunt ꝛ ſequunt̄ me. Namvis noſſe heretice
ꝙ non habes vocem paſtoris: et periculoſe
te ſequat̄ ouis: tectū indumento ouiū ꝛ int⁹
Matth.7. lupum rapacem: audiat vocem tuam. Vi-
deamus an chriſti eccleſiam querit infirma
ouis a grege aberrans: neſcieñ vbi ſit grex:
querit quo ſe aggreget: quo intret edem: vo
cem audiamus an chriſti ſit: Audiam⁹ vtrū
agni ſit an perdicis. Quis dei gregem ſuum
querit: puta ouem de oriente veniſſe in afri-
cam: querit gregē ſuum: incurrit in te: in ba-
ſilicam tuā intrare vult: cōmoueris ignota
facie: vel tu vel miniſter tuus ſtans vel ſe-
dens ad oſtium: interrogat ouem querentē
gregem ſuum: immo gregem dei cum grege
ſuo intrare vult: ibi eum eſſe putat. Queris
paganus ſit an chriſtian⁹? Reſpondit: Chri
ſtianus. Quis eſt enim dei. Queris ne forte
cathecumin⁹ ſit ꝛ irruat in ſacramētis? Re-
ſpondit: Fidelis. Queris cuius cōmuniōis
ſit? Reſpondit: Catholicus: chriſtianus. Si
fidelem catholicū reprobas: teſtes: ita vos p-
ijcere proba: a te reprobatus chriſto probat̄.
Vtinam et illi qui ſunt apud te cognoſcant
Hiere.17. te: ꝛ in dimidio dierū derelinquēt te. Qui-
dam fratres noſtri heſterno die ierunt ad ba
ſilicam eorum: ꝛ ſi ad malos fratres: tamen
ad fratres. Attēdite fratres mei quid inter-
ſit inter fiduciam veritatis et timorē falſita-
tis. Quando aliquos eorum in hoc populo
agnoſcitis: quomodo gaudetis: quia in vo-
bis ille eſt qui querit quod perierat? Sugge
retur aliquando nobis vt vos audiat ꝛ diſ-
cedat: audiet et irridebit: audiat et irrideat.
Aliquando ſapiet: aliquādo cognoſcet: ali-
quando relinquitur populo ſuo: remanet in
corde ſuo: Renūciat errori ſuo: gratias agit
deo ſuo. Illi autē q̄d: Qui eſtis? Chriſtiani
ſumus. Nō: ſed exploratores. Et illi: Catho
lici ſumus: conati ſunt iniuriare meliori con
ſilio: Penitet eos: atꝙ vtinā ſic peniteat: et
ibi remanere penituit eos qui ingreſſi ſunt
iniuriare: tamē quos p̄iecerunt chriſtianos:
fideles: catholicos: quos tenuerunt nolo di
cere: quos proiecerunt video: quos tenuē-
rūt chriſti dicant. Dicant ergo vocem ſuam:
videamus an chriſti ſit vox: an paſtoris ſit
vox quā ſequant̄ oues: ſiue p bonū ſit vox
iſta: ſiue per malum hominē: vtrum ſit vox
attendamus. Querit infirmus eccleſiam: R
Tu quid dices? Partis donati eſtis. Eccle- Es.17.
ſia: Ego vocem paſtoris inquiro: lege mihi
hoc de propheta: lege mihi de pſalmo: reci-
ta mihi de Eſaia: de lege: de euangelio reci-
ta: recita de apoſtolo. Inde ego recito eccle-
ſiam toto orbe diffuſam: ꝛ dominū dicentē:
Que ſunt oues mee: vocem meam audiunt Joh.10.
ꝛ ſequūtur me. Que ē vox paſtoris? Et p̄di- Luc.24.
caturi in nomie eius penitentiam ꝛ remiſſi-
onem peccatorū: per omnes gentes incipiē-
tib⁹ ab hieruſalē. Ecce vox paſtoris: agno-
ſcis eā ꝛ ſequeris ſi ouis es: Sed illi codices
tradiderūt: ac illi thus idolis poſuerunt. Et
ille: Quid ad me de illo ꝛ illo? Si fecerūt: nō
ſunt paſtores. Tu vocem paſtoris edicito:
quia nec de illis vocē paſtoris annūcias: tu
accuſas: nō euāgeliū tu accuſas: nō p̄phetā:
nō apl̄m. De illo credo: alijs nō credo. Sed
acta p̄fers: acta p̄fero: Credam⁹ tuis: crede ꝛ
tu meis. Non credo tuis: noli credere meis.
Auferant̄ charte hūane: ſonēt voces diuie.
Ede mihi vnā ſcripture vocē pro parte do-
nati. Audi innumerabiles p orbe terrarum:
quis eas enumerat? Quis eas terminat?
Tamen vt pauca cōmemoremus: legem at-
tende: primū dei teſtamentū. In ſemie tuo Gen.22.
benedicent̄ omnes gentes. Et in pſalmo:
Poſtula a me ꝛ dabo tibi gētes hereditatē Ps̄.2.
tuam: ꝛ poſſeſſionem tuam terminos terre.
Cōmemorabunt̄ et conuertent̄ ad dominū Ps̄.21.
vniuerſi fines terre. Et adorabunt eum in
conſpectu eius vniuerſe patrie gentiū: Qm̄
ipſius eſt regnū ꝛ ipſe dominabit̄ gentium.
Cantate dn̄o canticū nouū: cantate domi- Ps̄.95.
no oīs terra. Et adorabūt eū omnes reges Ps̄.71.
terre: omnes gentes ſeruiēt illi. Quis enu-
merare ſufficiat? Prope omis pagina nihil
aliud ſonat ꝙ chriſti eccleſiā toto orbe diffu
ſam: Sine aliquo dubio pituram fuiſſe dicūt:
Peritura p̄dicta eſt tot teſtimonijs manſu-
ra? Nec vna vox iſta p legem: per p̄phetas:
p cantica: paſtoris eſt. Nec eñ illi verū dice-
re ſine verbo dei potuere qd̄ ē chriſt⁹. Audi
vocē verbi: miratus fidē Centurionis: Amē Matth.8.
inquit dico vobis: nō inueni tantā fidem in

iſrael. Propterea dico vobis: quia multi ab
oriente ⁊ occidēte veniēt. Ecce eccl'ia chriſti:
ecce grex chriſti. Tu vide ſi vis eſſe. Nō eñi
te latet grex qui vbiq̈ eſt: nō habebis quid
reſpōdeas iudicio tuo: quē non vis eſſe pa/
ſtorem tuū: non habebis inq̈ quid reſpon/
deas iudicio tuo. Neſciui: non vidi: non au/
diui. Quid eſt quod nō ſciſti? Nec eſt qui ſe
abſcondat a calore eius. Quid eſt qđ nō vi/
Ps.97. Eſa.52. diſti? Viderūt omēs fines terre ſalutare dei
Ps.18. noſtri. Quid ē qđ nō audiſti? In omnē terrā
exiuit ſonus eorū: ⁊ in fines orbis terre vba
eorum. Sed recte nobis. Quare vox chriſti:
vox paſtoris quā oues audiant et ſequant᷑?
Non inuenitis quid dicatis: vocem paſto/
ris nō habetis: Audite ⁊ ſequimini. Dimit/
tite vocem lupi: ſequimini vocem paſtoris.
S Ca.18. Damus inquit audiamus. Damus et nos
vocem paſtoris. Audiamus: In canticis in/
quiunt canticorū: loquit᷑ ſpōſa ad ſponſum:
eccleſia ad chriſtū. Nouim⁹ cantica canticō/
rum: ſancta cantica: amatoria cantica: ſan/
cti amoris: ſancte charitatis: ſancte dulcedi/
nis. Plane volo inde audire vocē paſtoris:
vocē dulciſſimi ſponſi eccleſie. Si aliqđ ha/
bes: audiam⁹. Sponſa inquiūt dicit ad ſpō/
Cant.1. ſum: Annūcia mihi quē dilexit aīa mea: vbi
paſcis: vbi cubas. Et ille inquit reſpōdit: In
meridie. Manifeſta tibi teſtimonia pferebō
Ps.2. quēadmodū interptareris. Poſtula a me et
dabo tibi gentes hereditatē tuā: ⁊ poſſeſſio/
Ps.21. nem tuā terminos terre. Cōmemorabunt᷑ et
conuertent᷑ ad dominū vniuerſi fines terre.
Quid eſt qđ mihi de canticis canticoꝝ pro/
fers: qđ forte nō intelligis? Eteni illa cātica
enigmata ſunt: paucis intelligētibus nota
ſunt: paucis pulſantib⁹ aperiunt᷑. Tenebo
te: accipe aperta: vt merito tibi pandant᷑ ab/
ſcōdita. Quomodo eris penetrator obſcuro
rum: cōtemptor manifeſtoꝝ? Ecce tñ vt poſ/
ſumus fratres hec verba diſcutiam⁹. Aderit
deus vt videatis ibi ſanū intellectū: Primo
q̄ ab omīb⁹ imperitis facillime iudicat᷑: vba
ipſa male diſtinguūt: nūc audietis: nūc pro
babitis. Eteni ſic ſe habet textus ipſe lecti/
T Ca.19. onis: Sponſa loquit᷑ ad ſponſum: Annūcia
Cant.1. mihi quē dilexit anima mea: vbi paſcis: vbi
cubas. Quid ſpōſa ſponſo dicat? Quid ec/
cleſia chriſto dicat? Nec nos dubitam⁹: nec
illi: ſed omnia verba ſponſe. Audi verbum:
Quare qđ adhuc ſponſe eſt: vis tribuere iā
ſponſo? Audi omnia que dicit ſponſa: ⁊ tūc
reſpondebit ſponſus. Audi euidētius hanc
diſtinctionē quā dicturus ſum: nō inuenies
aliquid plus: Annūcia mihi quē dilexit ani
ma: vbi paſcis: vbi cubas in meridie? Ipſa
adhuc dicit: Ubi paſcis: vbi cubas in meri/
die? Et in de q: adhuc ipa dicit. Sequit᷑ eñi:
Ne forte fiam ſicut opta ſuper greges ſoda/
liū tuoꝝ: Puto omnes peritos imperitoſq̈
diſcernere genus maſculinū et femininum.
Operta quero cuius generis ſit? Ab omni
homine quero: maſculini eſt aut feminini.
Annuncia inquit mihi quē dilexit aīa mea:
quē cum dicit: maſculū alloquit᷑: ſponſū al/
loquit᷑. Quia vere femina virū alloquit᷑: cō/
ſequētia vba indicāt: Annūcia mihi vbi pa
ſcis: vbi cubas i meridie: ne forte fiam ſicut
operta ſuper greges ſodalium tuoruȝ. Huc
uſq̈ verba ſpōſe. Jam incipiūt verba ſpōſi
de manifeſto: Niſi cognoueris temetipſam.
Agnoſce viriliter femina: teipſaȝ inquit nō
cognoueris. Audi reliqua: Opulenta inter
mulieres: niſi cognoueris temetipſam. O
pulchra inter mulieres exi tu i veſtigijs gre/
gū: ⁊ paſce hedos tuos in tabernaculis pa/
ſtorū: nō i tabernaculo paſtoris. Vide quō/
modo cōminetur ſponſus: vide q̄ in pericu/
lo q̄uis ille dulcis abſtulit de medio blan/
dimēta: q̄ blande illa: Annuncia mihi quē
dilexit anima mea: vbi paſcis: vbi cubas in
meridie? Ueniet enim dies medius quādo
ad vmbraculū concurrant paſtores: et forte
latebit me vbi paſcis: ⁊ vbi cubas i meridie:
⁊ volo mihi annūcies ne fiam operta: id eſt
ſic occulta et nō cognita. Ego eñi manifeſta
ſum: ſed ne ſicut occulta ⁊ ſicut celata incidā
ſuper greges ſodalium tuorum. Omnes eñi
heretici a chriſto exierunt: omnes qui facti
ſunt paſtores mali: hñtes greges ſuos ſub
nomine chriſti: illi⁹ ſodales fuerunt: illi⁹ cō/
uiuiū accipere. Sodales enim dicunt᷑ tanq̈
vni⁹ conuiuij. Latina eñi lingua ſic dicti ſūt
quaſi ſimul edales: eo q̄ ſimul edant. Audi
illum in pſalmo arguentem ſodales malos:
id eſt vni⁹ cōuiuij: Si inimicus maledixiſſet Ps.54.
mihi: abſcondiſſem me vtiq̈ ab eo: et ſi ſup
me magna locutus fuiſſet: tu vo vnanimis
⁊ notus meus qui ſimul mecum dulces ca/
piebas cibos. Ergo multi ſodales ingrati
menſe dominice exierunt foras: mali ſodā/
les fecerūt ſibi menſas ſuas ⁊ erexerūt. Et ſi
putas quia meridies africa eſt: q̄q̈ poſſem
obtinere magis mūdi meridiem eſſe partes

145

ęgypti: ⁊ illas exuſtas ſole regiones vbi plu
uia non apparet: quia ipſa eſt meridies vbi
feruet medius dies. Ubi autē heremus ple
na milibus ſeruoꝝ dei? Unde ſi ad meridiē
locorū velimus aduertere: quare non ibi pa
ſcat magis ille: ⁊ ille requieſcat: quādo ante
Pſ.106. ꝑdictum eſt: Aberrauerunt deſerta heremi?
Sed ecce conſentio: africa ſit meridies. Hic
ſunt ſodales mei. Eccleſia tranſmarina in
aliquorū ſuorum nauigante: in africa ſollici
ta ne erret: inuocat ſponſum ſuū: et dicit ei:
Abundare audio hęreticos in africa: abun
dare audio rebaptizatores i africa. Eſſe aūt
ibi vos minᵘ audio: ⁊ illud audio: ⁊ hoc au
Cant.1. dio: ſed qui ſunt tui a te volo audire. Annū
cia mihi quez dilexit anima mea: vbi paſcis
vbi cubas in meredie. Audio duas partes
eſſe: Unam donati: alterā vniuerſo tuo co
hęrentē: Tu mihi dic quo eam: ne forte ve
lut operta: id eſt ignota ſuper greges ſoda
lium tuoꝝ: incurrā in greges hęreticorū: co
nātes ponere lapidē ſuꝑ lapidē q̄ deſtruat:
ne irruā i rebaptizatores. Annūcia mihi. Et
ille qui cōmendat vnitatē paſtoris in hac le
Ezech.34. ctione dixit: Ego paſcam. Paſtores autem
reprobat: qui multi eſſe voluerūt: vnitatem
amiſerunt: ſeueriſſime non blande reſpōdē
Cant.1. tis: ſed ꝓ magnitudine periculi: Niſi cogno
ueris inquit temetipſam o pulchra inter mu
lieres. Pulchra es int̄ mlieres: ſed agnoſce.
Ubi te agnoſces? In toto orbe terrarū. Si
enim pulchra vnitas eſt ibi: vbi diuiſio fędi
tas: nō pulchritudo. Niſi cognoueris temet
ipſam. In me credidiſti: agnoſce te. In me
quomodo credidiſti? Quomodo et illi mali
Joh.1. ſodales cōſentiūt verbum carnē factū: natū
ex virgine: crucifixum: reſurrexiſſe: aſcēdiſſe
in cęlos. Si talē me credidiſti: talem ⁊ illi ſo
nāt. Cognoſce te: ⁊ me in cęlo: te i toto orbe.
Utrū quēlibet ex ecclia tanq̄ eccleſiā chriſtᵘ
alloquit̄? Nā quomō eccleſia quęrit? Eccle
ſia ſm ipſos loquit̄: Annūcia mihi quem di
lexit aīa mea: vbi paſcis: vbi cubas. Quid
quęris eccleſia? Et ille tanq̄ oſtēdens eccle
ſiā dicit: In meridie: ſicut illi volūt. Reſpō
deant mihi: quomō ecclia q̄rat eccleſiā: An
nūcia mihi quē dilexit aīa mea? Quę loquit̄
eccleſia? Quid ſibi voluit annūciari: vbi pa
ſcis: vbi cubas in meridie: id eſt vbi ſit eccle
ſia loquitur: ⁊ interrogat vbi ſit eccleſia? Et
reſpondet ille vt putant in meridie. Si in ſo
la meridie eſt: vt dicūt i africa: et quęrit quō
ipſa interrogat vbi ipſa ſit: an vō portio ec
cleſię tranſmarine bene interrogat de meri
die ne ille erret. Et alloquit̄ vnūquodq̄ mē
broꝝ ecclię ſuę chriſtus tanq̄ ſuā eccleſiā: et
dicit: Niſi cognoueris te o pulchra int̄ muli
eres exi. Exire hęreticorū eſt. Aut cog̃ſce te:
aut exi: Aut ſi te non cognoueris exitura q̄:
in veſtigijs gregū ſequendo malos greges:
ne forte putes q̄ꝛ obeſſe quęris ſi exis: audi
quid ſequit̄: Exi tu in veſtigijs gregū: ⁊ pa
ſce hedos tuos iaz nō oues. Noſtis fratres:
vbi erūt hedi? Ad ſiniſtrā erūt oēs q̄ exierūt Matth.25.
ab ecclia. Manētibᵘ Petro: paſce oues me Joh.21.
as: exeūtibᵘ hęreticō paſce hedos tuos. Eſt U
inquiūt ⁊ aliud teſtimoniū nihilominᵘ con Ca.20.
tra te. Dic vt audiamᵘ: Erit ſic cōtra te: quō
hoc qō putabis pro te. Si meridiē inquiūt
interp̄taris ęgyptū: Multis quidez modis
interp̄tamur meridiem: ⁊ ęgyptū poſſumus
ad locum mūdi: ⁊ ipſam africā ſic intelligā.
Audi quid intelligam ꝑ meridiē: Intelligo
feruorē ſpiritaliū: flagrantē igne charitatis:
ſplendentē lumine veritatis. Nam dicit̄ in
q̄dam pſalmo: Dexterā tuā notā fac mihi: ⁊ Pſ.89.
eruditos corde i ſapiētia: Ipſi ſūt i meridie.
Unde dicit̄ a ꝓpheta: Et tenebrę tuę ſicut Eſa.58.
meridies erunt. Multis modis poſſumᵘ in
telligere meridiem: ſed prorſus africā intelli
go: accipio a te aliquid forte melius q̄ ſape
rē niſi a te cōmemorarer. Africa ſit meridies:
Timet eccleſia trāſmarina incidere i rebapti
zatores: timet incidere tanq̄ ignorata i gre
ges ſodaliū: quęrit ab ſponſo ſuo vt annū
ciet illi vbi paſcit: vbi cubat in meridie. In
alijs paſcit: in alijs nō paſcit: in alijs cubat:
in alijs nō cubat: audiat conſiliū: veniat ad
catholicā eccleſiā: nō incurrat in greges ſo
daliū: nō paſcat hedos ſuos. Sed dic aliud
qō te dicebas eē dictuꝝ. Propheta inq̄t ait:
Deᵘ ab africo veniet. Alterū chriſtū i africa Abacuc.3.
naſci: ⁊ ire ꝑ mūdū hęretici annūciāt. Rogo
q̄d ē: Ab africo deᵘ veniet? Si diceret̄: Deᵘ
in africa remanſit: vtriq̄ turpiter diceretis.
Nūc aūt etiā ab africa veniet dicitis chriſtᵘ:
Ubi natus chriſtᵘ: vbi ſit paſſus: vbi in cę
lum aſcēderit: vnde diſcipulos miſerit: vbi
eos ſpū ſancto repleuerit: vbi ꝑ totū mūdū
euāgelizare iuſſerit: ⁊ obtemparint ei: adim
plet̄ orbis terrarū euāgelio: et tu dicis: Deᵘ
ab africa veniet. Ergo tu mihi inq̄t expone:
q̄d eſt: deus ab africo veniet. Dic totū: ⁊ for
taſſis intelligeo: deus ab africo veniet: ⁊ ſan

ctus de monte vmbroſo. Tu mihi expone: ſi
iam ab africo: quomodo de mōte vmbroſo?
De numidia nata eſt pars donati: ipſi miſſi
ſunt primi in diſſenſionē ⁊ tumultū et ſcan-
dalum querentes ingens vulnus. Numidie
miſerunt: ſedens Tigiſitanus miſit. Ubi ſit
tigiſi notū eſt: qui miſſi ſunt clerici extra cō-
gregauerūt: ab eccleſia ad clericos carthagi
nis accedere voluerūt: viſitatorē poſuerūt:
a lucella ſuſcepti ſunt: auctor totiꝰ huiꝰ ma-
li numida hereticus fuit in numidia: vnde
ventū eſt huc cū tanto malo viſcariū vix in-
uenit: cum cupſonibꝰ habitant. Quomodo
mons vmbroſus numidia? Dic mihi ergo:
noli huc uſqꝫ recitare: Deus ab africo. Exigo
ſententiā: et ſanctus de mōte vmbroſo. Sz
oſtende mihi partem donati a numidia de
monte vmbroſo venire: Inuenis nuda oia:
pingues quidē campos ſed frumētario: nō
oliueti fertiles: nō ceteri nemoribꝰ amenos.
Unde ergo mons vmbroſus i numidie par-
X tibꝰ? Unde hoc ſcandalū? Tu mihi inquis:
Ca.21. Ergo expone quid ē: Deus a libano veniet:
⁊ ſanctꝰ de monte vmbroſo? Uide facile ex-
ponā. Primo illud audi qd ait dn̄s: Oporte
Luce.24. bat chriſtū pati: ⁊ reſurgere tertio die: ⁊ ꝑdi-
cari in nomie eius penitentiā ⁊ remiſſionem
pctōꝝ ꝑ oēs gentes: incipiētibꝰ ab hierl'm.
Uide vtiqꝫ ſe in ſanctis ſuis ad alias gētes
venturū ꝑdixit eē. Lege diuiſionē tre filioꝝ
iſrael in omnibꝰ tribubus: in libro ieſu naue
vbi aperte dictū eſt: Hiebus ab africo veni-
et: que eſt hieruſalē. Lege: quere: inuenies.
Utinā cū inueneris: credas: vtinā animoſi-
Joſue.18. tatē deponas. Hiebus ab africo que eſt hie-
ruſalē: et dominꝰ incipiētibus ab hieruſalē:
hoc eſt: deus ab africo veniet. Quomō ergo
a mōte vmbroſo: euāgeliū iam lege: de mō-
Act.1. te oliueti chriſtus aſcēdit in celū. Sequere ⁊
qd lucidiꝰ? Audiſti de monte vmbroſo: legē
recitamꝰ: euāgeliū recitamꝰ. Audiſti incipi-
entibꝰ ab hierl'm: audiſti ꝑ oēs gentes: Per
eū ꝓphetā ſeqre ꝟba illa q̄ ꝯtempſiſti: Deꝰ
ab africo veniet: et ſanctꝰ de monte vmbro-
ſo: Cooperiet montē vmbra eiꝰ: et gloria eiꝰ
plena eſt terra. Per omnes ergo gentes in-
cipientibus ab hieruſalē: deus ab africo ve-
niet: ⁊ ſanctus de monte vmbroſo ⁊ cōden-
ſo: id eſt a mōte oliueti vbi aſcendit in celū:
vnde miſit diſcipulos ſuos: vbi etiā aſcen-
Act.1. ſurus ait: Non enim veſtrū eſt ſcire tempora
que pater poſuit in ſua poteſtate: Sed acci-
pietis virtutē ex alto: et eritis mihi teſtes in
hieruſalē ⁊ in iudea ⁊ ſamaria ⁊ vſqꝫ in totā
terrā. Ergo deo veniente chriſto: ⁊ nomē eiꝰ
⁊ ꝑdicatio euangelij eius ab hieruſalē: id eſt
ab africo et monte vmbroſo: id eſt a monte
oliueti ꝑ omnes gentes diffamatū eſt euan- Ps.79.
geliū. Operuit mōtes vmbra eius: id eſt re-
frigeriū eius: ꝓtectio eius: ⁊ laude eius ple-
na eſt terra. Cantate ergo cū tota terra can- Ps.95.
ticū nouū: non canticū vetus cū angelo ter-
re. Dicunt ⁊ aliud: Cyreneus inquit quidā Y
ſimon angariatus eſt vt tolleret crucem: le- Ca.22.
gimus: ſed quid te adiuuet volo ſcire. Cyre-
neus inquit afer eſt: quare ipſe angariatꝰ eſt
qui crucē tolleret? Ubi ſit cyrene ne forte ne-
ſcis libya eſt: pentapolis eſt: cōtigua eſt afri
ce: ad orientē magis ꝑtinet: vel in diſtribu-
tione ꝓuinciarū. Imperatorē cognoſce: im-
perator oriētalis mittit ad iudicē ad cyrenē:
Breuiter reſpōdebo: vbi eſt pars donati nō
inuenit cyrenē: vbi eſt cyrene nō inuenit ps
donati. Manifeſta veritas cōuincit errorē.
Det mihi cyrenē vbi eſt pars donati: det mi
hi partē donati vbi ē cyrene. Manifeſtū eſt
eñi fratres in pentapoli eccleſiā eſſe catholi-
cā: partē ibi donati nō eſſe: ſed ſecuri irridea
mus flendos: ⁊ fleamus irridēdos. Quid di
cis: meritū cyrenēſis huiꝰ magnū cōmemo-
ras qui tulit crucē dn̄i: ⁊ afrum dicimꝰ: orien-
talis eſt. Libya eñi duobus modis dicit: vel
iſta que ꝓprie africa eſt: vel illa oriētalis ps
que cōtigua eſt africe: et oino collimitanea.
Sed afer fuit cyrenenſis: beatū putas ꝙ an-
gariatus crucem tulerit: quāto melius forte
diceret quis in arimathia remanſiſſe eccleſiā
chriſti: qr ioſeph ille diues ab arimathia ha- Matth.27.
bens ante oculos regnū dei: non angariatꝰ:
non coactus venit ad crucē dn̄i: de ligno de-
poſuit: obſecutus eſt funeri: in ſepulchro cō-
didit: laudatus eſt in euāgelio. Quia ꝟo de
arimathia fuit iſte pius tn̄ exhibens obſe-
quiū corpori domini: in arimathia remanſit
eccleſia? Aut ſi magis vos delectat angaria-
tus: id eſt qui cogit tollere crucem: Recte ꝗ
faciunt imperatores catholici: qui vos co-
gunt ad vnitatem.

Item in eadem dn̄ica: Homelia
de eo quod ſcriptū eſt in euangelio
ſcd̄m Johannē: Ego ſum paſtor bo- Joh.10.
nus ⁊c. que habetur in expoſitione
doctoris Ibidem.

 150

Sermo C.LXVI. Dominica secūda poſt octauas paſche: De pace et vnitate: Ser. I

illic charoꝝ numerꝰ expectat: parentū: fratꝝ
filioꝝ frequens nos ꝛ copioſa turba deſide-
rat: iā de ſua incolumitate ſecura: adhuc de
nr̄a ſalute ſollicita. Ad coꝝ cōplexū ꝛ cōſpe-
ctū venire: quāta illis ꝛ nobis in cōmune lę-
ticia ē? Illic apl̄orū glorioſus chorꝰ: Illic ꝓ-
phetaꝝ exultātiū numerꝰ īſignis: Ibi mar-
tyrū ꝑplus innumerabilis ob certaminū victo-
riam coronat̃. Illic clariſſima virginū turba
lętat̃: illic etiā ꝯfeſſoꝝ fortitudo laudat̃. Sz
etiā illoꝝ remuneratio cenſet̃: q̄ p̄cepta dn̄i-
ca ſeruātes: ad cęleſtes theſauros trena pa-
trimonia trāſtulerūt. Quę aūt lingua dice-
re: vel q̇s intellectꝰ capę ſufficit illa ſupnę ci-
uitatis quanta ſint gaudia: angeloꝝ choris
intereſſe cū beatiſſimis ſpiritibꝰ: gl̄ię ꝯdito-
ris aſſiſtere: p̄ſentē dei vultū cernē: incircū-
ſcriptū lumē videre: nll'o mortis metu affici:
incorruptiōis ꝑpetuę munere lętari? Ad hos
electos dei auida cupiditate ꝓperemꝰ: vt cū
bis cito eſſe: ꝛ cito nos ad chriſtū ꝯuenire cō
tingat: ad eū quē huiꝰ itineris ducē habea-
mus ſalutis auctorē: lucis ꝑncipē: lęticię lar
gitorē. Remiſſionē pctōꝝ. Credenda eſt h̄ci Q. Ca.14.
pue fr̄es pctōꝝ remiſſio: q2 h̄ vnū remediū
eſt: qd̄ hoīm genꝰ a ſnīa ꝑpetuę mort̃ abſol-
uat. Idcirco vnigenitꝰ altiſſimi dignatus ē
carnē aſſumē: ꝯtentꝰ eſt cruce: vt te q̄ crimīa
tua euadē nō potes: indulgētia faceret ino-
centē. Ideo īmaculatꝰ occiſus ē agnꝰ: vt eiꝰ
cruore hūani generis macula tergeret̃. Mi-
tor aūt q̇ſdā ſic obſtinatos eſſe vt dandā nō
putēt lapſis pęnitētiā: aut pęnitētibꝰ exiſti-
mēt veniā denegandā: cū ſcriptū ſit: Memē Apoc.2.
to vnde excideris ꝛ age pęnitentiā: ꝛ fac ꝑo-
ra opa. Utiq̄ ei dicit̃: quē cōſtet excidiſſe: et
quē dn̄s hortat̃ ꝑ opa rurſus exurgē: q2 ſcri-
ptū ē: Elemoſyna a morte liberat: Et nō vti- Tobie.4.
q̄ ab illa morte quā ſemel xp̄i ſanguis extin
xit ꝛ aqua nos ſalutaris baptiſmi et redem-
ptoria nr̄i gr̄a liberauit: ſ₃ ab ea q̄ ꝑ delicta
poſtmodū ſcp̄ſit. Nā cū ſcp̄tū ſit: Dn̄s mor- Sap.1.
tē nō fecit: nec lętat̃ in ꝑditiōe viuorū: vtiq̄
qui neminē vult ꝑire: cupit pctōres pęnitē-
tiā agere: ꝛ ꝑ pęnitētiā denuo ad vitā redire.
Ideo ꝛ ꝑ iohel ꝓph̄az clamat ꝛ dicit: Et nūc Iohel.2.
dicit dn̄s deꝰ veſter: Reuertimi ad me ex to-
to corde vr̄o: ſimulq̄ ī ieiunio ꝛ fletu et plā-
ctu: ꝛ ſcindite corda vr̄a ꝛ nō veſtimēta vr̄a:
ꝛ reuertimi ad dn̄m deū vr̄m: q2 miſericors ꝛ
pius ē ꝛ patiēs ꝛ multę miſeratiōis: ꝛ q̄ ſen-
tētiā flectat aduerſuſ maliciā irrogatā. Dn̄s
q̄q̄ in euāgelio pietatē dei pr̄is oſtēdens ait:
Quis ē ex vobis hō quē ſi petierit filiꝰ eius Matth.7.
panē: nunq̇d lapidē porriget ei? Aut ſi piſcē
poſtulauerit: nūquid ſerpentē illi porrigit?
Si ergo vos cū ſitis mali: ſcitis bona data
dare filijs vr̄is: quātomagl̃ pr̄ vr̄ de cęlo da-
bit ſpm̄ bonū petētibꝰ ſe? Cōparat hic dn̄s
carnalē patrē: ꝛ dei pr̄is ęternā largāq̄ pieta
tē. Qd̄ ſi iſte in terris nequā pr̄ offēſus gra-
uiter a filio peccatore ꝛ malo: ſi tñ eū poſtmo
dū viderit reformatū: ꝛ depoſitis ꝑoris vitę
delictis: ad ſobrios ꝛ bonos mores: ad ino-
centię diſciplinā pęnitētię dolore correctum
gaudet ꝛ gratulat̃: ꝛ ſuſceptū quē ante ꝑdi-
derat cū voto patnę exultatiōis amplectit̃:
quātomagis vnꝰ ille ꝛ verus pr̄ bonꝰ: miſe-
ricors: pius: imo ipſa bonitas et miſcdia et
pietas: lętat̃ ī pęnitētia filioꝝ ſuoꝝ: Nec irā
pęnitētibꝰ aut plangētibꝰ et lamētātibꝰ nec
pęnā cōminat̃: ſ₃ veniā magis et indulgētiā

polliceř? Si em̃ tantũ potuit diabolus vt de
excelſis virtutũ faſtigijs in ꝓfundũ te duce-
ret maloꝝ: quãto magis poterit de⁹ te ad ſũ-
mũ bonoꝝ verticẽ reuocare: ꝛ non ſolũ in id
reuocare qđ fuiſti: ſ ꝛ beatiorẽ multo ꝙ ꝑus
R videbaris efficere? Tantũ ne cõcidas animo
Ca.15. neqꝫ ſpem tibi abſcidas bonoꝝ: ne ꝗſo acci-
dat tibi qđ impijs ſolet. Nõ em̃ pctõꝝ multi
tudo adducit in deſpationẽ ſ ĩpietas. Et ꝓ-
Prouer.18. pterea ſalomon nõ dixit: quia oĩs q̃ venerit
in ꝓfundũ malorũ cõtemnit: ſ impi⁹ inqt ſi
venerit in ꝓfundũ maloꝝ ꝯtemnit. Impio-
rũ ꝗ eſt deſpare ſalutẽ ꝛ cõtemnere cũ in pro-
fundũ venerit malorũ: nõ pctõꝝ. Impietas
em̃ nõ ſinit eos ad deũ reſpicere: ꝛ illuc redi-
re vnde dilapſi ſũt. Iſta ꝗ cogitatio q̃ ſpem
cõuerſiõis abſcidit ab impietate deſcẽdit: et
ſicut lapis grauiſſim⁹ ceruicib⁹ aĩe incũbẽs:
ſemp eã deorſũ in trã cogit aſpicere: ad deũ
xo ſuũ oculos nõ ſinit leuare. Sꝫ virilis ani
mi eſt ꝛ ꝓclare mẽtis deijcere a ceruicib⁹ aĩe
ſue inimicũ pond⁹: imo depmentẽ ſe diabo-
lũ abijcere: ꝛ impare aĩe ſue vt canẽs verba
Pſ.122. ꝓphetica dicat ad dñm: Sic oculi ſeruoꝝ in
manib⁹ dñoꝝ ſuoꝝ: ꝛ ſic ocli ancille i manib⁹
dñe ſue: ita oculi nr̃i ad dñm deũ nr̃m donec
miſereař nr̃i. Miſerere nr̃i dñe miſerere nr̃i:
qꝛ multũ repleti ſum⁹ deſpectiõe. Pręclara
vere i his xbis ꝛ cęleſtl phię doctrina ẽ. Re-
pleti ſum⁹ inqt deſpectõe: h̃ ẽ qđ docere nos
voluit: qꝛ ꝛ ſi pctõꝝ nr̃oꝝ mltitudine repleti
ſum⁹ deſpectõe atqꝫ opprobrijs coopti: oculi
tñ nr̃i ad dñm deũ nr̃m ſint donec miſereař
nr̃i. Nec ꝑus ab obſecratiõe ceſſem⁹: ꝙ ĩpe-
trare pctõꝝ veniã mereamur. Hoc em̃ vere
cõſtãtis aĩe eſt ꝛ ptinacis: vt nequaꝙ repel-
lař de pſeuerãda poſcendi deſpatõe impe-
trãdi: ſ pſeueret ac pſiſtat i obſecratiõib⁹ do
nec miſereař ei. Et ne forte arbitreris te offẽ
ſam magis ꝯtrahere apud deũ ſi cũ nõ mere
aris audiri importun⁹ pſiſtas in p̃cib⁹: recor
dare euãgelij pabolam: ꝛ ibi inuenies q pſe-
uerãtes ꝛ importunos p̃catores dñs nõ ſibi
Luce.11. oſtẽdit ingratos. Ait em̃: Et ſi nõ dabit ei ꝓ
pter qđ amic⁹ ei⁹ ẽ: ꝓpter ĩprobitatẽ tñ eius
ſurget: ꝛ dabit ei quãtũ opus habet. Intelli
ge chariſſime ꝗ qꝛ ꝓpterea diabol⁹ deſpati-
onẽ ſubijcit impetrãdi: vt ſpẽ bonitatis dei
nobis abſcidat: q̃ ẽ dux itineris q̃ itur ad cę-
lũ. Sicut aũt ꝓ morte cõmuni philoſophicũ
eſt a lachrymis temparę: ita in aĩe morte cõ-
ſolationẽ recipe et inſipiẽs et irreligioſũ du-
co. Quinimo ꝛ ignauię nos arguẽdos puto

ſi cũ lamẽtatores corpoꝝ mortiſqꝫ cõmunis
tã dure ꝛ tã vehemẽter hoc faciãt: cũ ſciant ꝛ
certi ſint nihil ꝓdeſſe fletus ſuos ad vitam
defuncti: nos nihil tale ꝓ aĩe lamẽtatiõe fa-
ciam⁹ ꝙ reſtitui in ſtatũ ſuũ p penitẽtiã no-
uerim⁹. Scim⁹ em̃ plures ꝓlapſos ab itinere S
recto ꝛ p̃cipitatos ab ingreſſu vię anguſtę: ꝛ Ca.16.
ita rurſus repatos eſſe: vt poſteriorib⁹ p̃ora
trãſierit: atqꝫ ad palmã puenerint ꝛ coronã:
numeroqꝫ rurſus ꝛ choro aſcripti credanř eẽ
ſanctoꝝ. Et nolo putes: qꝛ de his ſermo mi-
hi ſit tantũ qui in paucis ꝛ leuibus peccaue-
runt: de illo loquor q̃ oĩb⁹ ſuccubuit malis:
q̃ ĩmanitate ſcelerũ viã ſibi excluſerit regni
celoꝝ: ꝛ nõ de infidelib⁹ ſ de fidelib⁹ fuerit:
et ex his q̃ ꝑus placuerũt deo: poſt hęc autẽ
cciderũt: vel in adulteria: vł in oẽs impudi- Eph.5.
citias: q̃ vt apſus ait: turpe eſt dicere. Nũꝙ
em̃ ſpernit penitentiã ſi ei ſincere ꝛ ſimpliciť
offerař: ſuſcipit: libẽter accipit: amplectiř: fa
cit oĩa q̃tenus eũ ad priorẽ ſtatũ reuocet: qđ
qꝛ eſt adhuc ꝓſtanti⁹ ꝛ eminẽti⁹: etiã ſi qs nõ
potuerit explẽ oẽm ſatiſfaciẽdi ordinẽ: quã-
tulãcũqꝫ tñ ꝛ q̃libet breui geſtã non reſpuit
penitẽtiã: ſuſcipit etiã ipſam nec patiř ꝙuis
exiguę ꝯuerſiõis pire mercedẽ. Hoc em̃ mihi
videř indicare Eſaias: vbi de ꝑplo iudeoꝝ
quedã talia ait: Propter peccatũ modice cõ Eſa.54.
triſtaui te: ꝛ pcuſſi te: ꝛ auerti faciẽ meã a te:
ꝛ cõtriſtatus es: ꝛ ambulaſti triſtis: ꝛ cõſola-
tus ſũ te. Hęc igiř hñtes exempla penitẽtię
non pſeuerem⁹ in malis: nec deſpem⁹ recõci-
liationẽ ſ dicam⁹: Etiã nos redeam⁹ ad pa-
trẽ ꝛ approximem⁹ deo. Nũꝙ crede mihi ad-
ũſabiř ad ſe cõuerſũ. Ipſe em̃ diċ: De⁹ appro
piãs ego ſũ: ꝛ nõ de⁹ de lõge. Et iteꝝ p eũdẽ
ꝓphetã: Peccata inqt ſepant inť me ꝛ vos. Eſa.59.
Si ꝗ peccata ſũt q̃ nos ſepant a deo: aufera-
mus mediũ iſtud obſtaculũ: ꝛ nihil ẽ qđ nos
ꝓhibeat ꝯiũgi deo. Propřea em̃ creauit nos
de⁹: ꝛ eſſe nos fecit, q̃ nõ eram⁹: vt ęťna i nos
ꝯferat bona: ꝛ ꝓſtet regna celoꝝ. Nõ em̃ nos
ad hoc fecit vt gehennę nos tradat igniqꝫ ꝑ-
peruo. Regnũ celoꝝ ꝓpť nos: gehenna ꝓpť
diabolũ facta ẽ. Et hęc ita eẽ ex euãgelijs do
ceã. Ipe em̃ dñs dic his q̃ a dextris ei⁹ erũt:
Venite bñdicti patris mei pcipite regnũ qđ Matth.25.
vobis paratũ eſt ab origine mũdi. Illis aũt
qui a ſiniſtri eius erũt: dicet: Diſcedite a me
maledicti i ignẽ ęternũ q̃ parat⁹ ẽ diabolo et
ãgelis ei⁹. Si ꝗ gehẽna ignis ꝓpť diabolũ:
ꝓpť hoiẽ aũt regnũ celoꝝ a ꝯſtitutõe mũdi.

ꝑparatū eſt: Tantū eſt ne noſmetipſos ab
ingreſſu bonoꝝ: ꝑſiſtendo in malis ꝑtinaci-
ter excludamus. Donec enim ſumus in hac
vita quātacunqȝ nobis acciderint peccata:
poſſibile eſt omnia ablui ꝑ pęnitentiā. Cum
aūt abducti fuerim⁹ ab hoc ſęculo: ibi iā etiā
ſi pęnitebit nos: Valde enī nos pęnitebit: ſ;
nulla erit vtilitas pęnitētię. Et licet ſit ſtridor
dentiū: licet vlulatus ⁊ fletus: licet fundam⁹
p̄ces ⁊ inumeris obſecratiōib⁹ ꝓclamemus:
nemo audiet: nemo ſubueniet: nec extremo
q̄dē digito aquā q̄s infundet lingue nr̄e po-
ſitę i flāmis: ſ; audiem⁹ illud qđ diues ille au
Luce.16. diuit ab abrahā: Quia chaos magnū firma-
tū eſt inter nos ⁊ vos: ⁊ neqȝ hinc illuc trāſi-
T re q̄s pōt: neqȝ inde huc. Reſpiſcam⁹ ḡ tan-
Ca.17. dē: ⁊ recordemur q̄d ꝓfuerit illis q̄ in luxuria
corpis et p̄ſentis vitę voluptatibus vſqȝ ad
diem vltimū ꝑmāſerūt. Intuere nūc ſepul-
chra eoꝝ: ⁊ vide ſi eſt in eis aliquod iactātię
ſuę veſtigiū: ſi aliqua diuitiaꝝ vel luxurię ſi-
gna cognoueris. Require nūc vbi veſtes et
odoramēta ꝑegrina: vbi ſpectaculoꝝ volup
tas: vbi aſſeclarum turbę: ⁊ conuiuioꝝ ceſſit
opulentia: riſus: iocus ⁊ imoderata atqȝ in-
effrenata leticia quo abijt: q̄ abſceſſit. Vbi
illa nūc: et vbi ipſi. Quis finis vtroruꝝqȝ. In
tuere diligētius: ⁊ accede ꝓpius ad ſingulo-
rū ſepulchra. Vide cineres ſolos: et vermiū
fętidas reliquias: ⁊ recordare hūc corpoꝝ eē
finē: etiā ſi in delitijs ⁊ lęticia: ſi in labore et
cōtinētia trāſegerint vitā. Nā ſi res oīs oīſqȝ
cauſa vſqȝ ad cineres veniret ⁊ vermes: par-
ua penderent̄ hęc damna: ⁊ q̄ facile poſſit ex
cuſare naturę cōditio: Nūc aūt cōuerte tuos
oculos ab iſtis cinerib⁹ ⁊ ſepulchris: ⁊ reuo-
ca cogitationē tuā ad illud diuini iudicij tri-
bunal horrendū: qđ ardens fluuius flāmeis
Matth.25. ambit fluentis: vbi fletus et ſtridor dentiū:
Eſa.66. vbi tenebrę exteriores: vbi ille v̄mis ꝯſcię q̄
Marci.9. nunqȝ morit̄: et ignis qui nunqȝ extinguet̄.
Recordare ꝑabolā lazari: et diuitis illi⁹ qui
Luce.16. opū tantaꝝ dñs: q̄ purpura indut⁹ ⁊ byſſo:
vnā nūc aquę guttā inuenire nō potuit: cū
eſſet in ardoris neceſſitate cōſtitut⁹. Dic ḡſo
te q̄d plus habet vita iſta q̄ ſomniū? Sicut
enī hi q̄ in metallis cōſtituti vel cōdemnati:
vel in alia q̄libet pęna poſiti: cum forte poſt
multū durę vitę paululū relaxati fuerint in-
ſomniū: et vidēt ſe inter plures dapes poſi-
tos: epulis copioſiſſimis ꝑfrui: vbi v̄o ſurre-
xerint: nihil ſibi gr̄e dilectiōe ſomnij inuene-
rint reſediſſe: ita ⁊ diues ille q̄ſi ſomniū ha-
buit hui⁹ vitę: vbi diſceſſit nihil cū illo niſi
p̄teritoꝝ pęnitudo ⁊ p̄ſentiū pęna ꝑmanſit.
Hęc recordare: et ignē illū gehennę his q̄ ſe V
nūc exagitant flāmis libidinis ⁊ cupiditatis Ca.18.
oppone. Ignis hic q̄ in p̄ſenti ē vita abſumit
cūcta q̄ recipit: ille v̄o quos ſuſcepit ſp̄ cruci-
at: ⁊ pęnę ſuę ſp̄ integros ſeruat. Propterea
enī ⁊ inextinguibilis dicit̄: nō ſolū q: ipſe nō
extinguit̄: ſed q: nec eos quos ſuſcepit extin-
guet aut ꝑimet. Scriptura eteni dicit: quia
⁊ pctōres induāt icorruptionē: ſcȝ nō ad ho-
norē vitę: ſ; ad diuturnitatē ſupplicij ꝓfutu-
rā. Hui⁹ aūt pęnę ⁊ ignis illi⁹ potentiā: nul-
la vox exponē: null⁹ poterit ſermo explana-
re. Nihil eſt enī in rebus corruptibilibus qđ
cōferri poſſit incorruptibilib⁹ ſiue bonis ſiue
malis. Ibi q̄d agem⁹? Quid reſpōdebim⁹?
Nihil erit niſi ſtridor dentiū: niſi vlulatus ⁊ Matth.25.
fletus: ⁊ ſera pęnitētia ceſſantib⁹ vndiqȝ au-
xilijs: et vndiqȝ inualeſcētibus pęnis: Sed
ſolatiū quidē nullū. Nullus ibi occurret ocu
lis nr̄is: niſi ſoli pęnarū miniſtri: ⁊ facies di-
ra tortorū. Verū has pęnas: hos cruciatus
nō ſolū euadere: ſ; etiā ęternā beatitudinē: ſi
mō de malis nr̄is pęnitentiā agim⁹: poſſu-
mus acq̄rere. Vides quāta eſt virt⁹ pęniten
tię? Vides quātū merin cōuerſio reparauit? X
Corrumpit̄ autē pęnitētia: ſi eiſdē q̄s ꝑ q̄b⁹ Ca.19.
ꝯfitet̄: rurſus inuoluat̄ malis. Vnus enī in- Eccl.34.
quit ędificans ⁊ alius deſtruēs: q̄d cōſequē-
tur niſi laborē? Et q̄ baptizat̄ a mortuo: ⁊ ite
rū tangit mortuū: q̄d ꝓficit in lauacro ſuo?
Ita ⁊ hō q̄ ieiunat ꝓ peccatis ſuis: ⁊ iterum
vadit ⁊ eadē agit: orationē ei⁹ q̄s exaudiet?
Et iterū dicit: Qui redit a iuſticia ad pecca-
tū: dñs p̄cipitat eū in gladiū. Et ſicut canis Prouer.26.
cū reuertit̄ ad vomitū odibilis fit: ita ⁊ ſtult⁹
cū reuertit̄ ad peccatū ſuū. Sed nūc q̄d dica
mus auſculta. Sępe accidit vt ꝑ pęnitentiā
q̄s multa ⁊ magna correxit: int̄ hęc tñ bona
q̄ ꝑ pęnitentiā correxit ⁊ peccata cōmiſit: Et
hoc eſt qđ maxīe deſpationē inducit aīo: q̄a
videt̄ ħ deſtruxiſſe qđ ędificauerat: ⁊ oēs il-
los labores inanit̄ effudiſſe: Et hęc ē cogita-
tio q̄ p̄cipue aīę pond⁹ deſpatōis iponit. Sȝ
illđ rurſus oportet cogitari: ꝑ qđ peſſima et
inimica vitę nr̄ę cogitatio iſta repellat̄: quia
illa bona q̄ egimus ⁊ emendatio illa q̄ ꝑ pę-
nitentiā quęſita eſt niſi fuiſſet ⁊ velut cōtra-
riū pond⁹ ponderi huic qđ ex peccato nobis
introductū eſt obſtitiſſet: nihil fuerat quod

in ꝓfundũ malorũ nos decidere ꝓhiberet. Nũc aũt ſicut fortis quedã lorica iaculũ graue ⁊ amarũ non ꝑmiſit vſq ad vitalia viſcerũ penetrare: ſed vim letalis teli maximã fregit. Certũ eſt eñ: q qui fert ſecũ illuc pauca opera bona ⁊ plura opa mala: in ipſis penis habebit aliqd refrigerij: qui aũt bonoꝝ operũ nihil habet: malorũ aũt ſecũ multã copiã defert qd eũ maneat non opus ẽ dicere. Erit eñ ibi ſine dubio cõpenſatio bonorũ malorũq ⁊ velut i ſtatera poſita vtraq po. Que demerſerit illa ſibi eoꝝ quo momẽtũ vergit operariũ vẽdicabit. Si ḡ maloꝝ multitudo ſupauerit: opariũ ſuuz ptrahit ad gehennã. Si vo maiora fuerint opa bonoꝝ: ſumma vi obſiſtent ⁊ repugnabũt malis: atq opatorẽ ſuũ ad regionẽ viuorũ ex ipſo etiã gehenne cõfinio reuocabũt. Hec ḡ fres chariſſimi ſi attenti' voluerim' cogitare: remedia nobis in die neceſſitatis acqramus: vt cũ dies iudicij venerit nõ cũ impijs ⁊ peccatoribus puniamur: ſ cũ iuſtis ⁊ deũ timẽtib' ad eterna premia feliciter veniamus: Amẽ.

## Sermo C.LXXXII In eadem vigilia: De expoſitiõe orationis dominice ad neophitos: Sermo II

A

D Uo ſunt chariſſimi q̄ pncipalit attẽdere debet hũana circũſpectio: ⁊ dignitatẽ ſue cõditiõis: ⁊ excellẽtiã ſue reformatiõis. Dignitatẽ ſue cõditiõis: vt peccare timeat: excellentiã redẽptiõis: vt gratie redimẽtis ingrat' nõ exiſtat. Sola qppe volũtate redẽptoris hõ de terre vilitate ſubleuat' ẽ: ⁊ ad dei ſilitudinẽ puilegio rõnis ſublimat' ẽ. Hanc miſer hõ pdidit: cũ diabolica pſuaſiõe ſeduct': a cõditoris ſui inſtituto ſupbiendo receſſit. Quẽ lapſũ pſalmiſta pſide
Ps.48. rano: q̄ſi dolendo dicebat: Hõ cũ in honore eſſet nõ intellexit: cõparat' eſt iumẽtis inſipietib' ⁊ ſilis fact' ẽ illis. De ſumma erectione ꝓprio arbitrio corruens: merito vltima deiectiõe damnat' ẽ: q p ſe cadere potuit: ſ p ſe reſurgere nõ valuit. Hũc caſum plãgere habet q̄tidianis lamẽtis hũana fragilitas: quaten' eo redeat p quotidiana lamẽta: vſi corruit p vana oblectamẽta: ⁊ q̄ cecidit pede ſupbie: reſurgere ſtudeat pede obedientie.
Ps.35. Hoc attẽdens pſalmiſta dicebat: Nõ veniat mihi pes ſupbie: ⁊ ibi ceciderũt q̄ opant iniquitatẽ: expulſi ſunt nec potuerũt ſtare. Expulſi ſũt ab intima qete: nec potuerũt ſtare: id eſt pſeuerare: ſic p eundẽ pſalmiſtã de eiſdẽ dicit: Quia caro ſũt ſpũs vadẽs ⁊ nõ rediens. Ps.77. B
Ad hanc ḡ reuerſiõnẽ ſiue reſurrectionẽ neceſſaria fuit medicinalis grã redẽptoris: q̄ ſanaret huilitate qd corruptũ fuerat elatiõe ſupbie. Aſſumpſit ḡ verbũ dei formã ſerui i qua poſſet cõſeruos vbo inſtruere: ⁊ ad exẽplũ vite ſue morũ diſciplina informare. Humilitatẽ quippe ⁊ obediẽtiã vbo et exemplo inſinuabat: qñ diſciplis exhorãdo dicebat:
Tollite iugũ meũ ſup vos: ⁊ diſcite a me qa Matth.11.
mitis ſũ ⁊ hũilis corde. Jugũ eñ meũ ſuaue eſt: ⁊ onus meũ leue. Jugũ eñ ei' obediẽtie merito ẽ ſuaue: cui ſeruire ẽ regnare: et onus pceptoꝝ leue: qd nõ pmendo grauat: ſed ad implẽdo p gratiã adiuuat. Inſinuauit etiã vbo ſobrietatẽ: vbi dixit: Non grauent cor- Luc.21.
da vr̃a in crapula ⁊ ebrietate. Docuit exẽplo qui turbã ſe comitantẽ nõ refecit ſumptuo- Joh.6.
ſis delitijs: ſ panib' ordeaceis. Docuit etiã intẽtionẽ noſtrã ad interna bona dirigẽs q̄liter eẽt ieiunãdũ qñ dixit: Cũ ieiunatis no- Matth.6.
lite fieri ſic hypocrite triſtes. Illos notans q̄ luctuoſis ſordib' rigorẽ ſimulãt abſtinẽtie: vt videant hoib' ieiunãtes. Qualit etiaz ſit facienda elemoſyna: ſilẽtio pterire noluit vbi dixit: Cũ fac' elemoſynã: neſciat ſiniſtra Ibi.5.
tua qd faciat dextera tua. Hoc documẽto inſinuans: q elemoſynã et oẽ opus miſcdie qd facim' nõ venãdo laudes hoim: ſ ppter intẽtionẽ vite eterne: q̄ p dexterã ſignificat: facere admonemur. Qualiter qz eſſet orãdũ C
admonuit vbi ait: Tu aũt cũ oraueris intra i cubiculũ: id eſt habeto cor qetũ ⁊ ab omi tumultu exteriorũ liberũ: et clauſo oſtio: id eſt excluſa fantaſmatũ turba: ora prẽz tuũ. Ecce dictũ eſt q̄liter ſit orandũ: addit etiã quid ſit orandũ: ita ſubiũgens: Sic aũt orabitis: Matth.6.
Pater noſter q es in celis ⁊c. Hec oratio cõpendioſis verbis: id eſt ſeptem petitionib' oẽs ſpecies orõnis cõprehendit: quib' deũ interpellam': aut p appetẽdis bonis: aut p vitãdis malis: aut p delẽdis cõmiſſis. Haꝝ ſeptem petitionũ tres prius poſite ptinent ad eternitatẽ: quattuor ſequẽtes ad vite pſentẽ neceſſitatẽ. Nã nomis dei ſanctificatio ⁊ aduentũ eius q̄ in claritate ventur' ẽ: ⁊ cõpleta volũtate ei' ſic in celo ⁊ in terra: ſiue iuſtos ⁊ pctõres: ſiue aiaz ⁊ corp': ſiue xp̃m ⁊ eccliã intelligam': Quis ab hũili aduẽtu xp̃i exordiũ ſumant: tamen non niſi ſeculi terminatione complebunt: Et omnia tria i eternũ mane-

bunt. Reliqua autē quattuor ad hanc vitā temporalē ptinere videntur: quia et panis quotidianus et ſpiritalis licet ſit ſempiternus: ad hoc tantū tempus ptinet inquātū miniſtratur anime quibuſdā ſignis et dictis vel ſcriptis: et ideo panis dicitur: quia laborando et diſſerendo diſcitur: et ita quaſi mandendo glutitur. Nūc quoque peccata dimittuntur nobis et nos dimittimus alijs: que eſt inter quattuor ſecūda petitio: et nūc temptatiōes vitam noſtram infeſtant: et ipſa liberatio a malo ad hanc vitam ptinet: quia dei iuſticia mortem incurrimus: vnde ipſius miſericordia liberandi ſumus. Que cū ita ſint: ipſarum petitionū verba diligentius ptractāda ſunt: vt intellecta et maiorē generēt cordis affectū: et quod petitur ad velociorē pducatur effectū. Dicamus ergo: Pater noſter: cui nō timore ſed amore famulamur. Nō hoc ppl'o priori dictū eſt vt patrē oraret: ſed dñs inſinuatus eſt eis: cui nō filiali obediebant amore: ſed ſeruili ſubijciebantur timore. Admonentur autē hoc verbo diuites et nobiles: cū chriſtiani facti fuerint: quatenus ſe nō extollāt aduerſus paupes et ignobiles: quoniā ſimul dicunt Pater noſter: quod vere ac pie dicere nō poſſūt niſi ſe fratres eē cognoſcāt. Hoc noīe et charitas excitatur: quia filijs nihil charius debet eſſe quam pater: et ſupplex affectus cū hoīes dicūt Pater noſter: et quedā impetrādi pſumptio quod petitur: cū etiā ante petitionē tam magnū donū accepimus: vt poſſimus dicē Pater noſter. Quid enim iā nō det filijs petētibus pater: qui iā hoc ipſū dedit vt eſſēt filij? Poſtremo quāta cura animum eius tangit qui dicit Pater noſter: vt tanto patre nō ſit indignus. Vtatur ergo pplēs noui teſtamēti voce: pplus nouus ad eternitatē vocatus Pater noſter. Oratio fraterna eſt: nō dicit: pater meus tanquam pro ſe tm̄ orās: ſed Pater noſter: oēs videlicet vna oratiōe cōplectēs qui ſe in chriſto fratres eſſe cognoſcūt. Qui habitas in celis: id eſt in his quorū cōuerſatio eſt in celis. Et accōmodatiſſima eſt iſta ſimilitudo: vt tātū ſpiritaliter diſtare credatur inter iuſtū et peccatorē: quātū diſtat corpaliter inter celū et terrā. Peccatori enim dictū eſt: Terra es et in terrā ibis. Cuius rei ſignificādē gratia cū ad orandū ſtamus ad orientē vertimur vnde celū ſurgit: nō ideo quia ibi ſit deus tanquam ceteris mūdi ptibus relictis: ſed vt admoneatur animus ad excellentiorē naturā pſurgere: id eſt ad deū. Iā quid petendū ſit: Attendamus. Sanctificetur nomē tuū. Quod non ſic petitur quaſi nō ſit ſanctū dei nomē: ſed vt ſanctū habeatur ab hoīb9: et ita innoteſcat illis deus vt exiſtiment aliquid ſanctius

Matth. 6. / D / E / Phil. 3. / Gen. 3. / Matth. 6.

nō eſſe quam magis timeāt eū offendē: quia iuſtū eſt nomē dei ſanctificare et deū timere: de quo dicitur: Dñs nomē illi. Hic timor pmo gradu eſt inter beatitudines: de quo dicitur: Initiū ſapientie timor dñi. Et alibi: Timor dñi ſanctus pmanēs in ſeculū ſeculi. Sequitur: Adueniat regnū tuū: id eſt manifeſtetur mūdo. Sicut pſens lux abſens eſt cecis: ita dei regnū quamuis vbique ſit: deeſt tamen ignorātibus: Vel ita: vt tu in nobis: et nos in te: te donāte regnemus. Hec petitio ad pietatē ptinet: que eſt ſecūdo gradu inter beatitudines. Sic enim pietas eſt: qua beati ſūt mites. Petamus vt veniat regnū dei in nos: id eſt miteſcamus et nō reſiſtamus. Sequitur: Fiat volūtas tua ſicut in celo et in terra: id eſt ſicut in angelis: ita in hominibus: et ſicut in iuſtis: ita et in peccatoribus: vel ita cōſentiat caro tue voluntati: ſicut pſentit ſpūs. Hec petitio ad ſcientiā ptinet: que tertio gradu eſt inter beatitudines. Nā ſic ſcientia eſt: qua beati ſunt qui lugēt. Oremus vt fiat volūtas dei ſicut in celo: ita et in terra: id eſt vt cōſentiat caro ſpūi: quia nō aliū de tantū dolorē habet hūana miſeria: quātū inde quod caro cōcupiſcit aduerſus ſpm̄: et ſpūs aduerſus carnē: vt cū aplo exclamare cogamur: Infelix ego homo quis me liberabit de corpore huius mortis? Sequitur quarta petitio: Panē noſtrum quotidianū da nobis hodie. Poteſt et ſimpliciter intelligi de corpali cibo: et ſpiritaliter de pane diuini verbi. Si de corporali agitur: nō extēdit petitionē ſuā in longū iſte orator: ſed pceptū ſequitur euangelicū: vbi dicitur: Nolite cogitare de craſtino. Craſtinus enim dies: ipſe cogitabit ſibi. Sic et beatus aplus monet: Habētes victū et tegumētū: his contēti ſimus. Si verbo ſpiritaliter accipias panē iſtū: vel ipm̄ chriſtū intellige qui eſt ſupſubſtātialis anime panis: quia omnē ſupat ſubſtantiā: qui de ſeipſo ait: Ego ſum panis viuus qui de celo deſcēdi: Vel ipſū intellectū verbi diuini qui nobis neceſſarius eſt ad reficiēdas ruinas anime: donec cognominatur hodie. Hec petitio ad fortitudinē ptinet: que quarto loco ponitur aſcēdētibus ad ſummā beatitudinē. Sic enim fortitudo eſt: qua beati ſūt qui eſuriūt et ſitiūt iuſticiā. Orandū nobis eſt vt detur nobis iſte panis quotidianus: quo cōfortati ad illā perfectā ſaturitatē venire poſſimus. Sequitur: Et dimitte nobis debita noſtra. Forte peccauit in te aliquis: dimitte illi veniā a te petēti: ne dum fratri negas miſericordiā: tibi claudas patris indulgentiā: dicente Iacob apoſtolo: Iudicium enim ſine miſericordia ei qui non fecit miſeri-

Amos. 9. / Eccl. 1. / Ps. 18. / Matth. 6. / Matth. 5. / F / Matth. 6. / Matth. 5. / Gal. 5. / Ro. 7. / Matth. 6. / 1. Timoth. 6. / Ioh. 6. / Matth. 5. / G / Matth. 6. / Iacobi. 2.

cordiã. Petitio hec referť ad consiliũ: quod
quito loco poniť inter gradus beatitudinũ.
Matth.5. Sic eñ ↄsiliũ est: q̃ beati sunt misericordes.
Matth.6. Dimittam⁹ q̃ debitorib⁹ nr̃is debita sua: et
sic orem⁹ vt dimittanť nobis debita nr̃a: id
peccata nr̃a: ꝓpter q̃ differim⁹ ab impetrãda
venia nisi eã acceleret fratrũ indulgẽtia. Se-
quiť: Et ne nos inducas in tẽptationẽ: id est
ne patiaris nos induci ĩ tẽptationẽ. Aliud ẽ
eñ temptari sine quo null⁹ ꝓbatus est iust⁹:
aliud in temptationẽ induci: id est a tempta
tore induci. Hoc est ergo qđ oramus vt non
1.Cor.10. ꝑmittat nos deus tẽptari supra id qđ possu-
m⁹: ſ; faciat cũ tẽptatiõe ꝓuentũ vt possim⁹
sustinere. Petitio hec ꝑtinet ad intellectũ: q̃
sexto loco poniť ĩ numero beatitudinũ. Sic
Matth.5. eñ intellect⁹ ẽ: q̃ beati sũt mũdi corde: id est
q̃ purgatũ habẽt oculũ mẽtis terreno puluẽ.
Orem⁹ nõ induci ĩ tẽptationẽ: id est nõ hr̃e
duplex cor: ſ; vnũ et simplex appetere bonũ.
Matth.6. Sequiť: Sed libera nos a malo: nõ tantũ in
qđ induci possum⁹: ſ; etiã ab illo in q̃ inducti
sum⁹: quo pacto nihil restabit lugẽdũ. Huic
petitioni cõgruit sapiẽtia: q̃ septimũ inť bea
titudines obtinet locũ. Nã sic sapiẽtia est: q̃
Matth.5. beati sũt pacifici: id est q̃ ordinatis moribus
suis cogũt oĩa seruire spũi. Orandũ est itaq;
nobis vt liberemur a malo. Ipsa eñ libera-
Ro.8. tio liberos nos facit: id est filios dei: vt spũ
adoptionis clamemus: abba pater. Amen
aũt in his petitionib⁹ significat indubitãter
a dño cõferri qđ petiť: si vltime cõditiõis pa
h ctũ firmiť teneať. Hec tria remediorũ gene-
ra spiritaliť cõmẽdauit nobis celestis medi-
cus: elemosynã videlicet ⁊ ieiuniũ ⁊ orõnẽ: q̃
bus tanq̃ medicinalib⁹ antidotis possem⁹
inueterata mala curare: ꝑsentanea pellere: ⁊
seruãdo salutẽ futura cauere. Et cõgrue tria
sunt genera curationis: sic tria ꝓcedũt gene-
ra corruptionis. Oĩe eñ pctm̃ aut fit in aĩa
ꝑ ↄsensũ praue suggestiõis ad violandũ dei
templũ: aut fit male vtẽdo corpe ad ledẽdũ
ꝓximũ qđ est facinorosũ: aut fit male vtẽdo
corpe ad corrũpendũ seipm̃: qđ ẽ flagitiosũ.
Facinora eñ licet ꝑ corp⁹ fiãt: q̃lia sũt homi-
cidia: rapine: furta: nõ tñ corp⁹ faciẽtis affi-
1.Cor.6. ciũt vel corrũpũt. De qb⁹ dixit ap̃lus: Oĩe
peccatũ quodcũq; fecerit hõ extra corpus ẽ.
Flagicia vo ⁊ ꝑ corp⁹ fiũt: ⁊ corp⁹ afficiũt et
inficiũt. De qb⁹ dicit ap̃lus: Qui aũt forni-
cať in corp⁹ suũ peccat. Merito q̃ facinora q̃
extra corpus fiũt: elemosyna tanq̃ exteriori
purganť medicina: q᷑ sic facin⁹ nocuit ꝓxio:
sic elemosyna q̃ extra nos est ⁊ ꝑ corp⁹ tamẽ
dať ꝓdesse debet ꝓxio. Flagicia vo cõgrue
medicinali mundanť parsimonia: q᷑ sic caro
leta traxit ad culpam: sic afflicta reducere de
bet ad veniã. Si q̃ vo sunt qb⁹ hec medica-
mẽta nõ cõgruãt: vt vel elemosynã dare nõ
possunt ꝓpter nimiã paupꝑtatẽ: aut ieiunare
ꝓpter stomachi imbecillitatẽ: habent tertiũ
gen⁹ medicine a quo se excusare nõ poterit:
nisi q̃ morbos aĩe sue sanare cõtẽpserit. Hoc
q̃ medicamẽto qđ nulli sane mẽti deesse põt
studiose ⁊ pie frequẽtem⁹: iplẽtes illud ap̃li-
cũ ꝓceptũ: Sine intermissiõe orate. Hoc eñ 1.Thessal.5.
antidotũ ita omib⁹ morbis occurrit: vt assi-
duatũ morbos oẽs depellat: et oĩa corrupta
integritati restituat: ꝓstante dño nostro iesu
christo: cui est honor ⁊ gloria in secula seculo
rum: Amen.

## Itẽ in eadẽ vigilia alius sermo de eodẽ qui habeť in libro Quinquaginta homeliarũ.xlij.

## Item in eadẽ vigilia: Homelia de eo qđ scriptũ est in euãgelio s̃m Johannẽ: Si diligit͛ me mãdata mea seruate: que habetur in expositione doctoris Ibidem. Joh.14.

## In festo Pentecostes: de missiõe spũssancti: Sermo I

Sermo C.LXXXI

A

Anctitati vestre charissimi votoꝝ iã
S nota debet esse festiuitas. Quid eñ
qua ratiõe curemus: ex ipsa annua
celebritate cõdiscim⁹. Nã cũ in vestigia sua
iterũ reuoluiť trãsacta solẽnitas: doctiores
efficimur dũ eã sepius celebram⁹. Penteco-
sten q̃ agam⁹ hodie: hoc est quinquagesimũ
diẽ a resurrectiõe dñica: nõ q᷑ hac die sic ple-
riq; putant: ad celos saluator ascẽderit. Nã
post resurrectionẽ cũ ap̃lis cõuersat⁹: q̃dra-
gesima die ad dei patris dexterã remeauit: si
cut lucas euãgelista ait: Quib⁹ etiã exhibuit Act.1.
seipm̃ viuũ p⁹ passionẽ suã: ꝑ dies q̃dragita
apparens eis. Quadraginta q̃ tempoꝝ curri
culo cõuersationẽ suã discipulis suis salua-
tor exhibuit: sc; vt tanto numero resurrecti-
onis eius gratia letaremur: quanto ⁊ passi-
onis eius iniurias fleueramus: totidẽq; tem
porum spatio eo reficeremur ꝑsente: quo ie-
iunauimus absente. Nõ igiť hodie christus
ascendit ad celũ: sed christi spiritus descẽdit

Joh.16. de celo: ſicut ipſe dñs ꝓmittens ait: Cū aūt
aſcēdero ad patrē: mittā vobis paclitū ſpm̄
B veritatis: ⁊ ipſe vos docebit oīa. Magna
plane grā: duplex gaudiū: qḋ abeuntē chri-
ſtū nō amiſim⁹: et venientē ſpm̄ poſſidem⁹.
Nā illū retinem⁹ fidei merito: hūc ſanctifica
tionis acceſſu. Cū abiero inqt ad patrē: mit
tā vobis paclitū. Credim⁹ em̄ ad patrē per-
ueniſſe filiū: cū videm⁹ ad aplos deſcēdiſſe
paclitū. Credim⁹ nāqꝫ eū regnare i celis: quē
cernim⁹ munera ſancta donare i terris: ſicut
Pš.67. ſcriptū ē p ꝓphetā: Aſcēdens in altū capti-
uam duxit captiuitatē: dedit dona homib⁹.
Victor vtiqꝫ munerat: victor dona largit.
Unde ⁊ ſaluator victor diaboli: cū poſt triū-
phū diſcipulos qs liberauit a captiuitate:
etiā bñdictione ditauit. Liberauit aūt nos
cū ad reſurgendū p ſeipm̄ tartara nobis ape
ruit: ditauit nos cū ad regnandū p paclitū
nobis celeſtia reſerauit. Quibuſdam em̄ qſi
ꝑfectuū gradib⁹ tūc de morte ad vitā didici
mus remeare: nō autē de terris ad celos do
Joh.14. cemur aſcēdere: ſic ſcriptū eſt: Ipſe vos do-
C cebit oīa. Quid docet ſpūſſanctus? Utiqꝫ h
nouit docere qḋ ſanctū eſt. Quid docet nos
paclit⁹? Illud vtiqꝫ docet qḋ dicit ſaluator:
Joh.16. Multa habeo vobis dicere: ſed nō poteſtis
portare mō: Cum venerit ille ſpūs veritatis
ipſe vos docebit oīa. Bon⁹ itaqꝫ magiſter ē
paclit⁹: qꝛ dicit q̄ chriſtus dicenda ſeruauit.
Hoc em̄ docet ſpūſſanctus: qḋ dñs docendū
bꝛe ſe dixit. Bon⁹ plane magiſter ē qui ꝑce-
ptorū executor ē ſaluatoris. Neceſſe eſt igit
vt vni⁹ ſit ſubſtātie natura cū chriſto: quem
D videm⁹ vni⁹ cū chriſto eſſe doctrine. Et ideo
chariſſimi mūdem⁹ nos ab omi inqnamēto
carnis: vt ſpm̄ſanctū ꝓmereri ⁊ accipe poſſi
mus. Si hūc mūdū relinquim⁹: nos ſimilē
paclitū ſicut apli: id eſt ſpm̄ veritatis quem
Ro.2. mittet nobis pr̄ accipiem⁹: Qm̄ nō ē pſona-
rū acceptio apud deū patrē: ſ ꝓmiſſa aplo-
rū nobis pficiūt: ſi opa ⁊ deſideria et actus
Pš.18. gerim⁹ qs apli fecerunt. Si ꝟo legē dñi ima
culatā ⁊ cōuertentē aias implendo mādata
eius pficiam⁹: noſmetipſos heredes dñi et
coheredes chriſti ad hereditatē ſempiternā
⁊ ad cōmoratiōnē angelorꝫ cū gratia chriſti
cōmittimus: qḋ ipſe pſtare dignet: qui viuit
⁊ regnat in ſecula ſeculorꝫ: Amē.

Sermo LXXXIIII In eodem feſto: de miſſione ſpiri-
tuſſancti: Sermo II

A Inceſſur⁹ e mūdo iſto et aſceſurus in
D celū dñs nr̄ atqꝫ ſaluator frēs chariſ-
ſimi: ꝓmiſit aplis ſuis qꝫ ſpm̄ſanctū
ad eos mitteret qn̄ ad deū patrē ipe remeaſ-
ſet. Sic em̄ vt nūc audiſtis ad diſcipulos ſu-
os locut⁹ ē dicēs: Cum aūt venerit paclitus Joh.15.
quē ego mittā vobis ſpm̄ veritatis q a pr̄e
ꝓcedit: ille teſtimoniū phibebit de me. Im-
pleta eſt chariſſimi frēs ꝓmiſſio ſaluatoris.
Aſcēdit dñs ieſus chriſt⁹: deſcendit ſpūſſan-
ctus: Supeſt vt vtrūqꝫ h impleat in vobis:
id eſt vt ⁊ habeatis ſpm̄ſanctū qui deſcēdit:
⁊ p bonā vitā chriſtū ſequami q aſcēdit. Mi
ſit ḡ nobis ſaluator ſpm̄ſanctū: ſicut diſcipu
lis ſuis ipſe ꝓmiſit dicēs: Expedit vobis vt
ego vadā. Si em̄ nō abiero: paclit⁹ nō veniet Joh 16.
ad vos: Si aūt abiero: mittā eū ad vos. Qḋ B
dixit mittā eum: ne forte aliquis veſtrū cogi
tet qꝫ quaſi de inferiore dixerit mittā: vel ſic
heretici dicūt: qꝫ ſpūſſanct⁹ quaſi ſubiectus
ac ſeruiens deo: pareat imperāti. Abſit a vo
bis iſta ſuſpitio. In trinitate em̄ nō minus
aliquid aut maius: qꝛ ſi in deo aliqd minus
dicit: imꝑfecta diuinitas accuſat. Unde ob-
ſecro vos frēs chariſſimi: vt fide itegra vnū
deū in trinitate: ⁊ trinitatē in vnitate creda-
tis: ne pedes veſtrorum ſenſuū claudicent:
aut oculi parū videant: aut manus aride fi-
ant. Omnis em̄ qui fidē catholicā nō bñ ſe-
quit: pedes debiles habet. Qui veritatis lu
cem nō videt: oculorū caliginem patit. Qui
miſericordie fructū nō habet: manuū aridi-
tate ſiccat. Id ḡ agite: id elaborate: ne aliq
membrorꝫ veſtrorꝫ portio hac debilitate vi-
tietur: ne aut gula in vos horreat: aut auā-
ricia diſpliceat: aut infidelitas langueat: vt
emundati penitus ac purificati: habitaculū
dei efficiamini: et ſpūſſanct⁹ q deſcendiſſe in
aplos hodie legit: i vobis ſemp eſſe dignet:
pſtante domino noſtro ieſu chriſto: qui viuit
et regnat in ſecula ſeculorum: Amen.

Itē i eodē feſto: de eo qḋ ſcriptū ē
in euāgelio ſm̄ Johānē: Si qs di- Joh.14.
ligit me ſermonē meū ſeruabit ⁊c. q
habet i expoſitiōe doctoris Ibidē.

Feria ſecūda Pentecoſtes de miſ- Sermo
ſione ſpiritusſancti: Sermo I C.LXXXV

A Oſt illā ſingularē inſignēqꝫ victoriā
P q public⁹ ꝓpugnator in ſido ⁊ milita
uit ⁊ vicit: poſtqꝫ fragilitatē cōditio-
nis nrē non ſolū de inferis eruit: ſ etiā in re-
gni ſui excelſa ſubuexit: in hac die iuxta ꝟbū

ſuū ſanctūſpm̄ donauit: de quo iā aplis ſuis
Joh.14. dixerat: Et ego rogabo patrē: ⁊ aliū paclitū
dabit vobis. Aliū vtiq̧ nō minorē: aliū pa/
clitū: id eſt ſiliꝰ glie vel nature eiuſdēq̧ ſub/
ſtantie: vt diſcipuloꝝ fides veridica ſpōſiōe
ad expectationē tanti muneris ꝑparata: illū
quē ſibi a dn̄o in locū dei ꝓmiſſū eſſe memi/
niſſet: verū deū eē cognoſceret. Et aliū inqt
paclitū: Maieſtatis intellige ſociū: quē ma/
ieſtati ꝓſpicis cōparatū. Et ego rogabo in/
qt patrē: ⁊ aliū paclitū dabit vobis. Qꝫ bene
ſub titulo ꝓmiſſionis: diſtinctionē aplicuit
trinitatis. Pat eſt q̄ indicat rogādus: filius
eſt q̄ intelligit rogaturꝰ: ſpūſſāctꝰ q̄ ꝓmittit
B a pr̄e mittēdꝰ. Quāta ⁊ q̄ ineffabilis pietas
redēptoris? Hominē portauit ad celū: ⁊ deū
miſit ad terras. Quāta eſt auctori cura pro
inſtauratiōe facture ſue? Ecce iterū noua de
ſupnis medicina mittit: ecce iterū infirmos
ſuos p ſeipſā maieſtas viſitare dignat. Ecce
iterū hūanis diuina miſcent: id eſt vicarius
redēptoris: vt bn̄ficia q̄ ſaluator dn̄s incho/
auit: peculiari ſpūſſancti virtute cōſūmet: et
qḋ ille redemit: iſte ſanctificet: qḋ ille acqſi/
uit: iſte cuſtodiat: ac ſic vnitas deitatis per
vnitatē grē ac muneris approbat: vt ſpūſſan
ctus deus in ſuba vnꝰ: in pſona aliꝰ: equali
miſeratiōe vnicꝰ: equali reuerētia ſit colēdꝰ.
Ergo ſpūſſanctꝰ ī hac die ad ꝑpata ſibi apſo
rū ſuoꝝ tēpla: velut imber ſanctificatiōis il/
lapſus eſt: Nō iā viſitator ſubitꝰ: ſꝫ ꝑpetuus
cōſolator: ⁊ cohabitator eternꝰ. Nā ſicut de
Matth.28. ſemetipſo aplis ſuis dixerat: Ecce ego vobiſ/
cū ſū oibꝰ diebꝰ vſq̧ ad cōſūmationē ſeculi:
ita etiā de ſpūſancto: paclitū inqt dabit vob
C pr̄: qui vobiſcū ſit in eternū. Affuit ḡ in hac
die fidelibꝰ ſuis nō iā p gratiā viſitatiōis et
ꝑatiōis: ſꝫ p̄ ipſā p̄ſentiā maieſtatis: atq̧ in
vaſa nō iā odor balſami: ſꝫ ipſa ſuba ſacri de/
fluxit vnguēti: ex cuiꝰ fragrātia latitudo to/
tius orbis impleret: ⁊ appropinquātes ad eo/
rū doctrinā dei fierēt capaces atq̧ pticipes.
Act.2. Sedit ḡ ſup ſinglos q̄ſi ignis: de q̄ ſaluator
Luc.12. nr̄ teſtatur: Ignē veni mittere in terrā. De q̄
Deut.4. dictū eſt: Deꝰ nr̄ ignis cōſumēs ē. Ipſe itaq̧
aplos ſuos viue luc fonte pfudit: vt ipſi poſt
modū vniuſū mūdū tāq̄ duodeci ſolis radij
ac totidē lāpades vitatis illuminēt: ⁊ inebri
ati nouo vino repleāt atq̧ irrigēt ariēna cor
da pplor. Inqram' h loco poſt reſurrectionē
vl aſcēſionē dn̄i: qḋ adhuc adijci poſſit apſo/
rū pfectioni p pticipationē ſpūſſancti. Erat
quidē in eis fides: ſꝫ fiducie cōſtātia deerat.

Iā quidē chriſtū p vniuerſa poterāt p̄dicare
ſꝫ adhuc p chriſto vſq̧ ad mortē certare non
poterāt: vſq̧ adeo vt nullū ex diſcipulis co/
ronauerit palma martyrij ante aduētū ſpūſ/
ſancti. Preterea iā receſſerat ex oculis eorū
dn̄s ieſus q̄ eos p̄dicatione viſibili os ad os
loquēs corroborabat: ⁊ virtutū miraculis i/
ſtruebat: ⁊ dū cū eo erāt: facile credebāt q̄ vi
debāt. Fides adiuuabat aſpectibꝰ: pſentibꝰ
pfirmabat opibꝰ: ſignis ac vtutibꝰ paſcebat.
Poſtq̧ vo dn̄s ieſus ſublatꝰ ex oculis eorū Act.1.
receſſit in celū: nō ſufficiebāt attonite ac tre/
pide eoꝝ mentes: non ſufficiebant vt dignū
erat celeſtia ⁊ eterna cogitare: nec p̄ualebāt
adhuc portare anguſta eoꝝ pectora omnino/
rū ſenſuū magnitudinē vt poſſent intelligē
chriſtū: quō erat verbū deꝰ apud deū: ſic eis Joh.1.
ipe dn̄s adhuc i corpe cōſtitutꝰ euident inſi/
nuat dicēs: Multa habeo vobis dicere: ſed Joh.16.
nō poteſtis ea portare modo: cū aūt venerit
ſpūs vitatis ipſe vos docebit omnē vitatē.
Uides q̧ poſt diſceſſionē ad orande ſūmeq̧
virtutis diſcipuloꝝ pectora dilatata ſūt: ad
ſuſtinēdā magnitudinē diuini luminis: ⁊ intel
ligentiā vitatis? Deꝰ itaq̧ ē q̄ pōt poſt mu/
nificentiā ſuā accumulare gratiā: augere ſa/
pietiā: pfirmare cōſtantiā. Uideamꝰ ḡ aſi vi/ E
ſitationē celeſtis cōſolatoris: quātū eis de ma
gnanimitate: quātū de pfectiōe defuerit. Nā
pmū cū cū ſup tumētia maris dorſa vidiſſēt Matth.14.
ſubſtratis fluctibus ambulantē: et cum aq/
rum iter inſtabile ſb diuinis ſolidaret vnda
famula veſtigijs: turbati ſūt dicētes: Fan/
taſma eſt: ⁊ p̄ timore clamauernut. Poſt in/
fuſionē vo ſpūſſācti iā nō dicūt q: fantaſma
eſt: ſꝫ in pncipio erat verbū: ⁊ vbū erat apud Joh.1.
deū: ⁊ deꝰ erat vbū. Et iterū: Erat inqt lux
vera: q̄ illumiat omnē hoiem venientē ī hūc
mūdū. Et apl̄us dicit: Quia ipſe ē ante oēs Col.1.
⁊ oia p ipſū cōſtāt. Unꝰ aūt ex diſcipl'is tho/
mas nō dū huiꝰ muneris bn̄dictiōe ditatꝰ: cū
in corpe iā glorificato: in corpe iā celeſti p car
nis vulnera deū q̄reret: ⁊ ad credendā incor/
ruptibilē diuinitatē fixuris clauorū ⁊ cicatri/
cū teſtimonijs indigeret: Niſi videro inqt i Joh.20.
manibꝰ eiꝰ fixurā clauoꝝ: ⁊ mittā manū meā
i latꝰ eiꝰ: nō credā. Aliꝰ vo iā ſanctiſpūs eru/
ditiōe replet': confidēter exclamat: Qḋ erat 1.Joh.1.
ab initio: qḋ audiuimꝰ: qḋ vidimus oculis
noſtris: quod pſpeximus: et manus noſtre
palpauerunt: de verbo vite: et annūtiamus
vobis vitā eternā: que erat apud patrem: et
apparuit nobis. Et iteꝝ alio loco paulꝰ apſs

tantę maieſtatis locupletat⁹ illapſu: fiducia
2.Cor.5. liter ꝓteſtat̃: Et ſi cognouim⁹ ſm carnẽ xp̃m:
G ſ; nũc iã nõ nouim⁹. Beat⁹ petr⁹ dñi paſſiõe
iã ꝓxima: nõdũ diuina paclitti inſpiratõe fũ
Matth.26. datus: nolẽs a ſe chriſtũ corꝑaliter ſeparí: in
traditorẽ ꝛ gladiatores gladiũ ſtrigit: ꝛ vim
vi eſtimat repellendã. Stephan⁹ autẽ plen⁹
ſpũſancto: iã nõ in t̃ra chriſtũ reqrit: ſ; apto
cęlo vidit gloriã dei: neq; iã de vindicta cogi
tat: ſed ꝓ ꝑſecutorib⁹ ſuis exorat ꝛ ſupplicat:
Act.7. Dñe ne ſtatuas illis h̃ pctm̃. Ante aduentũ
ꝟo ſpũſſancti ſb ipſo crucis dñicę tp̃e: alij ex
Matth.26. diſcipulis effugant̃: alij vni⁹ ancillę voce ter
rent̃: ꝛ metu corda trepida penetrãte: dñm
ſuũ negare cogunt̃: poſt illuſtrationẽ ꝟo ſpi
rituſſancti ꝛ cõfirmationẽ: cuſtodijs excruci
Act.5. ati: verberib⁹ afflicti: ibant gaudẽtes: q2 di
gni eſſent ꝓ chriſti nomĩe ꝯtumeliã pati. Et
Matth.26. qui ante negauerãt cũ iuramẽto: q2 nõ noui
mus hoĩem iſtũ: nũc ꝓpt̃ eũ in ſupplicijs glo
riant̃: ꝛ ogante in ſe ſpũſancto: parũ putant
eſſe qḋ ꝓ chriſti amore patiunt̃. Et qui ante
verbis deterrebant̃: nũc pęnis ꝛ cruciatibus
roborant̃: ꝛ chriſtũ dñm nõ iã vocib⁹ ſ; mori
bus cõfitent̃: ac dilectiõis magnitudinẽ: ſan
guinis effuſiõe teſtant̃: Et int̃ hęc calefacti ꝛ
Ro.8. accenſi mero dñicę charitatis exclamãt: Nõ
ſunt cõdignę paſſiones hui⁹ tp̃is ad futurã
G gloriã q̃ reuelabit̃ i nob. Ergo beati apl̃i illo
Luc.12. fidei igne feruẽtes: de q̃ ipſe dñs dicit: Ignẽ
veni mittere in terrã: ꝛ qd volo niſi vt accen
dat̃: ab impia multitudine putabant̃ ebrij ꝛ
Act.2. muſto pleni. Et dicebãt ad inuicẽ: q2 muſto
pleni ſunt iſti. At ꝟo nouo viuo repleti erãt
q2 ſpũſancto iã fuerãt innouati: ꝛ apparebat
Matth.9. i eis qḋ ipe dñs dixerat: Nouũ vinũ i vtres
nouos mittẽdũ eſt. Iſtud ꝟo nouũ vinũ nõ
putem⁹ ſolos tũc apl̃os ſuſcepiſſe. Hoc mu
ſto inflãmant̃: ꝛ hoc p̃claro poculo quotidie
inebriant̃ etiã corda fideliũ: ꝛ aię ꝯuertẽtiũ.
Qḋ frequẽter fieri videmus: qñ ꝓ deſiderio
ſalutis ſuę parẽtes ꝛ patriã ſuã fugiũt. Exe
unt nullo cõpellente de t̃ra ꝛ de cognatione
ſua: ꝛ mortui huic mũdo: alios ſpiritalit̃ aĩa
rũ inquirũt parẽtes: ꝛ liberi ſb iugo veniũt:
ꝛ pauloante elati atq; ſublimes hũilia affe
ctant: ſupba faſtidiũt: ꝛ cupiũt eſſe qḋ ante
deſpexerãt: ꝛ odiſſe incipiũt qḋ fuerãt. Pre
ſentiũ hoſpites: futuroꝝ appetitores: ęternã
illã patriã cõtẽpta tp̃aliũ falſitate ſuſpirãt.
H Hoc itaq; muſto ſpiritales aię inebriatę: et
penitus cõmutatę: abſtinẽtiã delitijs: vigi
lias dulcib⁹ ſomnis: paupꝑtatẽ diuitijs ante
ponũt. Arduũ ꝯtra vitia laborẽ iocũdiſſimã
cõputant voluptatẽ. Dulceſcũt eis vilia: et
q̃ ꝑus fuerãt p̃cioſa vileſcũt. Diligũt inimi
cos ſuos: ꝛ bñfaciũt his q̃ ſe oderũt: nõ con
uicant̃ indignãtib⁹: nõ irritant̃ i opprobrijs:
nõ frangunt̃ in iniurijs: ꝓ ſuo hoꝝ nihil ſen
tiũt ꝓpter feruorẽ ſpũſſancti: ꝛ ꝓpter ęternã
retributiõꝫ. Hoc ſpiritali mero calebãt mar
tyres: qñ abijciẽtes ꝛ poſt ſe iactãtes oĩa ſę
culi blandimẽta: ibãt ad paſſiões: obliuiſcẽ
tes facultates ꝛ affectiões: p̃rimonia ac ma
trimonia ſua: ꝛ vincẽtes armatã ꝯtra ſe par
uuloꝝ pignoꝝ fletib⁹ pietatẽ: vociferãtes q̃
dem parẽtes: puluerẽ mittẽtes i capita ſua:
ꝛ matres facies ſuas auulſis crinib⁹ dilacerã
tes. Sed illi hęc oĩa tanq̃ ebrij nõ videbãt:
nec cog̃ſcebant ſuos: q2 infuſo p̃cordijs ſuis
ſpũſancto ad dolores: ad ſupplicia tanq̃ ad
cõſolatiões ꝛ ad p̃mia feſtinabãt. Itaq; an I
niuerſariũ quidẽ diẽ celebram⁹ de aduentu
ſpũſſancti: ſed nos ita agamus: vt quotidie
eũ ad nos caſtis opib⁹ ꝛ caſtis pectorib⁹ inui
tem⁹. Ita eñ puri atq; purgati ſenſib⁹ ꝛ co
gitatiõib⁹ eſſe debem⁹: ita nos oportet ori ꝛ
cordi adhibere cuſtodiã: vt nos dignos ei⁹
viſitatiõe ꝛ illumiatõe faciam⁹: ꝛ videamur
liberi eſſe ab omni ĩmundicia cogitationũ:
q2 vt dixi: Peruerſę cogitatiões ſeparant a Sap.1.
deo. Studeam⁹ liberi eſſe ab omni obtrecta
tione omniq; malitia: q2 in maliuolã animã
nõ ingredit̃ ſapiẽtia: nec habitat in corpore
ſubdito peccati. Per irã ac ſupbiã: aię negli
gentiũ: ſpũſſancti cuſtodia ꝛ ꝓtectõe nudã
tur. Non ḡ ꝑ hm̃õi paſſiões cõtriſtem⁹ ſpm̃
ſanctũ: ſ; poti⁹ eũ ad ſedẽ cordis nr̃i ꝑ gratiã
hũilitatis et pacis mãſuetudinẽ euocem⁹ ac
lętificemus eum opibus ꝛ ꝓfectib⁹ noſtris:
quia ipſe dicit: Sup quez requieſcã: niſi ſup Eſa.66.
humilẽ ꝛ quietum: et trementem ſermones
meos? Si ergo ꝓmereri cupim⁹ tanti viſita
toris ingreſſũ: mũdem⁹ primũ domũ aię nr̃ę
ab indignis carnalis cõcupiſcẽtię paſſiõib⁹:
a ſupbię dñatiõe: a fętore iactãtię: a tepoꝛis
horrore: de q̃ ipſe dñs dicit: Vtinã inqt fri Apoc.3.
gidus eſſes aut calid⁹: nũc ꝟo q2 tepid⁹ es:
incipiã te euomere ex ore meo: id ẽ ex viſceri
b⁹ mei in̄mi cordis expuẽ. Preparem⁹ itaq;
hãc domũ q̃tidie ad ſacri regis aduẽtũ: eãq;
diũſis ꝓbabiliũ moꝝ florib⁹ adornem⁹. Re
pleamur iocũdis p̃cioſiſq; odorib⁹ caſtitatis:
fidei ꝛ cõpũctiõis incẽſo: balſamo beniuolẽ

tie: ꝛ thimiamate charitatis: vt āputatis vitijs ꝛ v̄tutibꝰ inſertis: deſtructa ī nob habitatōe diaboli: mutemur in templū dei: vt tā beatꝰ hoſpes nitido delectatꝰ hoſpitio: ſtabilē ac ꝑpetuā ī nobis faciat māſionē. Propter hoc eñ ad nos ille deſcēdit: vt nos ad illū poſſimus aſcendere: cui eſt gloria cū p̄re ꝛ ſpūſancto in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Sermo C.LXXXVI **Eodem die: de aduentu ſpiritusſancti: Sermo II**

A H Odierni diei ſolennitas dñi dei magni ꝛ magne gratie q̄ ſupfuſa eſt ſup nos recordationē facit. Ideo eñ ſolēnitas celebrat: ne qḋ ſemel factū ē: de memoria deleat. Solēnitas eñ ab eo qḋ ſolet ī anno: nomē accepit. Quō perennitas fluminis dicit: q2 nō ſiccat eſtate ſ₃ ꝑ totū annū fluit: ſo perenne: p annū: ſic et ſolēne qḋ ſolet in anno celebrari. Celebramꝰ hodie aduentū ſpūſācti. Dñs eñ ſpm̄ſanctū de celo miſit quē in terra ꝓmiſit: ꝛ q2 ſic ꝓmiſerat de celo eē miſſurū: non pōt ille venire ait: niſi ego abiero:
Joh.16. dū aūt abiero mittā illū ad vos. Paſſus ē:
Mat.6.27. mortuꝰ ē: reſurrexit: aſcēdit: reſtabat vt impleret qḋ ꝓmiſit. Hoc expectātes diſcipuli eiꝰ:
Act.1. aie vt ſcriptū ē centū viginti decuplato numero apl'oꝝ. Duodeci eñ elegit ꝛ cētū viginti ſpm̄ miſit. Hoc q̄ ꝓmiſſū expectātes ī vna domo erāt. Orabāt: q2 deſiderabāt: iā ipſa
Matth.9. fide: qḋ ipa ozone: ipō ſpāli deſiderio: vtres noui erāt: vinū nouū de celo expectabat et venit. Jā eñ fuerat magnꝰ botrus ille calca
Joh.7. tus ꝛ glificatꝰ. Legimꝰ eñ ī euāgelio: Spūs eñ nōdū erat datꝰ: q2 ieſus nōdū fuerat glo
B rificatꝰ. Jā qd ſ⁊dit: audiſtis magnū miraculū: Oēs qui aderāt vnā linguā didicerāt. Venit ſpūſanctꝰ: impleti ſunt: cepērūt loq̄ linguis varijs oīm gentiū q̄s nō nouerāt nec didicerāt: ſ₃ docebat ille q̄ venerat: intrauit: ipleti ſunt: fudit. Et tū c h̄ erat ſignū: quicūq₃ aſpiciebat ſpm̄ſanctū ſubito implebatᷣ ſpū: linguis oīm loq̄bat: nō illi ſolū centū viginti. Docēt nos lr̄e ipe: poſtea crediderūt hoīes: baptizati ſūt: acceperūt ſpm̄ſanctū: linguis oīm gentiū locuti ſūt. Expauerūt q̄ aderāt: alij admirātes: alij irridētes: ita vt dicerent: Iſti ebrij ſunt: muſto pleni ſūt. Ridebant ꝛ aliqd veꝝ dicebāt. Impleti eñ erāt vtres no-
Matth.9. uo vino. Audiſtis cū euangeliū legeret: Nemo mittit vinū nouū in vtres veteres: ſpiritalia nō capit carnal. Carnalitas vetuſta ē: gr̄a nouitas ē. Quātocūq₃ hō in meliꝰ fuerit inouatꝰ: tanto amplius capit: qḋ veꝝ ſapit. Bulliebāt muſto: ꝛ muſto bulliēte lingue gētiū ꝓfluebāt. Nūquid mō frēs nō dat ſpūſanctꝰ? Quiſq̄s h̄ putat: nō eſt dignꝰ accipe. C
Dat ꝛ mō. Quare q̄ nemo loquit linguis oīm gentiū: ſic loq̄bat q̄ tūc ſpūſancto iplebat? Quare? Quia qḋ illud ſignificabat impletū eſt. Quid ē illud? Qn̄ celebrauimꝰ q̄dragesimā: recolite: q2 cōmēdauimꝰ vob dñm ieſum xp̄m ecclīā ſuā cōmēdaſſe ꝛ aſcēdiſſe. Querebāt diſcipuli: Qn̄ erit finis ſeculi? Et ille:
Nō eſt vr̄m ſcire tp̄a vl' momenta que pater poſuit in ſua poteſtate. Adhuc ꝓmittebat qḋ hodie cōpleuit. Accipietis virtutē ſpūſā cti ſupueniētis in vos: ꝛ eritis mihi teſtes in hierl'm: ꝛ ī tota iudea ꝛ ſamaria: ꝛ vſq₃ ī fines t̄re. Eccl'ia tūc ī vna domo erat: accepit ſpm̄ſanctū: in homibꝰ paucis erat: in linguis totus orbis erat. Ecce qḋ p̄tendebat modo. Nā q2 illa eccl'ia parua: linguis oīm gentiū loq̄bat: qd ē q2 eccl'ia iſta magna a ſolis ortu vſq₃ ad occaſū linguis oīm gentiū loquit? Nō implet q̄ tūc ꝓmittebat. Audiuimus: videmus. Audi filia ꝛ vide: ipſi regine dictū Ps.44.
eſt: Audi filia ꝛ vide. Audi ꝓmiſſū: vide cōpletū: nō te fefellit deꝰ tuꝰ: nō te fefellit ſpōſus tuus: nō te fefellit q̄ ſuo ſanguie te dotauit: nō te fefellit q̄ de feda pulchrā: de imūda virginē fecit. Tu tibi ꝓmiſſa es: ſ₃ ꝓmiſſa in paucis: impleta ī multis. Nemo q̄ dicat: Accepi ſpm̄ſanctū q̄re non loquor linguis oīm gentiū? Si vultis h̄re ſpm̄ſanctū: intendite D
frēs mei: Spūs nr̄ q̄ viuit ois hō: aīa vocat: ſpūs nr̄ q̄ viuit ſingulꝰ q̄ſq₃ hō: aīa vocat: et videtis qd facit aīa in corpe. Oīa mēbra vegetat: p oculos videt: p aures audit: p nares olfacit: p linguā loquit: p manꝰ opat: p pedes ambulat: oībꝰ ſil' adeſt mēbris vt viuāt: vitā dat oībꝰ: officia ſinglis. Nō audit oculꝰ: nō videt auris: nō videt lingua: nec loquit auris ꝛ oculꝰ ſ₃ tñ viuit: viuit auris: viuit lingua: officia diūſa ſūt: vita cōis. Sic ē eccl'ia dei: in alijs ſanctis facit miracula: in alijs ſanctis loquit veritatē: ī alijs ſanctis cuſtodit v̄ginitatē: ī alijs ſctis cuſtodit pudicitiā cōiugalē: ī alijs hoc: in alijs illud: ſinguli ꝓpria opant: ſ₃ pariter viuūt. Qḋ aūt ē aīa corpis hoīs: hoc ē ſpūſanctꝰ corpis xp̄i qḋ ē eccl'ia: hoc agit ſpūſanctꝰ ī tota eccl'ia: qḋ agit aīa ī oībꝰ mēbris vnius corpis. Sed videte qd caueatis: videte qd obſeruetis: videte qd timeatis. Cōtingit vt in

corpe hūano:imo de corpe aliqd ꝑcidat mēbrū: manᵒ: digitᵒ: pes:nū quid ꝑcisū ſequit aīa:Cū in corpe eſſet viuebat: ꝑcisū amittit vitā.Sic ꝛ hō chriſtianᵒ catholicus eſt dū in corpore viuit:ꝑcisus hereticᵒ factᵒ eſt mēbrū amputatū:nō ſequit ſpiritᵒ. Si ergo vultis viuere d ſpūſancto: tenete charitatē:amate veritatē:deſiderate vnitatem: vt perueniatis ad eternitatem:Amen.

Itē eodē die: Homelia de eo qd ſcriptū eſt i euāgelio ſm Johannē: Sic deᵒ dilexit mūdū ꝛc. q̄ ſumpta eſt de expoſitione doctoris Ibidē. Joh.3.

Sermo C.LXXXVII

## Feria tertia pentecoſtes:De miſſione ſpūſſancti:Sermo I

A Dies nobis frēs gratᵒ illuxit q̄ ſancta eccl'ia fideliū fulget aſpectibᵒ feruet i cordibᵒ.Celebramᵒ quippe iſtū diē q̄ dñs ieſus chriſtᵒ reſurrectiōe: aſcēſiōe glorificatus miſit ſpūſanctū. Sic enī ſcriptū eſt Joh.7. in euangelio cum diceret: Si qs ſitit veniat ad me ꝛ bibat: Qui credit in me:flumina fluent de ventre eius aque viue.Euāgeliſta ſecutus exponit ꝛ ait: Hoc aūt dicebat de ſpū quē accepturi erāt credētes in eū.Nōdū enī erat ſpūs datᵒ: qꝛ ieſus nōdū fuerat glificatus. Reſtabat ḡ vt clarificatio ieſu cū reſurrexit a mortuis ꝛ aſcēdit ad celos:iam daret ſpūſſanctᵒ ab eo miſſus a q̄ ꝓmiſſus: ſicut ꝛ factū eſt.Quadraginta enī dies poſt reſurrectionē diebᵒcū diſcipulis cōuerſatᵒ:aſcēdit i celū: et die qnq̄geſimo quē hodie celebramᵒ Act.2. miſit ſpūſanctū:ſic ſcriptū ē: Factᵒ ē ſubito ſonᵒ de celo: q̄ſi ferret flatᵒ vehemēs: et viſe ſūt illis lingue diuiſe ſic ignis: q̄ inſedit ſup vnū quēq̄:ꝛ ceperūt linguis oibᵒ loqui quō B ſpūs dabat eis ꝓnūciare. Flatᵒ ille a carnali palea:corda mūdabat. Ignis ille fenū veteris ↄcupiſcētie ↄſumebat. Lingue ille qbᵒ loqbant a ſpū ſancto impleti: ꝑ oim gentiū linguas futurā eccleſiā deſignabāt. Sic enī Gen.11. poſt diluuiū impietas ſupba hoim turrim ↄ dñm edificauit excelſa:qn̄ ꝑ liguas diuerſas diuidi meruit genᵒ hūanū:vt vnaqueq̄ gēs lingua ꝓpria loqret ne ab alijs intelligeret: Sic hūilis fideliū pietas earū linguarū diuerſitate eccl'ie cōtulit vnitatē: vt qd diſcordia diſſipauerat: colligeret charitas:ꝛ hūani generis tanq̄ vniᵒcorpis mēbra diſpſa ad vnū caput chriſtū cōpaginata redigeret ꝛ i ſancti corpis vnitatē dilectiōis igne cōflaret. Ab h itaq̄ dono ſpūſſancti ꝓrſus alieni ſūt:q̄ oderūt gratiā:q̄ ſocietatē nō retinēt vnitat. Licet enī etiā ipi hodie ſolēnit cōgregent: licet iſtas audiāt lectiōes: qbᵒ ſpūſſāctᵒ ꝓmiſſᵒ ꝛ miſſᵒ ē:ad iudiciū audiūt:n̄ ad p̄miū. Quid enī eis ꝓdeſt pcipere auribᵒ qd cordibᵒ reſpuunt:ꝛ eius diem celebrare cuiᵒ lumē oderūt: Uos aūt frēs mei:mēbra corpis xp̄i:germina veritatis:filij pacis:hunc diē agite leti:celebrate ſecuri.Hoc enī in vobis implet qd illis diebᵒ q̄n venit ſpūſſanctᵒ p̄ſignabat. Sicut enī tūc qui ſpūſanctū pcipiebat etiā vnᵒ hō linguis oibᵒ loqbat:ſic ꝛ nūc ꝑ oēs gentes oibᵒ linguis ipſa veritas loquit:in q̄ ↄſtituti ſpūſanctū habetis q̄ chriſtū eccl'ia loquēte omnibus linguis vobis ſciſmate diſcidetis.

Itē eodē die: Homelia de eo qd ſcriptū eſt i euāgelio ſm Johannē: Amen amē dico vobis q̄ nō intrat ꝑ oſtium ꝛc. que habet in expoſitiōe doctoris Ibidē. Et inter ſermones de Uerbis domini.xlix. Joh.10.

## Feria quarta pentecoſtes:de miſſione ſpūſſancti:Sermo I

Sermo.C LXXXVIII

cationem habere poteſt. Nam beatus iſaac Gen. 22.
qđ optime nouit ſanctitas veſtra: quando
a patre oblatus eſt: chriſtum dominū figu-
rauit: cum ꝯo filio ſuo iacob benedixit: ⁊ ad Gen. 24.
accipiendam vxorem in meſopotamiam mi
ſit: iacob typū habuit chriſti: et iſaac dei pa-
tris imaginē geſſit. Iterū beatus iacob qui
typum chriſti habuit quando vxorem acce-
pit: dei patris figuram geſſit. Quando enī Gen. 37.
beatum ioſeph plus omnibus filijs dilige-
bat: et tunicam ei polymitam fecit: incarna-
tionē domini ſaluatoris ſignificauit. Quo-
modo ergo tunc factum eſt fratres chariſſi-
mi in beatis patriarchis: in Iſaac videlicet
et in Jacob: ita in Iſai patre Dauid figu-
ratum eſſe cognoſcimus. Quādo enim Iſai 1. Reg. 17.
Dauid filium ſuum mittebat vt requireret

fratres ſuos: typū dei patris habuiſſe videt᷑.
Iſai miſit dauid vt requireret frēs ſuos: ⁊ de⁹
pr̄ miſit vnigenitū ſuū: ex cui⁹ pſona ſcriptū
Pſ.21. eſt: Narrabo nomē tuū fratrib⁹ meis. Ad re-
quirēdos em̄ frēs ſuos venerat chriſt⁹: qſi dice-
Matth.15. bat: Nō ſū miſſus niſi ad oues pditas dom⁹
B iſrl. Dixit ꝗ iſai ad dauid filiū ſuum: Accipe
1.Reg.17. ephi polēte ⁊ decē formellas caſei: ⁊ vade re-
quire frēs tuos. Ephi: triū modiorū mēſura ē:
Et trib⁹ mēſuris: myſteriū intelligit᷑ trinitatis.
Qđ nouerat hoc myſteriū etiā ⁊ beat⁹ abra-
Gen.18. ham. Deniq̃ qñ ſub ilice mābre in trib⁹ pſo-
nis ſacramētū videre meruit trinitatis: tria
ſata ſimile miſceri ꝓcepit. Tria ſata: tres mē-
ſure ſunt. Hāc ꝗ mēſurā ⁊ iſai dedit filio ſuo.
In decē formellis caſei: intelligit᷑ decalogus
veteris teſtamēti. Venit ꝗ dauid cū tribus
mēſuris ⁊ decē formellis caſei vt frēs ſuos i
ꝓlio poſitos viſitaret: qr ventur⁹ erat chriſt⁹
cum decalogo legis ⁊ myſterio trinitatis: vt
genus humanū de poteſtate diaboli libera-
C ret. Veniēte aūt dauid: vn⁹ e fratrib⁹ incre-
1.Reg.17. pauit eū dicens: Quare dimiſiſti paucullas
oues illas: ⁊ veniſti ad ꝓliū? Frater iſte ſeni-
or qui dauid typū chriſti gerentē p maliciā
increpauit: ſignificauit ipſm iudeoꝝ: qui per
inuidiā chriſto dño qui p ſalute hūani gene-
ris venerat detraxerunt: ⁊ multis frequēter
iniurijs affecerūt. Quare inq̄t dimiſiſti oues
illas ⁊ veniſti ad ꝓliū? Quaſi non tibi videt᷑
p os ei⁹ ſaluti hoīm inuidens diabol⁹ loqui:
Matth.18. tanq̄ ſi diceret chriſto: Quare dimiſiſti no-
naginta ⁊ nouē oues q̄ nō errauerūt: ⁊ veni-
ſti vt vnā requireres q̄ pierat: et eā de manu
ſpiritalis golie: id de poteſtate diaboli per
crucis baculū liberatā ad ouile ꝓpriū reuo-
cares? Quare inq̄t dimiſiſti paucas oues il-
las? Malo quidē ⁊ ſupbo animo: ſed tamen
verū dicebat: qr ieſus: ſicut iā dictū eſt: dimiſſu-
rus erat nonaginta ⁊ nouem oues: vt q̄reret
vnā: ⁊ ad ouile ꝓpriū: id eſt ad angeloꝝ cō-
D ſortiū reuocaret. Prius tñ q̄ veniret dauid
1.Reg.16. cū iā vnctus eſſet a beato ſamuele: ſicut ⁊ ipſe
1.Reg.17. ſauli regi ſuggeſſit: ⁊ leonē ⁊ vrſū ſine armis
occidit. Sed ⁊ leo ⁊ vrſus ambo typū diabo-
li ꝓferebāt. Qui ꝓ eo q̄d de ouib⁹ dauid ali-
qđ inuadere auſi ſunt: ipſi⁹ dauid virtute ſūt
ſuffocati. Hoc totū frēs chariſſimi q̄d tūc in
dauid legim⁹ figuratū: i dño nr̄o ieſu chriſto
cognoſcim⁹ eſſe completū. Tūc em̄ ⁊ leonē ⁊
vrſū ſtrangulauit: qñ ad inferna deſcēdens:
oēs de coꝝ faucib⁹ liberauit. Deniq̃ audi

ꝓphetā ex pſona dñi ſupplicantē: Erue a fra- Pſ.21.
mea aīaz meā: et de manu canis vnicā meā.
Libera me ex ore leonis. Et qr vrſus i manu
fortitudinē habet ⁊ leo in ore: in iſtis duab⁹
beſtijs idem diabol⁹ figurat⁹ ē. Hoc ꝗ ex pſo-
na chriſti dictū eſt: vt vnica ei⁹ eccl̄ia de ma-
nu: id eſt de poteſtate: vel de ore diaboli tol-
leret᷑. Venit ꝗ dauid ⁊ inuenit iudeoꝝ ipſm i E
valle terebinthi poſitum vt ꝯ allophylos di- 1.Reg.17.
micaret: qr ventur⁹ erat ver⁹ dauid chriſtus
vt de cōualle pctoꝝ ſiue lachrymarū hūanū
gen⁹ erigeret. Stabāt aūt i valle ꝯ allophy-
los. In valle erant: qr eos pctoꝝ pond⁹ op-
p̄ſſerat. Stabant em̄ ⁊ pugnare ꝯ adūſarios
nō audebāt. Quare nō audebāt? Quia da-
uid qui typū chriſti gerebat nōdū venerat.
Verū ē frēs chariſſimi. Quis em̄ ꝯ diabolū
pugnare poterat: anteq̄ chriſt⁹ dñs gen⁹ hu-
manū d poteſtate diaboli liberaret? Dauid
em̄ interptat᷑ manu fortis. Quid eo fortius
frēs q̄ vniuerſū mūdū vicit: armat⁹ nō ferro
ſed ligno? Stabāt ꝗ filij iſrl̄ ꝯ adūſarios qua-
draginta dieb⁹. Quadraginta dies: ꝓpter
q̄ttuor tpa: ⁊ q̄ttuor ptes orbis tre vitā p̄ſen-
tē ſignificāt: in q̄ cōtra goliad vl exercitū ei⁹:
id eſt ꝯtra diabolū ⁊ angelos ei⁹: chriſtiano-
rū ipſus pugnare nō deſinit. Nec tñ vincere
poſſet: niſi ver⁹ dauid chriſt⁹ cū baculo: id ē
cū crucis myſterio deſcēdiſſet. Ante aduētū F
em̄ chriſti frēs chariſſimi ſolut⁹ erat diabol⁹:
Veniēs chriſt⁹ fecit de eo q̄d in euāgelio di-
ctū eſt: Nemo pōt intrare in domū fortis et Matth.12.
vaſa ei⁹ diripere: niſi prius alligauerit forte.
Venit ꝗ chriſt⁹ ⁊ alligauit diabolū. Sed dic-
aliqs: Si alligat⁹ ē: quare adhuc tantū ꝓua-
let? Verū eſt frēs chariſſimi: qr multū ꝓua-
let: ſ3 tepidis ⁊ negligētibus: ⁊ deū in vitate
nō timentib⁹ dñat᷑. Alligat⁹ eſt em̄ tanq̄ in-
nexus canis catenis: ⁊ neminē pōt mordere
niſi eū q̄ ſe illi mortifera ſecuritate piūxerit.
Iā videte frēs q̄ ſtult⁹ eſt hō ille: quē canis i
catena poſit⁹ mordet. Tu te illi p volūtates
⁊ cupiditates ſeculi noli cōiungere: et ille ad
te nō p̄ſumit accedere. Latrare poteſt: ſolli-
citare poteſt: mordere omnino non pōt niſi
volentē. Nō em̄ cogendo ſed ſuadendo no-
cet: nec extorquet a nobis cōſenſum ſed pe-
tit. Venit ergo dauid ⁊ inuenit iudeorū po-
pulum contra diabolum preliantem: ⁊ cum
nullus eſſet qui preſumeret ad ſingulare cer-
tamen accedere: ille qui figuram chriſti gere-
bat proceſſit ad ꝓlium: Tulit baculū in manu

ſua: ⁊ exijt cõtra goliad. Et in illo quidẽ tũc
figuratũ eſt: qđ in domino ieſu chriſto com-
pletum eſt. Venit eñ verus dauid chriſtus:
qui contra ſpiritalem goliad: id eſt contra
diabolũ pugnaturus crucem ſuam ipſe por
G tauit. Videte fratres vbi dauid goliad pre-
1.Reg.17. cuſſerit: In fronte vtiqȝ vbi crucis ſignacu-
lum non habebat. Sicut eñ baculus crucis
typũ habuit: ita etiã ⁊ lapis ille de quo per-
cuſſus eſt: chriſtũ dominũ figurabat. Ipſe ẽ
Ps.117. enim lapis viuus: de quo ſcriptũ eſt: Lapi-
dem quem reprobauerũt ędificantes: hic fa-
ctus eſt in caput anguli. Qđ autẽ dauid nõ
1.Reg.17. habens gladiũ aſcendit ſup goliad: ⁊ ſuo eũ
ꝓprio interfecit gladio: deſignatũ eſt: ꝙ in
aduentu chriſti ſuo gladio diabolus victus
eſt: qui ꝑ nequiciã ſuam ⁊ iniuſtã ꝑſecutionẽ
quã exercuit in chriſto: omniũ in eum credẽ-
tium ꝑdidit principatũ. Qđ aũt arma golię
dauid poſuit in tabernaculo ſuo: arma dia-
boli nos fuimus. Sic enim dicit apoſtolus:
Ro.6. Sicut eñ exhibuiſtis membra veſtra arma
iniquitatis peccato: ita ⁊ nunc exhibete mẽ-
Ibi.3. bra veſtra arma iuſticię deo. Et iterũ: Noli-
te inquit exhibere membra veſtra arma ini-
quitatis peccato. Arma enim inimici noſtri
miſit chriſtus ĩ tabernaculo ſuo: quãdo nos
qui domus diaboli fueramus: ꝑ ipſius gra-
tiã templũ dei eſſe meruimus. Nam ⁊ viciſ-
ſim nos in chriſto: ⁊ ĩ nobis chriſtus habita-
re cognoſcit. Qđ aũt chriſtus in nobis habi
Eph.3. tat: apoſtolus probat dicens: In interiore
homine ꝑ fidem habitare chriſtũ. Qđ autẽ
iterum nos habitemus in chriſto: idem apo
Gal.3. ſtolus deſignat dicẽs: Quotquot in chriſto
baptizati eſtis: chriſtũ induiſtis. Et dominꝰ
Joh.14. ĩ euãgelio ad diſcipulos ſuos: Ego in patre
H meo: ⁊ vos in me: ⁊ ego in vobis. Qđ vᵒ nõ
in alio membro: ſed ĩ fronte ꝑcuſſus eſt: hoc
ſignificat: quod modo in noſtris competen-
tibus exercet: quia quando cathecuminus
in fronte ſignat: ſpiritalis goliad percutit: ⁊
diabolus effugat. Et quia de cordibus nr̃is
ꝑ gratiã chriſti diabolũ effugatũ eſſe cogno-
ſcimus: pariter ⁊ ſentimus: quãtũ poſſumus
cum ipſius adiutorio laboremus: ne malis
operibꝰ noſtris ⁊ impijs vel luxurioſis cogi-
tationibus iterũ eum in nobis inuitare veli
mus: vt eo inſpirãte ad ęterna p̃mia feliciter
venire mereamur. Qđ ipſe pręſtare dignet:
qui cũ patre ⁊ ſpũſancto viuit ⁊ regnat in ſę-
cula ſeculorum: Amen.

Item in eadẽ dñica alius ſermo
de eodem: qui habet in libro Quĩ-
quaginta homeliarũ. xxxj.

Item in eadem dñica: Homelia
de eo qđ ſcriptum eſt in euangelio
ſm Lucã: Homo quidã erat diues Luc.16.
et induebat purpura ⁊c. quę habet
inter ſermones de Verbis domini
xxiiij. et. xxv. Et ĩ libro Quĩquagin-
ta homeliarũ. vij. Et li. ij. de queſti-
onibus euangelioꝝ. xxxviij.

## Dñica ſecũda poſt feſtum ſancte Trinitatis: de plaga dei: Ser. I

Sermo C.XCVIII.

A Um regũ lectio legeret: audiuimus
C ꝙ cũ dei plaga ſęuiret in populo iu-
dęorum: angelus dñi qui ꝑcutiebat 2.Reg.24.
ſteterit iuxta areã areuna hiebuſęi. Et dixit
dñs ad angelũ: Extende manũ tuã ſup hie-
ruſalẽ: vt diſperdã eã. Cũqȝ extendiſſet ma-
nũ angelus: miſertꝰ eſt dñs ſup afflictionẽ:
⁊ ait angelo ꝑcutiẽti ꝑłm: Sufficit nũc: cõti-
ne manũ tuã. Et ceſſauit plaga a ꝑło. Areu
na frẽs charisſimi rex erat hiebuſęoꝝ: ⁊ ꝑtez
aliquã poſſidere videbat in hierłm: qꝛ licet
oĩa in circuitu natiões ſubditę fuerint regi
dauid: nõ tñ ꝑmiſit deꝰ vt hiebuſęi ad inte-
grũ delerent. Rex ḡ ille paganꝰ: ꝑłm gẽtiũ
figurabat. Aduertite frẽs: qꝛ in iudęoꝝ tr̃a
nõ inuẽtus ẽ locus dignꝰ vbi altare dñi po-
neret: ſed in terra gentiũ locus eligit: vbi et
angelꝰ videt: ⁊ dñi altare cõſtruit: ⁊ ſic ira oĩ-
potẽtis dñi mitigat. Jam tũc figurabat qđ
in iudęoꝝ cordibꝰ ad offerendas ſpiritales
hoſtias locus dignꝰ non poſſit inueniri: ſed
gentiũ terra: id eſt chriſtianoꝝ ꝯſciẽtia eligi-
tur: vbi templũ dñi collocet. Quã rem apłs
euidẽter oſtẽdit: dũ iudęos increpat dicẽs:
Vobis inqͭ oportuit loqui ꝑmũ verbũ dei: Act.13.
ſed qꝛ vos indignos iudicaſtis ęternę vitę:
ecce conuertimur ad gentes: Hoc eſt dicere:
Quia chriſtũ repuliſtĩ ⁊ dignũ locũ nõ p̃pa-
raſtis in q̃ altare dñi poneret: in tr̃a gentiũ:
id eſt ĩ cordibꝰ ꝑłoꝝ altare dñi collocabimꝰ.
Et inde ẽ qđ nobiſ idẽ apłus clamat: Tẽplũ 1.Cor.3.
dei ſanctũ eſt: qđ eſtis vos. Et ideo attẽdite
frẽs charisſimi: qꝛ tũc gẽtilis regis tr̃a eligit:
qñ ꝑłus iudęoꝝ dei plaga ꝑcutit: Qđ ĩ paſ-
ſiõe dñi videmꝰ eſſe cõplẽtũ. Nã qñ iudęoꝝ
populꝰ crucifigẽs dñm reprobat: tũc in area
gentiũ: id eſt ĩ omi terra altare dño cõſecrat.

172

Angelus ergo domini in area regis gentilis ſtetit: ⁊ verus angelus: id eſt chriſtus gentiū populū viſitauit. Rex ergo ipſe obtulit beato dauid aream et boues ad holocauſtū: ſed rex dauid accipere noluit: niſi prius precium daret. Et hoc in aduentu domini ſaluatoris impletū eſt: qui gentiū corda ſibi aſſumere noluit: niſi prius ꝑ eis ꝓcioſum ſanguinem daret. Quid ergo dedit? Quinquaginta inquit ſiclos argenti. In quinquagenario numero ⁊ gratia ſpiritusſancti intelligitur: ⁊ peccatorū remiſſio deſignatur. Nam quinquageſimo die ſpiritusſanctus apoſtolis mittitur: Et i veteri teſtamēto quinquageſimus annus: remiſſioni ⁊ indulgentię conſecratur. Dauid quidem ille argentū dedit: noſter vero dauid cuius ille typum tenebat: ꝓcioſum ſanguinem fudit. Ergo vt aream pagani regis dauid emeret: ſiclos quinquaginta obtulit: ⁊ verus dauid chriſtus vt in area gentiū altare ſibi conſtrueret: quinquageſimo die gratiā ſpiritusſancti ⁊ peccatorū indulgētiā dedit. Et ideo fratres quia in nobis et de nobis templū ſibi dignatus eſt facere: in domo ſua non patiatur iniuriam: quia ſi de peccatis noſtris iniuriam ꝑtulerit: cito diſcedit: ⁊ vę miserę animę de qua ille diſceſſerit. Sine dubio enim qui a lumīe deſeritur: a tenebris occupatur. Ita ergo cum ipſius adiutorio agere ſtudeamus: vt tam pium dominū non ſolū hoſpitem recipere: ſed etiā perpetuū habitatorē habere mereamur: ꝑſtante eodem domino nr̄o ieſu chriſto: cui eſt honor cum patre ⁊ ſpiritusancto in ſecula ſeculorū: Amen.

B

2. Reg. 24.

Act. 2.

Leuit. 25.

## Sermo C.XCIX. In eadem dominica: De quinque hereſibus: Sermo II

A Ca. I.

Debitor ſum fateor non neceſſitate cogente: ſed qđ eſt vehemētius charitate. Ad compellendum non poteſt eſſe moleſtus exactor: quādo ad reddenduȝ deuotus eſt debitor. Sed vt impleā qđ promiſi: adiuuate me ſanctis oratiōibus veſtris: vt dominus omnipotēs det gratiā ſermonibus meis vt ſatiſfaciam pijs mētibus ⁊ auribus veſtris. Si meminiſſe dignamini qui i tempore affuiſtis: quinque hoſtiū genera eſſe diximus: contra quę expugnanda inducias poſtulauimus: vt neceſſaria arma ꝑparare poſſimus. Promiſſus diēs illuxit: nos quoque impigre ad certamē deo adiuuāte ꝓceſſimus: Adiutoriū noſtrū a domino qui fecit cęlū et terrā. Donabit certanti victoriā: qui certāti dedit audaciam. Nō nos hoſtiū turba: non bellantiū reuocet forma: nō quaſi vitrea fulgētia terreāt arma: Goliā magnū: robuſtū: armis terribilibus ingentique turba munitū dauid ſolus puer paruus atque inermis: vno lapidis ictu ꝓſtrauit: totaque allophylorū caſtra turbauit atque fugauit. Quid autē aliud petra contra goliā miſſa: niſi chriſtū contra diabolū ex ſemine dauid venturū eſſe ſignificauit? Aggrediamur iam: ceterorū quę diximus quinque genera ꝓponamus. Pagani dicunt: Quid eſt quod nos exhortetis atque abijcitis tanque multos colentes deos? Ecce ⁊ vos deum quem ꝑdicatis colendum: filium habere dicitis: ⁊ ſine alterius cōmixtione ſexus natum eſſe cōfingitis. Judęi dicunt: Quomodo vnum colitis deum: quādo ⁊ hominē quē patres noſtri crucifixerūt: deū dicētes: hominibus extorquetis vt tanque filiū dei vobiſcū venerentur ⁊ colant? Manichęi dicunt: fantaſiam eſſe quod dicitur dominū ieſum chriſtū fęmineo poſſe naſci ex vtero. Non enim dignū eſt inquiūt: vt tanta maieſtas ꝑ ſordes ⁊ ſqualores fęminę tranſiſſe credatur. Sabelliani dicunt: id eſt Patripaſſiani: vnus eſt deus pater ⁊ filius: quoniā qui pater ipſe et filius. Nam ſi aliter dixerimus: dicemur multicolę. Arriani dicunt: Alius eſt pater: alius eſt filius: ſed minor eſt filius: Quomō enim fieri poteſt vt genitori genitus extet ęqualis? Ecce ſunt errorum ꝓpoſitę queſtiōes: quaſi hoſtiū compoſitę acies. Contra iſtas acies peſtiferas ſanctiſſimi fratres: aſſumite arma dei vt poſſitis reſiſtere in die malo: ⁊ in omnibus ꝑfecti ſtare: Accingimini lumbos in veritate: nemo trepidet: nemo formidet. Eſt lorica iuſticię: eſt ſcutū fidei: in quo ſagittę malignorū extinguantur. Eſt galea ſalutis: eſt gladius ſpiritus qđ eſt verbū dei. Quiſque fidelis chriſti militū his armis fuerit munitus nō cuiuſque formidabit ꝑſonā: non terrore tēporis a certamine reuocabitur. Eia fratres certamen in promptu eſt: feruet opus: viget aduerſarius: ſpicula parat: iacere temptat: nemo expaueſcat. Plures ſunt nobiſcum quam cum illis. Nobiſcum eſt moyſes ille magnus amicus dei: qui vt hoſtē vinceret ꝑliantem: manus ad cęlū extēdit: iam tūc figurā crucis

Ps. 123.

1. Reg. 17.

B Ca. 2.

Pagani

Judei

Manichei

Sabelliani

Arriani

C Ca. 3.

Eph. 6.

4. Reg. 6.

Exo. 17.

Exo.14. oſtendit: ipſe diuino imperio tumentis pon
ti voluenti flexuoſis ſinibus vndas: vnius
virge percuſſu traijciendo populum aridos
interim vertit in campos. Nobiſcũ eſt ieſus
poſt moyſen dux populi iſraelitici fortiſſimᵘ
ꝓliator: cuius etiã nomen indicat nomẽ ſal
Joſue.10 uatoris: ipſe potẽtia ſua ⁊ diuina fiducia: diẽ
ſui curſus metas ne pageret ſtatuit: et nocti
ne accederet imperauit. Ipſe gentiũ reges
nõ ſingillatim ſed gradatim ſupauit: capti
uauit: humiliauit ⁊ occidit. Nobiſcũ eſt da
uid manu fortis: quid dicam? Seruus dei:
electus dei: amicus dei: parens dei: nouerat
Uir.ene.6. ⁊ bene nouerat non ſolũ parcere ſubiectis
ſed ⁊ debellare ſuperbos: Uerũetiã virtutes
oſtendere ⁊ patientiã cuſtodire. Ipſe inimi
cos ſuos cum pſequereꝛ non pnicioſus: ⁊ cũ
vinceret non extitit impius. Nobiſcũ ſunt
alij atꝫ alij viri: qui omnia futura ꝓuiderũt
et pdixerunt. Non eſt ergo qḋ nos terreat.
Tantũ expectate: audite et orate: intentioꝛ
⁊ auctioꝛ circa me veſtra ſit oratio. Non di
utius imoremur: iam que ꝓpoſuimus pro
D ſequamur. Quid dicis pagane? Deus inqs
Ca.4. ſi delectatus eſt filium: indiguit coniugio: ſi
horruit coniugiũ: ſolus eſt ſine filio. Quid
enim poterat inueniri ſimile deo qḋ cõiun
gereꝛ deo vt pareret filiũ deo? Deinde ſic di
citis. Si habet filiũ deus: iam non vnũ co
litis deũ. Quid agimus? Ab allophylo miſ
ſum excepimᵘ: qḋ remittimus? Quodlibet
miſerimus telum: licet pueniat ad illum: qḋ
prodeſt? Quare? Quia durus eſt: quia lapi
Pſ.113. deus: idola colit. Scriptum eſt enim: Simi
les illis ſunt omnes qui faciunt ea: ⁊ omnes
qui cõfidunt in eis. Sanctas ſcripturas nõ
accipit. Queramus ergo lapidem quo pcu
tiatur: vt pcuſſus quaſſeꝛ: quaſſatus cõmi
nuaꝛ: cõminutus in puluerẽ conuertaꝛ: con
uerſus in puluerem compluaꝛ: complutus
ſeraꝛ: ſatus faciat fructũ: non qui igne cõſu
E maꝛ: ſed qui i horreo recondaꝛ. Hermes qui
Ca.5. latine mercurius dicꝛ: ſcripſit librũ qui lo
goſchelios appellaꝛ: id eſt verbum pfectum:
magnũ nomẽ libri huius: quia magnus eſt
de quo ſcriptus eſt. Quid enim pfectius ver
Pſ.87. bo: qui ſolus eſt inter mortuos liber? Audi
amus quid loquaꝛ mercurius de verbo per
fecto. Dominus inquit ⁊ omniũ factoꝛ deo
rũ: ſcḋm fecit dominũ. Et poſt pauca vt oſtẽ
deret quid dixerit repetijt ⁊ dixit: Quoniã

ergo hunc fecit primũ ⁊ ſolum ⁊ vnum. Bo
nus autem ei viſus eſt ⁊ pleniſſimus omniũ
bonorũ. Quãtum pleniſſimᵘ iohãneo euan
geliſta dicat: De plenitudine eius omnes ac Joh.1.
cepimus gratiã pro gratia. Bonᵘ autẽ ei vi
ſus eſt: ⁊ pleniſſimus omniũ bonorũ. Et ſe
quiꝛ: Letatus eſt. Cui vel cum quo letatus
eſt? Et valde dilexit tanꝗ vnigenitũ ſuum
quẽ pmo factũ dixit: poſtea vnigenitũ appel
lauit. Item alio loco ſic dixit: Filius bñdicti
dei atꝫ bone volũtatis: cuius nomen non
poteſt humano ore narrari. Querebas pa
gane coniugẽ dei? Audi mercuriũ: para frõ
tem: excipe lapis lapidem: cade vt erigaris:
frangere vt cõfirmeris: deſtruere vt edifice
ris: ictus lapidis nõ cutem aperiat frontis:
non venam rumpat ſanguinis: nõ faciat fo
ueam vulneris: ſed ſignum faciat crucis. Cõ
iugem dei queris: abijciaꝛ ex corde tuo im
proba prauitas. Cõiunx dei: bona volũtas
eſt. Quomodo ⁊ pater ſit deus: ⁊ filiᵘ deus:
nec tamẽ duo dij ſed vnus deus: tecum diſ
putare non debeo: quia niſi credideris nul
latenus intelligere potueris. Tamẽ filiũ dei
dominũ fateꝛ mercurius. Hoc lapide pcuſ
ſus: lapideus deſinat eſſe ſacrilegus. Audia F
mus quid etiam ſibylla vates eorũdem di Ca.6.
cat. Alium inquit dedit deus filium homini
colendũ. Quãtum apparet in his ſententijs
mercurij ⁊ ſibylle: Sabellius etiã iudicatur.
Mercurius ⁊ patrem deũ dicit ⁊ filium: ⁊ ſi
bylla dicit aliũ: Sabellius dicit non alium:
quia eundẽ patrem aſſerit quẽ filium: Opti
mũ valde eſt ſi modo nõ vnũ tm̃: ſed etiã ad
quãtoſcũꝫ miſſus puenire potuit: aduerſa
rios hoc ictu pcutiamus. Item ſibylla dicit:
Ipſum tuum cognoſce deũ dei filium eſſe.
Verſus iſte ⁊ paganum increpat ⁊ iudeum.
Alio loco filiũ dei ſymbolum appellat: id eſt
conſilium vel conſiliariũ. Et pppheta dicit:
Vocabiꝛ nomẽ eius admirabilis: conſilia Eſa.9.
rius: deus fortis: pater futuri ſeculi. Hic ar
rianus arguiꝛ: qui cum dicat minorem dei fi
lium: dicit aliquãdo deũ non habuiſſe. Et ſi
fuit ſine filio: fuit ſine cõſilio. Ecce ad quãta
ꝓuocamur: ſed quia deus nunꝗ fuit ſine cõ
ſilio: etiam cõtradicente arriano: nunꝗ etiã
pater potuit eſſe ſine filio. Quid agis paga Pſ.57.
ne: Aperi aures: noli eſſe ſicut aſpis ſurda: ꝗ
obdurat aurem ne audiat vocẽ incantãtis.
Non tibi meos auctores pfero: tuus eſt mer

curius: cui⁹ inẗ deos tantus honoꝛ cultuſq́ꝫ
a vobis allatus eſt: vt eius noīe diē domini
vocaretis. Ipſum audi: ipſe te cōuincat: ipſe
expugnet: vt cum te vicerit: illi cedas et mi/
hi credas. Mercurius dixit: Dilexit de⁹ vni
genitū ſuū. Ipſe dixit: Filius benedicti dei
atq́ꝫ bonę volūtatis. Et ne de ei⁹ nomīe te/
dium interrogatiōis ſuſtineret: ſecutus ad/
iunxit: Cuius nomē nō poteſt humano oꝛe
narrari. Quid tu mercuri ab hominibus di/
cis nomē dei filij narrari non poſſe? A te nar
retur qui nō homo: ſed deus ab hominibus
eſtimeris. Loquiẗ autem ad filium ſuum di
cens: Eſt enim quis filij inenarrabilis ſermo
Joh.1. ſapientię ſpirituſſanctus: Nōne hoc eſt: In
pͥncipio erat verbū? Dic hermes: ſermo iſte
ſapientię habet matrē? Sequiẗ de ſolo deo:
Domin⁹ ē omniū dominātē deo moꝛtalib⁹.
Et quia ab hominib⁹ indagari non poteſt:
addit ꝛ dicit: ſuper homīes eſt. Nomen filij
dei narrare non poſſum: quia nō ſum deus:
dicant homines quaſi homines qđ nō ſum:
ego agnoſco qđ ſum. Sermo ſapiētię de ſo/
lo deo eſt. Nō ergo ibi pagane hūanū ſuſpi/
ceris aut fingas fuiſſe cōiugiū: de ſolo domi
no eſt: et ſup homīeꝫ eſt. Increpat te ſibylla
dicens: Ipſum tuū cognoſce dominū dei fi/
lium eſſe: ipſum non alium: non martē: non
iouem: non mercuriū: ſed quē confiteẗ mer/
curius. Quid miraris chꝛiſtiane q̄ talia de
Jacobi.2. patre ꝛ filio dicant? Et demones credunt et
cōtremiſcunt. Nempe in euangelio tranſeū/
Marci.1. te domino dicūt: Nouimus q̄ ſis filius dei:
veniſti ante tempus perdere nos. Utinam
quomō demones iudicem: ſic homīes agno/
G ſcerent ſaluatoꝛē. Quid dicit iudęus? Unus
Ca.7. eſt nobis deus pater: ipſum nō alium noui/
mus. Illum xp̄ quem dicitis chꝛiſtū: patres
noſtri non deū ſed hominē occiderūt. Nem/
pe hoc eſt qđ dixi: Utinā quomō demones
iudicem: ſic homines agnoſcerēt ſaluatoꝛē.
Ecce demones viderunt ꝛ tremuerūt: homi
nes viderunt ꝛ occiderūt. Demones cōfeſſi
ſunt: homīes pſecuti ſunt. Quę infęlicitas ꝛ
quāta miſeria imparē demonibus inueniri?
Item homīes credunt: demones ꝑeunt: ho/
Ps.76. mines ſananẗ: demones puniunẗ. Sed hec
īmutatio eſt dexterę excelſi: nō pſumptio ho
minis de ſuis viribus cōfidentis. Cōtra iſtū
iudęū nō laboꝛo: pugnent contra illum codi
ces ſui: pugnent lex ꝛ pphetę: ꝛ aut victus ꝛ

hūiliatus ſaluabiẗ: aut ſupbus ꝛ ptinax pu/
nieẗ. Dixit domin⁹ ad moyſen: Ecce ego mit/ Exo.23.
to angelū meū qui pcedat te: et cuſtodiat in
via ꝛ introducat in locū quē paraui: Obſer/
ua eum ꝛ audi vocem eius: nec cōtemnēdū
putes. Audiſti angelum: agnoſce dn̄m: Nec
cōtemnendū putes. Quare? Quia nō remit
tet cum peccaueris: ꝛ eſt nomen meū in illo.
Quis eſt ille magnus cui deus et poteſtatē
ſuam dedit ꝛ nomē? Domin⁹ virtutū ipſe eſt Ps.23.
rex glorię. Et vnde probamus qđ cum diciẗ H
angel⁹: debeat intelligi deus? In libꝛo qui Ca.8.
appellaẗ Geneſis. Venerūt inquit duo ange Gen̄.19.
li ſodomā veſpere: ſedente loth p foꝛibus ci/
uitatis: quos cum vidiſſet ſurrexit ꝛ iuit ob/
uiam eis. Quid plura? Suſcepit et obſecu/
tus eſt eis tanq́ꝫ pegrinis. Cōſuetudine ho/
ſpitalitatis liberatus eſt a piculo ciuitatis:
ꝛ tēpoꝛale euaſit incendiū: ꝛ ęternū cōſecut⁹
eſt pmiū. Diſcite chꝛiſtiani: ſine diſcretione
hoſpites ſuſcipere: ne foꝛte cui domū clauſe/
ritis: cui hūanitatē negaueritis ipſe ſit de⁹.
Nō ampli⁹ euagemur a ppoſita actiōe. An/
geli venerūt ad loth ꝛ dixerūt. Uidete ꝛ ad/
uertite: qꝛ angeli loqui dicūẗ. Quid dixerūt
angeli? Salua aīaꝫ tuā: noli reſpicē poſt ter/
gū. Hoc ſcriptū eſt ī euangelio: qꝛ nemo po/ Luce.9.
nens manū ſup aratrū ꝛ tergo reſpiciēs apt⁹
eſt regno dei. Neq́ꝫ ſtes in omni regione cir/
ca: terrenis nō inhęreas voluptatib⁹: ſed in
monte ſaluū te fac. Spes tua deus ſit: ne et
tu ſimul pereas cum ſodomis. Dixitq́ꝫ loth
ad eos. Uide hominē videntē nō cęcū: ſicut
iudęum et ſabellianū: Non lippientem: ſicut
arriani: ſed oculos ſanos habentē: ſicut ca/
tholici chꝛiſtiani: ꝛ angelos vidit ꝛ dominū
intellexit. Quid dixit angelis? Dixitq́ꝫ loth Gen̄.19.
ad eos: Domine ſi inuenit ſeruus tuus gra/
tiā ante te: ꝛ magnificaſti miſericoꝛdiā tuam
quā feciſti mecū vt ſaluares animā meam.
Magna res: cum volo iudęum ferire: ſicut
moyſes foꝛtiſſimus vir haſtam verbi ſui vi/
bꝛauit: ꝛ miſit vt p iudęum ad ſabellianum
tranſiret arrianūq́ꝫ percuteret. Quid agis
loth ſancte? Angelos vides: non vnum ſed
duos: ꝛ dicis domine: Ad vnum verbum fa
cis: vnum pꝛecaris: ꝛ nō metuis ne alteri in/
iuriam facere videaris? Abſit. Recedite ar/
riani: quia parum videtis: Ego video qđ vi
deo: nec cōtemno: nec erro. Duos video: ęq̄/
les video. Unū rogo: nulli iniuriā facio: qꝛ

patrem et filiū non diuido. Nam vt intelli-
gatis me nō falli cū duos tanq̄ vnū deꝑcor:
videte vtrū duo an vnus reſpondeāt. Pre-
cibus petijt vt in modica ciuitate et ꝓxima
refugiū haberet ⁊ viueret. Reſpōdet ei. Ui-
deamus quot ſunt qui reſpōdent. Uerba li-
bri ſubſequūtur. Dixitq̄ ad eū: quaſi reſpō-
ſio ſingularis. Adhuc ſequere: videamᵘ. Ec-
ce etiā in hoc ſuſcepi ꝑces tuas vt nō ſubuer
tā vrbem ꝓ qua locutus es. Feſtina ergo et
ſaluare ibi: q2 nō poſſū facere quicq̄ donec
ingrediaris illuc. Uide iudee: ⁊ dici angelū
⁊ eſſe deū. Audis arriane duos patrē ⁊ filiū
ꝓpter ſabellianos: ſed vnū patrē ⁊ filiū. Au-
di quid dictū eſt? Suſcepi ꝑces tuas. Audis
quid dicit? Non ſubuertā vrbē. Audis non
potero facere quicq̄? Ergo iudeus angelum
intelligat deum: ſabellianus legat duos ve-
niſſe: arrianus legat vnū reſpōdiſſe: ⁊ nō cō-
temnāt: ſed errorē fugiant: ne ad ignem eter
J nū ꝑueniant. Sed vt pleniᵘ oſtēdamᵘ dictū
Ca.9. angelū debere intelligi deū: huius lectionis
Geñ.19. ſequentia recitemus. Igitur inquit dñs pluit
ſup ſodomam ⁊ gomorrā ſulphur ⁊ ignem a
domino de celo. Quid eſt dñs a dño: niſi fi-
Pſ.109. lius a patre? Sicut et alio loco: Dixit domi-
nus domino meo ſede a dextris meis. Idē
pater filio dicit: Donec ponā inimicos tuos
Exo.3. ſcabellū pedum tuorū. Item in Exodo: Ap-
paruit moyſi angelus dñi in flāma ignis de
rubo: ⁊ vidit quoniam rubus ardebat igni:
rubus aūt non cremabatur: Et dixit moyſes:
Uadā ⁊ videbo hoc grande viſum q̄re non
crematur rubᵘ. Cū vidiſſet aūt dñs: q2 accedit
videre: vocauit eum dominᵘ de rubo. Ecce
angelus ipſe dñs. Et ſequitur dicēs: Moyſes
moyſes. Et ille dixit: Quid eſt dñe? Ait illi
dñs: Ne acceſſeris huc niſi ſolueris calciamē-
ta de pedibᵘ tuis: Locus enī in quo ſtas terra
ſancta eſt. Adhuc audi quid dixerit ei: Ego
ſum deus patrū tuorū: deus abrahā: deus
iſaac: deus iacob. Et ideo iudeus ſic legat
angelū vt intelligat deū ⁊ timeat dñm. Sa-
bellianus ſic ꝯfiteatur patrē vt nō neget filiū.
R Jeſus etiā naue ſicut liber dicit qui eius no
Ca.10. mine cōſcriptus eſt: Cum hoſtibus cū dimi-
caret: in ipſo cōſtitutus ꝓcinctu: vidit virū
ſtantē cōtra ſe ⁊ euaginatū tenentē gladiū:
Joſue.5. perrexitq̄ ad eum ⁊ ait: Noſter es an aduerſa-
riorū? Qui reſpondit nequaq̄: ſed ſum prin
ceps exercitᵘ dñi: ⁊ nūc adueni. Cecidit aūt
ieſus ꝓnus in terram ⁊ adorauit. Et nūc ſe-
quere iudee ducem tuū: videt: interrogat et
adorat. Uiſio cōionē habet. Uidet enī ⁊ qđ
agnoſcit ⁊ qđ nō cognoſcit: ergo viſio cōmu
nionē habet: interrogatio ignorationē: ado-
ratio fidem: quia videt hominem. Cuius eſt
homo iſte? Ipſe eſt cuiᵘ contra inimicas gen
tes ꝑnunciabatur: deſiderabatur: expectabatur
aduentus. Quis eſt princeps exercitus do-
mini? Nonne ipſe eſt qui in euangelio inter-
rogatus quis eſſet: Reſpondit: Principiū q̄ Joh.8.
et loquor vobis? Quid turbaris ieſu naue?
Quare fremuerūt gentes ⁊ populi meditati Pſ.2.
ſunt inania: aduerſus dominum ⁊ aduerſus
xp̄m eiᵘ? Uides armatū: noli metuere. Non
contra te venio ſed pro te: quia nō ſum miſ- Matth.15.
ſus niſi ad oues ꝑditas domus iſrael. Quid
eſt ieſus qđ vides: interrogas ⁊ adoras? Ho
minē video: interrogo quē video: audio nō
quem video: adoro non qđ video ſed quod
credo: Quia fides ex auditu: auditus autē Ro.10.
ꝑ verbū chriſti. Quid ergo queris? Aduerte
⁊ ſequere. Hominē video: ſed ꝑ filijs hoim
eſt qđ intelligo. Neſcio quid mihi coruſcat:
⁊ de latebris fulgidum ſplendet. Uadam ad
eū qui venit ad me: ſcrutabor qđ video: hoc
grande viſum quod video: ⁊ non eſt homo:
Immo ⁊ homo eſt ꝓpter manicheū: et plus
q̄ homo eſt ꝓpter iudeū. Perge ieſus meᵘ:
dux meus perge. Quare: niſi quia cum me
inquiris: me acquiris? Ecce venio: hominē
inueni: intus neſcio quid intelligo: obſcurū
eſt: nōdū video: tecta eſt facies moyſi vela- Exo.34.
mine: impedit aciē: latet veritas. Nō agno-
ſco qđ ſit: opus ē interrogatiōe. Dic tu hō: Joſue.5.
noſter es an aduerſariorū? Si aduerſariorū:
⁊ homo es: ⁊ inimicus es. Si noſter es: ⁊ hō
es: ⁊ ſaluator es. Poſt me venit: ſed ante me
factus ē. Si ſaluator es: ⁊ ieſus es. Interro-
get priorem poſterior: ſed tamē minor maio-
rem: interroget deficiens creſcentem: figura
interroget veritatem: vt luceſcat dies et re-
moueantur tenebre temporales. Ecce venio:
ſcio: ſpiritᵘ carnem ⁊ oſſa non habet. Adhuc Luc.24.
latet myſteriū. Interrogo virum: audio ver
bum: remoueo velum: adoro deum. In eo
q ieſus vidit nec cognoſcit: furioſam gentē
iudeorum ſignificabat: que ſi videns cogno 1.Cor.2.
uiſſet: nunq̄ dominū glorie crucifixiſſet. In
eo autem q audiendo credidit et adorauit:
iſtum ſignificabat populum de quo ſcriptū
eſt: Populus quem non cognoui ſeruiuit Pſ.17.
mihi: in obauditu auris obediuit mihi. Audi

R adhuc: Querebas deum genuiſſe filium:
Ca.11. audi qđ dicit pater ꝑ Eſaiã: Pater nũquid
Eſa.66. ego q̃ alios parere facio: ipſe nõ pariã dicit
dñs? Ergo ego qui generationes ceteris tri-
buo: nũquid ſterilis remanebo: dič dñs deꝰ
Ps.2. tuus? Cui dictũ eſt: Filius meus es tu: ego
hodie genui te. Quid me ſtimulas arriane ꝛ
rides: cum audis hodie? Apud deũ nunq̃
craſtinus: nunq̃ heſternus dies eſt: non ſuc-
cedẽtibus ac decedẽtibus tranſigitur menſis
diebus: non hore mutantur: non variantur tem-
pora vł momẽta vbi deus ẽ: nec termino in-
cluditur: nec initio inchoatur. Audiat adhuc iu-
deus per ꝓphetã quid adhuc dñs dicat: au-
diat arrianus: audiãt et oẽs qui filiũ dei aut
Eſa.45. nõ eſſe: aut eſſe minorem dicũt: Ego inquit
deus ꝛ nõ eſt alius. Et quid de filio dñe ſi tu
Ibi.5. ſolus es deus? Audi adhuc qd feſtinas? In
memetipſo iuraui. Ubi ẽ iuratio: nulla ẽ du-
bitatio. In memetipſo iuraui: Egredietur de
ore meo iuſticie verbũ. Ecce habes filiũ: egre-
dietur de ore meo verbũ ꝛ nõ reuertetur. Quid eſt
nõ reuertetur? Ne ſabellianꝰ dicat: ipſe ẽ pr̃ q̃
filius: egreſſum verbũ nõ reuertetur: qꝛ pater
pater eſt: filius filius. Sileat aliquãtulũ he-
reticorũ loquacitas: nullã habentes verecũ-
diam: impleãt domini ſententiã: et filio dei
aut nullus aduerſabitur: aut qui aduerſus ex-
titerit: cõfundetur. Egredietur inqt de ore meo
iuſticie verbũ et nõ reuertetur: qꝛ mihi curua-
bitur omne genu: et ꝑ me iurabit omĩs lingua
deo. Et filius quid? Audi ergo in dño dici:
Eſa.45. Mee ſunt ſumme iuſticie ꝛ imperiũ. Age ꝫ.
Et quid poſtea? Ad eũ venient ꝛ cõfundentur
omnes q̃ repugnãt ei. Ite nũc omĩs pagani:
heretici: iudei: aduerſarij et repugnate filio
M dei. Ad eum venietis ꝛ cõfundemi omĩs qui
Ca.12. repugnatis ei. Non parua de filio dei ſm di-
uinitatẽ locuti ſumꝰ: et reſiſtẽtibus inquãtũ
potuimꝰ aduerſarijs nõ pepercimꝰ: Nũc vo-
lo ad eius incarnatõez accedẽ: ꝛ manicheus
inſiſtit improbus. Quare? Quia dei filiũ nõ
vult dici etiã homĩs filiũ. Et vbi eſt qđ ſcri-
Eſa.45. ptum eſt: Rorate celi deſup ꝛ nubes pluant
iuſtũ: aperiatur terra ꝛ germiet ſaluatorẽ: ꝛ iu-
ſticia oriatur ſil: ego dñs creaui eũ. Itez: Ecce
Eſa.9. paruulꝰ natꝰ ẽ nobis: ꝛ filiꝰ datꝰ ẽ nob: ꝛ fa-
ctus ẽ ꝓncipatꝰ eiꝰ ſup hũeros eiꝰ: ꝛ vocabitur
nomẽ eius admirabilis: cõſiliariꝰ: deus for-
tis: pater futuri ſeculi: ꝓnceps pacis. Item:
Eſa.7. Ecce virgo cõcipiet in vtero ꝛ pariet filiũ: et
Matth.1. vocabitur nomen eius emanuel. Dicit aliqs:

Cum manicheo certare diſpoſueras non cũ
iudeo: Contra manicheũ noua tela ſunt ne-
ceſſaria: non antiqua: quia nouũ non vetus
accipit teſtamentũ. Sed mihi q̃ ꝯtra vtroſqꝫ
ſuſcepi certamẽ: vndiqꝫ arma ſunt neceſſa-
ria: maxime qꝛ iſta noua ex veteribꝰ fabrica-
ta ſunt: ergo nec illa abijcienda ꝛ iſta portan-
da ſunt. Diuerſis eñ telis diuerſi concidũtur
aduerſarij. Ordo itaqꝫ iſte ſeruandus eſt: vt
loquẽs de euãgelio nõ ſileã de ꝓphetis. Sꝫ N
ego inqt manicheꝰ: nec moyſen accipio nec Ca.13.
ꝓphas: Quid agis de paulo aplo: q̃ in exor-
dio epiſtole ſue ad Romanos ſcribens ait:
Paulus ſeruꝰ ieſu chriſti vocatꝰ aplus ſegre- Ro.1.
gatus in euangeliũ dei: qđ ante ꝓmiſerat ꝑ
ꝓphetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio
ſuo qui factus eſt ei ex ſemine dauid ſm car-
nẽ? Audis quia euangeliũ nõ exhiberetur niſi
ꝑ ꝓphetas antea ꝓmitteretur? Audis dei filiꝰ
quia ſm diuinitatẽ factus eſt filiꝰ homĩs ſm
carnẽ? Quid eſt eñ in quo ꝓphete contrarij
ſunt euãgelio? Dixit eñ ꝓpheta: Rorate ce- Eſa.45.
li deſup ꝛ nubes pluant iuſtũ. Ueniat ange-
lus ꝑdicet verbũ: apiatur terra: audiat maria:
germiet ſaluatorẽ: pariat ieſum. Propheta
dixit: Ecce virgo in vtero concipiet ꝛ pariet Eſa.7.
filiũ ꝛ vocabitur nomen eius emanuel. Hoc
etiã euãgeliſta cũ diceret: ſecutꝰ ẽ: ꝛ expoſuit
dicens: Nobiſcũ deus. Fruſtra manichee co- Matth.1.
naris aduerſari ꝓphis: Ecce aplus dicit: De Ro.1.
filio qui factus eſt ei de ſemine dauid ſm car
nem. Qđ ꝓphete ꝑuiderũt ꝛ ꝑdixerũt: hoc
apli viderũt ꝛ ꝑdicauerũt: Quia erat: factꝰ
eſt. Quid erat? quid factus eſt? Deus erat:
homo factus eſt: ſuſcepit humanitatẽ: non
amiſit deitatẽ: factus humilis: manſit ſubli-
mis: natus eſt hõ: nõ deſtitit eſſe deus: natꝰ
eſt paruus: latens magnus: q̃ libẽter ample-
ctitur deum natũ: nõ horret virginis partũ.
Dicit deꝰ creator homis: filius hois: Quid O
eſt qđ te ꝑmouet in mea natiuitate? Nõ ſum Ca.14.
libidinis cõceptus cupiditate: Ego matrem
de qua naſcerer feci: Ego viã meo itineri ꝑ-
paraui atqꝫ mũdaui. Hanc quã deſpicis ma-
nichee: mater ẽ mea: ſed manu fabricata eſt
mea: Si potui inquinari cũ eã facerẽ: potui
inquinari cũ ex ea naſcerer. Sič trãſitu meo
illiꝰ nõ eſt corrupta virginitas: ſic ꝛ mea non
eſt ibi maculata maieſtas. Si ſolis radius
cloacarũ ſordiciem deſiccare nouit: inquina-
ri nõ nouit: quãtomagis ſplendor lucis eter-
ne in quo nihil inquinamenti occurrit quo-

cũq; radiauerit mundare põt? Stulte: vnde
ſordes i virgine matre vbi nõ eſt cõcubitus
cũ homie patre? Unde ſordes in ea q̃ nec cõ-
cipiendo libidinẽ: nec pariẽdo eſt ꝑpeſſa do-
lorem? Unde ſordes in domo ad quã nullus
hoſpes acceſſerit? Solus ad eã dñs ⁊ fabri-
cator venit: veſtem quã nõ habebat induit
eam quã ſicut inuenit clauſã reliquit. Sicut
Pſ.87. ille nat⁹ eſt ſolus inter mortuos liber: ſic iſti⁹
ex qua natus eſt matris pudor ſolus eſt inte-
ger. Eua inobediens meruit pœnam: maria
Gen.3. obediendo cõſecuta eſt gratiã. Illa guſtauit
ꝓhibitum maledicta: hec credendo angelo eſt
Luce.1. benedicta. Illa nobis mortẽ cõtulit: hec vi-
tã nobis pepit. Quid agis manichee? Chri-
ſtianũ ꝓmis: nõ chriſtũ defendis. Taceat im-
mũda vanitas: q2 mũda nata eſt diuinitas.
P Uellem adhuc manicheũ ꝑſequi: ſed infeſtũ
Ca.15. patior arrianũ: qui cõfidit i virtute ſua: et in
abundantia diuitiarũ ſuarum gloriat. Jam
quidẽ cũ aliis reſpõderemus: nec ipſi tacui-
mus. Sed iam nũc ſeruato ipſi⁹ ordinis mõ
videamus q̃ ſpicula iaciat. Nulli⁹ terreat ꝑ-
Eſa.40. ſona potentis: oĩs caro fenũ. Uides quoti-
die fenum creſcere: vides florere: quid expa-
ueſcis? Tales fructus deſerta germiet terra:
agricolas nõ accuſo ſed q̃ro. Ubi mihi eſtis
o boni agricole? Quid agitis? Quare vaca-
tis? Uidetis quo malo iſta plena ſit terra?
hinc ſpine: hinc tribul⁹: hic fenũ ſurgit. Spi-
nas incẽdite ⁊ tribulos eradicate: fenũ ſeca-
te: noua ſemia ſpargite: nõ terreat hyems: ⁊
Matth.24. ſi abundat iniq̃tas: tñ ferueat vr̃a charitas.
Serite hyeme qd metiat eſtate. Sed quib⁹
dico? Ubi eſtis fontes lachrymarum? Quibus
agricolis loquor? Alii ſunt mortui: alii fuga-
Job.9. ti: Terra tradita eſt i manu impii: tribulatio
Pſ.59. ⁊ neceſſitas inuenerunt nos dñe. Da nobis
auxiliũ de tribulatiõe: vt ſalus hominis nõ ſit
Q vana ſed vera. Quid dicis arriane? Interro-
Ca.16. ganti q̃ſo reſpondeas. Nolo deſpicias par-
uulũ: nõ te grãdis forma iuuabit: nõ magna
1.Regū.17. ꝓtegunt arma: vni⁹ lapidis ictu frontẽ pe-
netrat galeatũ. Dic mihi ergo qd te interro-
go. Credis in deũ patrẽ omnipotentẽ? Cre-
do inquis. Credis in filiũ eius ieſum chriſtũ
deũ ⁊ dñm noſtrũ? Credo inq̃s. Credis deũ
Luce.1.et 2 ⁊ hoiem ieſũ xp̃m: cõceptũ de ſpũſãcto: natũ
ex virgine maria? Credo inquis. Bñfacis.
Adhuc interrogo: Sicut pat de⁹ eſt: ita ⁊ fi-
lius deus eſt: an ali⁹ eſt pater: alius fili⁹? Q̃
maxime equalis eſt patri filius? Equalis in-
quis. Quid reſtat? Ecce ad omnia q̃ inter-
rogaui reſpõdit. In eo q credere ſe dic deũ
patrẽ ⁊ deum filiũ: cõtrarius eſt mecũ paga-
no. In eo q chriſtũ deũ ⁊ hoiem cõceptũ de
ſpũſancto natũ ex virgine maria: mecũ eſt ꝯ
iudeũ ⁊ manicheũ. In eo q credit patrẽ et fi-
lium: mecũ eſt cõtra ſabellianũ. Age: ſi me-
cũ eſt in omnibus: quare litigamus? Si vna
nobis eſt hereditas: ſimul poſſideam⁹. Ecce Pſ.132.
q̃ bonum et q̃ iocundũ habitare fratres in
vnũ. Si bonum ⁊ iocundũ eſt habitare fra-
tres in vnum: que eſt noua fabrica ante mu-
rum? Simul ad cuſtodiã noſtre hereditatis
vigilemus. Ecce eñ hereditas mea ꝓclara: Pſ.15.
habemus inuidos: habem⁹ inimicos. Ipſi
poſſidere volunt: nõ nobiſcũ ſed cõtra nos.
Nemo ſibi vſurpet aliq̃d: hereditas iſta ſic
eſt nobis dimiſſa vt indiuiſa poſſideat: non
partib⁹ diſſipet. Simul colligam⁹ ne diuidẽ-
do ꝑdamus. Paupertas ſollicitũ me fecit:
rogo te noli foras ꝓter te colligere: ne incipi-
as ſpargere. Qui aũt nõ colligere vult ſpar-
git: quia ſi oblitus ſum cũ quo agebam: ſed
non ſum oblitus: interrogo arrianũ quẽ de-
ſidero eſſe catholicũ chriſtianũ. Dicit aliq̃s.
Ad oĩa que voluiſti reſpondit: in reſponſio-
nibus illius nihil inuenit aduerſum. Quid
amplius queris? Expecta frater: noli facile
iudicare: habeo adhuc qd interrogẽ: noli ci-
to te illi cõmittere: reſpõſio claret: virtus la-
tet. Quid dixiſti? Equalis eſt patri filius? R
Equalis inq̃s. Eia modo vigila: modo ma- Ca.17.
nifeſtat qd latebat. Quomõ dicis equalem
patri filiũ? Operatiõe an origine? Poteſta-
te an eternitate? An forte in vtroq;? Abſit
inquis. Operatiõe et poteſtate equalis eſt:
nõ eternitate: quõ eñ fieri poteſt vt genitus
ſit equalis ingenito? O adeſto i illo q mecũ
quaſi coheres ambulabat: dolus apparuit
qui latebat: mecũ poſſidere putabatur: vult
diuidere ſed non ꝑmitto. Prorſus reſiſto vt
teſtatoris volũtati in omnib⁹ pareat. Si q̃s
cõtra volũtatẽ teſtatoris facere voluerit: ca-
ret hereditate: ſed nõ ſilẽt leges ſub armis.
Ad hoc prorſus laborat: ad hoc pugnat vt
ſeruiat. Teſtamẽtũ ꝓfero: verba teſtatoris
recito: ſi eſt qd diuidat: ibi inuenio. Si nõ eſt
qd diuidat de ipo teſtamẽto: ibi reſiſto. Au-
di quid habet teſtamentũ. Pacẽ meã do vo- Job.14.
bis: pacẽ relinquo vobis. Hec eſt hereditas
qui eſt ipſe ſaluator. Lege teſtamentũ et in-
uenis. Cum ꝓpheta de domino loqueret ait:

Michee.5. Magnificabit᷑ vſqꝫ ad termios orbis terre:
Luce.2. ⁊ erit ipſe pax. Gloria in excelſis deo: ⁊ in ter
ra pax hominibꝰ bone volūtatis: nō diuiſo/
ribus ſancte vnitatis. Ipſe hereditas: ipſe
S teſtator: ipſum queris diuidere. Quid parti
Ca.18. ris vnū? Si vnū diuiſeris: integrū nihil ha/
bebis. O arriana hereſis: o crudelis et īpia:
3.Reg.3. Meretrix ne vnū viuum: ne vn decūqꝫ cōce/
ptū iāqꝫ ꝑtū ꝑderet: nō permiſit diuidi filiū
ſuū: ⁊ tu diuidis dn̄m deū tuū? Illa ⁊ ſi mere
trix tn̄ pia: q2 mat᷑: tu aūt et meretrix ⁊ īpia:
nō vt mater qđ pario ꝓfocas: qđ nō ꝑis con
gregas. Quomō alienū lactas: que tuū ne/
cas? Viſcera tua duruerūt: illiꝰ tremuerūt.
Quid dixit? Date illi puerū: ne diuidat᷑ eū:
filius eni meus eſt. Sed melius apud illam
gaudeo viuū: ꝙ diuiſū lugeā mortuū. Filiꝰ
meus eſt inqt: ſed prodero mater puero ſi vi
tā quā nō cōfero affero: volo illiꝰ crudeles a
ꝑuulo afferre vbera: o: ꝑ magis cogor iudicis
timere macherā. Date illi filiū meū: meus ē
natus: ſed migret ad illā totus: apud me ma
neat affectus. Date illi puerū: verūtamē nō
auferat᷑ vita membrorū: nō diuidat᷑ integri/
tas: mihi nō eripit᷑ pietas. Quid dixit: Da/
te illi puerū nolite diuidere eū? Ecce ego di/
co: totū poſſide et noli diuidere hereditatē.
Sine ꝓiudicio quomō habeo diuidere: Pa/
ter maior ē: filiꝰ minor? O partes: o iuſticia:
o eqtas. Vna pars maior ē: alia minor. Nō
cōſentio: non facio partē: non diuido pacē.
Si enim facta fuerit pax: iā non eſt pax: ſed
quomō apud te pax illibata eē poteſt apud
quē fides integra nō eſt? Quare? Quis me/
cū nōvis poſſidere: hereditatē nō potes ob/
T tinere. Poſtremo ſi mortuo nō parcis: ꝑ ꝓſi/
Ca.19. die ſtudes: vade interpella iudicē: videamꝰ
quid tibi dicturus eſt. Habes iudicē ordina/
riū: nolo mihi adductas ex diuerſis partibꝰ
alias atqꝫ alias poteſtates. Nō mihi armi/
ger ſed legifer neceſſariꝰ eſt: ⁊ vbi inqſitū in/
uenio. Vbi autē eū inuenies? Audi ꝓphetā
Eſa.33. dicentē: Dominꝰ iudex noſter: dominꝰ legi/
fer nr̄. Nec cōtemnēdū iudicem putes: audi
Abi.s. qđ ſequit᷑: Dn̄s rex noſter: dn̄s ipſe ſaluabit
nos. Ecce habes iudicē. Si pax eſt: ⁊ rex no
ſter ante te eſt? Sic eſt in celo vt non deſerat
Hiere.23. terrā? Celū inqt et trā ego impleo. Vobiſcū
Matth.28. ſum omnibꝰ diebꝰ vſqꝫ ad cōſūmationē ſecu
li. Nobiſcū eſt: ⁊ cū patre eſt: q2 nec patrē di/
miſit cū ad nos deſcēdit: nec nos deſeruit cū
ad patrē aſcendit. Ipſum interpella: ipſi dic

dn̄o: dic fratri meo vt diuidat mecū heredi/ Luce.12
tatē. Audi riſum diuinū: audi iudicē iuſtū:
audi pacē: fugientē litē: quid ait? Amice qs
me conſtituit iudicē aut diuiſorē inter vos?
Vis diuidere pacē ⁊ queris adire iudicē pa/
cem? Iudex tuus nolo eſſe: Ego pax ſum: li/
tigare nō noui: ꝯſentiētibꝰ aſſideo: litigātes
fugio. Si tu cū eſſes inimicꝰ patri meo recō/
ciliaui te ꝑ me: quomō ergo a patre ſepabis
me? Ego cū eſſes longe veni vt reducerē te:
Cū inter mōtes ⁊ ſiluas errares: qſiui te: Int᷑
lapides ⁊ ligna inueni te: in lapidibus offen
debas: ipſis adherebas: q2 ligna et lapides
adorabas. Et ne luporū ferarūqꝫ auido ore la
niareris colligi te: humeris meis portaui te:
patri meo reddidi te: laboraui: ſudaui: ca/ Matth.26. et.27.
put meū ſpinis ſuppoſui: manꝰ meas clauis
obieci: lancea latus meū aperuit: quātis nō Job.19.
dicā iniurijs ſed ⁊ aſꝑitatibꝰ laceratꝰ ſū: ſan/
guinē meum fudi: animā meā poſui vt mihi
cōiungerē te ⁊ tu diuidis me. Audi qđ reſpō V
deat diſcipulo qui filiū nouerat ⁊ patrē q̄re/ Ca.20.
bat. Ait philippꝰ dn̄o: Dn̄e oſtēde nobis pa/ Joh.14.
trē ⁊ ſufficit nobis. Nūquid nō ⁊ ipſe filiū ſe/
paruit a patre? Iā te inqt nouimꝰ: patrē tuū
nō nouimꝰ. Et quid vis? Oſtēde nobis pa/
trē ⁊ ſufficit nobis. Et dn̄s ad eū: Si velis ⁊
tu arriane audire cum aplo erraſti: redi cum
aplo. Sit illiꝰ obiurgatio: etiā tua curatio.
Quid ait dn̄s? Tanto tp̄e inqt vobiſcū ſum Abi.s.
⁊ nō cognouiſti me: Philippe ego veni patri
meo te applicare: et tu noli me ſepare. Quid
queris qſi alterum ꝓter me? Qui me videt:
videt ⁊ patrē: tanta in nobis eſt vnitas: tan
ta ſimilitudo: tanta charitas: et ego in patre
⁊ pater in me. Sentio ſabelliane quid muſſi/
tas: aut in arriano me cōcludere: aut ab arri
ano auocare feſtinas: ſed in noīe patris ⁊ fi/
lij ⁊ ſpūſſancti: nō triū ſed vniꝰ dei: cū illi re/
ſpōdeo te nō ꝓtereo. Quid dixit dn̄o? Qui
me videt: videt ⁊ patrē. Nūquid dixit: Ego
ſum filꝰ ⁊ pater? Sed dixit: Ego in patre et
pater in me: q me videt: videt ⁊ patrē. Vniꝰ
ſbe qui dicit: ⁊ patrē diſcernit ⁊ filiū: teqꝫ de/
mōſtrat nec patrē habere nec filiū. Dic mihi X
arriane patrē dicis deū: ⁊ maxime qđ filiū? Ca.21.
Ipſum quoqꝫ deum ꝯfiteor: bene agnoſcis:
q2 cū ꝓnūciaret᷑ in carne venturꝰ: de ipſo ꝓ
pheta dixit: Dicite puſillanimes: ꝯfortamini: Eſa.35.
nolite timere: ecce deus noſter vltionē addu
cet retributionis: deꝰ ipſe veniet et ſaluabit
nos. Agnoſce in eo qđ te agnoſcere dicis:

pphete nõ aduersaris. Quid ergo dicis de
patre? Deus est. Quid filius? Deus est. Co/
etern⁹ est patri filius? Non ergo erat tẽpus
qñ nõ erat fili⁹ fm te. Si ẽ tẽpus qñ nõ erat
filius: ergo fuit temp⁹ qḋ non fecit filius: Si
fuit tempus qḋ nõ fecit filius: nõ oĩa p ipsũ
facta sunt. Jam eñ erat temp⁹ qñ nõ erat fi/
lius. Si erat temp⁹ qñ nõ erat tempus: Jo/
hannes euãgelista non debuerat dicere: In
Joh.1. pncipio erat verbũ: sed in pncipio erat tem/
pus. Johannes dicit: Oĩa p ipm facta sunt:
Et arrian⁹ contradicit. Dic arriane: Vñ scis
quia erat tẽpus qñ non erat filius? An forte
dictur⁹ es: ⁊ iohãnes vnde scit: qz in pncipio
Joh.13. erat verbũ? Quia sup pect⁹ dñi discũbebat:
⁊ inde hauriebat qḋ in conuiuio christi bibe/
bat: qz in pncipio erat verbũ. Tamẽ dic mi/
hi: qñ in pncipio erat verbũ: vel qñ iohãnes
sup pectus dñi discũbebat: ⁊ a verbo domi/
ni discebat: qz verbũ erat in pncipio: et vbũ
deus erat: arrius vbi erat? Nescio si audes
dicere: ibi erat. Notum est enim et legit quo
tẽpore natus est: meritoqz sit damnat⁹. No/
tũ est etiã quomõ mortuus fuerit: ideo non
audes dicere de arrio: sicut de verbo ⁊ fuit ⁊
est: qui nec tũc fuit arrius: nec mõ est. Sz vt i
y omnib⁹ excludat arrian⁹: audi quid p salo/
Ca.22. monẽ dicat. Dñs fecit regiones ⁊ fines inha
Prouer.8. bitabiles sb celo. Cũ pararet celũ aderam illi.
Et post pauca: Erã ego apud illũ cũcta dis/
ponẽs. Ego erã qñ faciebat fortia fundamẽ
ta tre. Ego erã cui aggaudebat. Sz dicis de
tpe agit: vtrũ fuerit fili⁹ anteqz esset temp⁹?
Audi ipsuz p pphetã dicentẽ. Ex tempore:
Ex tẽpore inquit: Quid est ex tpe? Nũquid
ex quo esse tempus cepit? Nõ sic impie arria
ne: nõ sic: sed ex tpe anteqz fieret tempus ibi
erat. Quere iaz qñ nõ erat: In pncipio erat
verbũ. Melius ⁊ greci dicũt logos. Logos
quippe verbũ significat et ratiõẽ. Vides ẽ
qz semp erat ḋ quo tu audes dicere: nõ erat.
Aut si dicis deum aliqñ sine verbo aut sine
ratiõe fuisse: iam non filio tm̃ sed ⁊ patri ad/
Eccli.24. uersari⁹ eris. Ego inquit ex ore altissimi p/
dij: quis dicit verbũ ⁊ verbũ: ergo verbũ: et
cui⁹ erat verbũ? Nõ duo sed vnũ sunt. Non
inquit: quia verbũ posteri⁹ est eo cui⁹ ẽ ver/
bum: vnde apparet filiuz esse minorẽ: negas
itaqz filiũ esse deũ. Nõ nego inqs: ⁊ patrem
deũ dico ⁊ filiũ deũ: sed patrẽ maiorẽ: filium
minorẽ. Audiu pater maior: fili⁹ minor? Dic
mihi: qui video te calculari velle eternitatez:
quot annis pcedit deus pater filium suum?
Ubi diẽ natiuitatis filij dei legisti? Filij di/
co: nõ dico filij dei ⁊ hominis. Ubi ergo diem
natiuitatis legisti? Cum quo mathematicis
creationis syderũ cõstellationẽ quesisti atqz
tractasti? Que tempora: quas horas: q̃ mo/
menta: quos numeros: quas minutas mo/
mentorũ natiuitatis illi⁹ qui ea cõdidit col/
legisti? Quiescat ergo heretica non religio s
supstitio: de christi initio deficit calculatis.
Quia cum audit: sine initio eternitas: nulla
ibi querit etas. Si pater deus: et filius de⁹: Z
Pater maior: filius minor: iam nõ vn⁹ deus Ca.43.
sed duo dij. Quid est ẽ qḋ dicit dñs p pphe
tam: Ante me nõ ẽ format⁹ deus: et post me Esa.43.
nõ erit? Quid dicis arriane? Cui istas depu/
tas voces? Si patris sunt: dicẽdo: Ante me
nõ est formatus deus: et post me nõ est ali⁹:
aut ipse pater nõ erit: aut filius nõ erit de⁹.
Si eñ hoc diceret: Ante me non est format⁹
de⁹: nec adderet: post me nõ erit: liberũ tibi
erat hec verba patri tm̃modo applicare: Cũ
aũt sequit ⁊ dicit: Post me nõ erit: fm te vt
dixit: ⁊ se patrẽ ⁊ filiũ negat deũ. Item si fi/
lij sunt hec verba: patrẽ suũ ⁊ deum negat ⁊
patrẽ. Si eñ non diceret: ante: s tm̃ diceret:
post me nõ erit: posset forsitan dici filiũ illud
fuisse locutũ. Nõ autẽ cũ dicit: Ante me nõ
est format⁹ deus: ⁊ post me nõ erit: patrẽ suũ
nec deũ dicit esse nec patrẽ. Itẽ si patris sũt
hec verba: quis dicit: cui dicit: Filius meus Ps.2.
es tu: ego hodie genui te? An forte qḋ absit
mendacio arguẽdus est de⁹? Sed si filij ver/
ba sunt: quis dicit: cui dicit: Pater me⁹ vsqz Joh.5
mõ opat? An forte ⁊ iniuriosus patri iudicã/
dus est ⁊ ingratus? Sed nũquid ingrato di/
ceret: Postula a me ⁊ dabo tibi gẽtes heredi Ps.2.
tatẽ tuã ⁊ possessiõẽ tuam terminos terre?
An forte pphetã: aut quid diceret: nesciuit:
aut fallere voluit: aut vt miti⁹ aliquid de p/
phetis dicam⁹ finxisse credo sibi duos cõfa/
bulãtes: id patrẽ dicentẽ: ⁊ filiũ patrẽ: Ante
me nõ est formatus deus: adiũxit filius dicẽ
do: Et post me nõ erit. Humana sunt q̃ agi/ &
mus: an diuina? Prochdolor: parce: parce Ca.24.
heretica impietas. Luz tu deum nõ capias:
nos quoqz ad blasphemiã puocas. Nõ hoc
docet sancta ecclesia. Pater: pater est: filius
filius est: ⁊ ille nũqz nõ fuit pater: ⁊ iste nũqz
nõ fuit filius: ambo eterni: nec ceperũt esse:
nec desserunt: qḋ pater loquit filius loquit:
qui vbũ patris ẽ: et qḋ fili⁹ loquit pat loquit

Joh.14. quia pater verbi eſt. Ipſum verbū dicit: Ver-
ba q̄ ego loquor a meipſo non loquor. Cōce-
dite q̄ſo creatori: et in creatura ſi poteſtis ca-
pite creatorē. Ecce ignis et ſplēdor: duo ſūt:
alter ex altero: nec ſine altero alter ē. Ignis
pater: ſplendor filius. Ipſe ſi poſſit dicit: qđ
luceo nō a meipſo luceo: ſed q̄ me miſit ipſe
mihi dedit vt luceā. Ignis em̄ ſplēdorē mit
Joh.16. tit: et ſic filius de pr̄e dicit: pater mecū eſt: ita et
ſplēdor dicere pōt: ignis mecū eſt. Extingue
ignē: ſplēdor nuſq̄ parebit. Iſte ergo ignis pr̄ et
ſplēdor filius: vnus ſine cōiuge pr̄: alius ſine m̄re
filius. Nec diuidi alter ab altero pōt: et cū ſit alter
ex altero: initiū tn̄ alterius eſſe non pōt ſine
altero. Hoc em̄ poſſe a creatore tributū ē cre-
aturę. Quid pōt ipſe creator? Accedat paga-
nus: accedat ſabellianus: videat arrianus. Vi-
deāt qđ in deo videre nō poſſunt. Nō facio
iniuriā ſi aliqua pretanti creatoris cupiens
oſtēdere poteſtatē: ignis ſiue lucernę offerā
Ps.118. ante illū ſimilitudinē. Scriptū eſt em̄: Lucerna
pedibus meis verbū tuū dn̄e: et lumē ſemitis
Deut.4. meis. Et de deo dictū eſt: Ignis cōſumens.
Accedite ergo et lucernā diligēter cōſiderate: ve-
ſtraſq̄ fatuas tenebras remouete. Paganus
intueatur ſine cōiugio eſſe patrē: et ſi cęcus nō
es diſce filium: et ibi vide: inter ignē et ſplen-
dorē q̄re mediū: ſi nullū eſt mediū: nullū eſt
coniugiū. Noli velle ſcrutari mediū: ne ma-
gnū patiaris incendiū. Accedat ſabellianus
videat duos i vnū: ignē et ſplēdorē. Nūquid
nō recte dicē pōt ſplēdor: ego in igne et ignis
Joh.14. in me: ſic et filius dicit: Ego in patre: et pater in
me? Accedat arrianus: videat et ipſe alterū ex
altero: nec tn̄ naſci poſſe alterū ſine altero:
Nemo eorum prior: nemo poſterior. Coęui ſunt
pr̄ et filius: ſplēdor et ignis. Nec ignis ſine ſplē
dore: nec ſplēdor ſine igne. Aut certe ſi pla-
cet mitte manū: diuide alterū ex altero: oſtē-
de mihi ignē ſine ſplēdore: vel ſplendorē ſine
igne. Abſit: abſit: ardere tm̄ modo poterit: ſepa-
re alterū ab altero nō poteris. Sic em̄ ignis
et ſplēdor alter ex altero eſt: nec eſſe alter ſine
altero pōt. Nō illis ortus qui nō eſt: ſed ęterni-
tas vna eſt: vna ſubſtantia. Ignis et ſplēdor tpa-
les ſunt: pater aūt et filius ęterni ſūt. Sūt dico q̄
patrē et filiū deū dico: dualitas in prole: vni-
tas in deitate. Alterū facit vnius natiuitas: ſed
vnū oſtēdit eſſe diuinitas. Cū dico filius: alter
ē. Cū dico deus: vnus ē. Alius ē: quia filius ē. Aliud
quidē non eſt: quia deus eſt. Erubeſcite arriani:
Tunicā hominis iā iudicati in cruce pendētis

carnifices pilati non ſunt auſi cōſcindere: et Joh.19.
vos conami charitatem dei in cęlo ſedētis:
imo deū ipſā charitatē diuidere? Sed cona-
mini quātum poteſtis: vos iam in infernū
ruiſtis: nā illā tunicā nunq̄ rupiſtis. Item per
prophetiā dn̄o dicit: Nō ē vltra abſq̄ me deus. Eſa.45.
Deus iuſtus et ſaluās nō eſt p̄ter me. Hic ſa- Eſa.45.
bellianus exultat: Vt em̄ vnū eundēq̄ patrē
oſtēdat et filiū: talibus ſe teſtimoniis credit mu-
niri. Et cōtra arriani vt probēt aliū eſſe patrē
alterū filiū: alia proferūt teſtimonia in quibus di
cāt: Alter eſt pater: alter ē filius: alter maior:
alter minor: vt pr̄ dicat filio: Dedi te in lucē Eſa.42.
gentiū: Et filius dicat: Pr̄ miſit me: quātū in- Joh.8.
telligo: lucē iſtā gentiū cōprehendē nō valēt
atq̄ perſpicere: vnde cęcati nō mecū poſſunt
ambulare: ſed potius oberrare. Arrianus aliud:
ſabellianus aliud. Quale bellū? Quid ad hęc
catholicus? Arma inquit q̄ portāt mea ſūt: mi
hi militant ambo: cōtra ſe pugnāt: ſed pro me
vtināq̄ ambo deficiant: et nō alter ad alterum
trāſeat. ſed ad me properēt: et ego aliqđ vnde
AA
vtriq̄ percutiantur proferā. Tu arriane dicis ma- Eſa.26.
iorē eē qui mittit: minorē q̄ mittitur. Interro-
go te et ego: quis eſt maior: cui p̄paratur aliqđ
venienti: an q̄ p̄parat? Cui exhibetur officiū an
qui exhibet? Vtiq̄ ſi hoīm genus interroges:
reſpōdebit illū eſſe maiorē cui p̄paratur. Tu aūt
inde vis probare minorē filiū: quia miſſus ē: et
ego oſtendā eū qui miſit p̄cedere illū quem
miſit: nec vnū dico eorum maiorē: quia nō au-
deo dicere vel minorē. Eſaias propheta dicit:
Hęc dicit dn̄s chriſto dn̄o meo: cuius apprehē- Eſa.45
di dexterā: vt ſubiiciā ante faciē eius gētes.
Ecce iam filio miſſo quō p̄curſor ē pr̄. Adhuc
ſeq̄re: Et dorſa regū vertā: et aperiā corā eo
ianuas: et portę nō claudentur. Ecce ille q̄ mi-
ſerat precurſor factus eſt. Quis enim: maior
aut ſuperior: ante minorē ianuas aperit: vel
quomō fiet niſi paululū p̄ceſſerit? Audi ad
huc: Et porte inquit nō claudentur. Quomō?
Ego ante te ibo. Audis quia q̄ miſerat et comi-
tatur et p̄cedit: qui mittitur nō diſcedit. Iam tu
diſcerne q̄ ſit maior: q̄ potior: ego em̄ nullā
diſcretionē video: ſed potius ęqualitatē cō-
ſpicio. Filius dicit de patre: Miſit me. Pater
filio dicit: Ego ante te ibo. Recedit de medio
diſcordioſa calamitas: ęqlitas hic exhibet nō
diſparilitas. Adhuc ſequere vt clarius appa
reat quis cui dicat: Ego ante te ibo: et glorioſos
terre humiliabo. Hic eſto et tu pagane. Audi qđ
dicat propheta: Nō mihi ego qđ volui ſcripſi:

Codex in quo hec ſcripta ſunt i armario iu-
dei habet. Inimicus meᵒ teſtis meᵒ: ab ipſo
Eſa.45. quere: Api lege ⁊ crede. Dorſa inqt regū ver
tā: ⁊ glorioſos tre hūiliabo. Nōne reges tre
vides: q ante pſequebant chriſtianos: nunc
integros eſſe chriſtianos? Nōne vides eos q
hūiliabāt eccliā: hūiles introire i eccliā? Nō-
ne ipſos hre defenſores: qs ante habuit pſe-
cutores? Ego inqt ante te ibo ⁊ glioſos terre
hūiliabo. Portas ereas cōterā: ⁊ vectes fer-
reos ꝯfringā. Et dabo tibi theſauros abſcō-
ditos ⁊ arcana ſecretoꝝ: vt ſcias qꝛ ego ſum
deᵒ: q voco nomē meū qm deᵒ iſrl. Audiat ſa
bellianᵒ. Deᵒ dic: hō dic. Audiat ⁊ arrianᵒ:
Abi.5. BB Ego deᵒ ⁊ nō eſt aliᵒ extra me. Diu ē ex quo
Ca.17. ꝯtra iſtas duas hereſes certādo laboro: ⁊ pe
ne ſū fatigatᵒ: Ueni dñe meᵒ ieſu ꝑliator for
tiſſime: pnceps exercitᵒ dñi: q diabolū viciſti
Ps.34. ⁊ ſeculū: Apprehēde arma ⁊ ſcutū: ⁊ exurge i
adiutoriū mihi. Proceſſurᵒ ad ꝑliū ⁊ victurᵒ
in mūdo mūdū: orauit: nō tanq̄ ꝟtutis im-
potens: ſ vt nobis ꝑpter qd venerat hūili-
Ioh.17. tatio miniſteriū exhiberet. Et qd dixit? Pr
clarifica filiū tuū. Nō arrianᵒ dicit: Uides
qꝛ minor eſt: ⁊ claritatē nō hret niſi patrē pe-
tiſſet? Expecta hō: quid feſtinas: tu hominē
Ps.8. vides: in q forma nō ſolū patri: ſ ⁊ angelis
minor ē: hō paret: deus latet. Tu mihi oſtē-
dis hoīem hūilē: api oculos ⁊ vide deū ſubli
mē: nō angelis minorē ſ pri coequalē. Pat
inqt filiū tuū clarifica: ecce minorē. Adhuc
ſeqre: Ut et filiᵒ tuᵒ clarificet te: ecce equalē.
CC Inuenimᵒ filiū agnoſcentē patrē atq oran-
Ca.28. tē eiq cōiunctū nō vt putabat ingratū. Ui-
Matth.17. deamᵒ qd de filio dicat ⁊ pr: Aſſumpſit ieſus
petrū ⁊ iacobū ⁊ iohannē fratrē eiᵒ: euāgelij
verba ſunt: ⁊ duxit illos in montē excelſum
ſeorſū: ⁊ trāſfiguratᵒ ē ante eos: Et reſplen
duit facies eiᵒ ſicut ſol: veſtimēta aūt eiᵒ fa-
cta ſunt alba ſicut nix. Ecce apparuit illis moy-
ſes ⁊ helias cū eo loquentes. Qui ſunt moy
ſes ⁊ helias: niſi lex ⁊ ꝓphete? Loqbant cū
illo: qꝛ locuti erāt de illo: oſtēdebāt q ꝑdixe-
rāt: manifeſtabāt q ꝓphetauerāt. Loqbāt.
Putas qd loqbant? Ut iudei cōuincerent:
pagani cōuerterent: manichei cōfunderent:
heretici cōprimerent: catholici cōfirmarent.
Loqbat lex ⁊ grā: lenitas ⁊ aſpitas: terror et
māſuetudo: ꝑceptū ⁊ adiutoriū: ferramētū
⁊ medicᵒ: vmbra ⁊ lux: ꝑco ⁊ iudex: ſentētia ⁊
miſcdia. Et quid poſtea? Reſpōdens petrᵒ
Abi.3. dixit ad ieſū: Dñe bonū eſt nobis hic eſſe: ſi
vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnū:
moyſi vnū: ⁊ helie vnum. Quid dicis ſancte
petre? Mūdus ꝑturit ⁊ tu ſecretū petis? Ui
deo tot gentes in vnū cōueniſſe et tu requiē
qris? Uides tenebras mūdi: ⁊ tu lumen ab- Luc.11.
ſcōdis? Nemo accēdit lucernā ⁊ ponit eā ſub
modio ſed ſup candelabrū vt luceat omnibᵒ
qui in domo ſunt. Iſta domᵒ totᵒ ē mūdus:
lucerne accēſio: vbi incarnatio: candelabrū
aūt crucis eſt lignū: lucerna in candelabro
lucens chriſtᵒ in cruce pendēs. Nemo accēdit Matth.5.
lucernā ⁊ ponit eā ſub modio: ſ ſup candela
brū vt luceat omnibᵒ q in domo ſūt. Uides
tu: videamᵒ ⁊ nos: Tenebre ſūt nō offenda-
mus in paganis: nō erremᵒ cū hereticis: lu-
ceat nobis lucerna: doceat nos verbū in car
ne. Uideamᵒ qd dicit euāgeliſta: videamᵒ ſi DD
admiſſū eſt cōſiliū petri. Adhuc inqt eo lo- Ca.29.
quēte: ecce nubes lucida obūbrauit eos: Et Matth.17.
ecce vox de nube dicēs. Oēs audiamᵒ: ne-
mo aures claudat. Audiāt pagani irriſores:
audiāt iudei pſecutores: audiāt manichei fā
taſma ſomniātes: audiāt heretici erronei liti
gatores: audiāt ⁊ maxīe audiāt etiā catholici
fideles dei cultores. Iſti audiāt ne ſeducāt:
illi vt puniant. Quid dicit vox d nube: Hic Abi.5.
eſt filiᵒ meus dilectᵒ in quo mihi cōplacuit:
Ubi eſtis q aduerſamini filio dei? Pr dic: Hic
eſt filiᵒ meᵒ: ⁊ tu dicis nō habet filiū deᵒ. Tu
pagane quid ſtas foras ⁊ murmuras? Intra
huc in ſcholā dei: api aures cordis tui: audi
vocē dñi tui ⁊ diſce filiū dei. Quo fugietis iu-
dei qui occidiſtis filiū dei? Quo fugietis: vbi
vos abſcōdetis? Qui mōtes: q petre ſup vos
caſure ſūt? Et ſi i cauernis petrarū vos abſ-
cōderitis: inde extrahā vos dic dñs. Sed et
vos venite: intrate: cōſiliū meū audite: de-
ſperare nolite: qm ſūt reliqe homi pacifico. Ps.36.
Sequiſtis: occidiſtis: ſanguinē chriſti fudiſtis:
increduli fuiſtis: in piculo poſiti eſtis: Quid
facere nūc habetis: niſi vt credētes baptize-
mini ⁊ viuatis? Sanguinē quē fudiſtis nō ē
qd horreatis: Fuſus eſt ſanguis medici: factᵒ
eſt medicamētū freneticis. Quid dubitatis?
Guſtate ⁊ videte qm ſuauis ē dñs. Quid tu Ps.33.
manichee: q̄diu fantaſma ſomniaberis? Ui
gila ⁊ vide: nubila tonāt. Quid tonāt? Hic Matth.17.
eſt filiᵒ meus dilectᵒ. Uide i terra hoīem ve-
rū: audi de celo deū verū. Uide i tra hominis
filiū: audi de celo dei eſſe filiū. Utrūq verū
eſſe cognoſce: id ē deū ⁊ hoiem: filiū dei ⁊ fi-
lium hominis: vnū eundēq eſſe deū ⁊ hoiem.

Agnoſce hominē: et placabis deū. Caue ne offendas in petra: ne mortis patiaris ruinā: qr qđ tu ſomniaris vanitas eſt: qđ deus tonat veritas ē. Audi tu ſabelliane: audi de celo patrē: vide in terrā filiū: ꝛ noli dicere idez pr̄ q̄ fili⁹. Audi ꝛ tu arriane: ꝛ in pr̄e ꝛ in filio noli errare: ſ ſeq̄re vnitatē: ꝛ vide diuinitatē. Dñe audiuim⁹: q̄d dicꝫ de filio tuo: Hic ē fili⁹ me⁹ dilect⁹ in q̄ mihi cōplacuit. Et quid aliud: Ipm audite. Gr̄as tibi de⁹ eterna virt⁹: gr̄as tibi pr̄ omps: qui ꝛ filiū tuā oſtēdiſti: ꝛ mihi doctorē dediſti. Recedat ſabellianus: recedat arrian⁹: recedāt cetere peſtes: recedat iniq̄ doctrina. Doceat deus: nō iniqu⁹ arria
EE nuo: doceat dei fili⁹: non aduerſarij fili⁹. Dic
Ca.30. dñe me⁹ ieſus: doce: diſcā. Quid doceā: Sabellian⁹ dicit: ipſe eſt pr̄ q̄ fili⁹. Arrian⁹ dicit: aliud pr̄: ali⁹ fili⁹: pater maior: fili⁹ minor: aduerſaꝛ: clamat: litigat: ꝯ chriſtū dimicat. Ille ſāguinē fudit vt redimat: tu pecuniā ſpargis vt pimas: Speluncā fabricat: illic catholicū ꝓuocat: chriſtianū vocat paganū: baptizato ingerit baptiſmū: ꝯtra id qđ ſcriptū ē:
Joh.13. Qui ſemel lot⁹ ē: nō indiget denuo lauari. Clamat hō chriſtian⁹ ſū: q̄d me dicis eſſe qđ nō ſū: Clamat fidelis ſum: ꝛ ille dicit: accipe aurū. Quid das aut q̄d auferſ: Das pecuniā vt auferas gratiā: das p̄cium vt auferas qđ empt⁹ ſū. Quid emis ab empto: Preciū meū nō auꝝ ſ ſanguis xp̄i ē: nō me seducis: nō me decipis: quātūcūq̄ mihi cōferas: nō
Actꝫ.8. mihi tollis p̄ciū meū: Pecunia tua tecū ſit ī pditiōe. Nā p̄ciū meū nō habet eſtimatōez. Clamat hō: fidelis ſū ꝛ exufflaꝛ: clamat: i nomine pr̄is ꝛ filij baptizat⁹ ſū: ꝛ tu irritū facꝫ. Quid ḡ chriſtiano reſeruas: in q̄ patrē ꝛ filiū ꝛ ſpm̄ſanctū exufflas: An forte nouā fidem: nouū baptiſma: nouū deū de tranſmarinis ptib⁹ adduxiſti: Dic m e⁹ ſancte paule: doce diuini iuris pite: ſpōſi amice: hō iſte mō venit: mūdū ſubuertit: fidei vnitatē ſciudit: trinitatē diuidit: ſibi nō ꝯſentiētē rebaptizare
1.Corꝫ.4. cōtēdit. Quid facit: In chriſto ieſu p euāgeliū tuū me genuiſti: in ipſo baptizat⁹ ſū. An
Eph.4. forte ē alia fides: aut aliud baptiſma: Una fides: vnū baptiſma: vn⁹ de⁹ ꝛ pr̄ oim. Si ḡ vna fides: imo qr ꝛ vna fides: vnū baptiſma vn⁹ deus ꝛ pr̄ oīm: iā credidi: iā baptizatus ſū: iā deū habeo patrē: q̄re homicidā patior
Ps.44. arrianū: Subueni dñe me⁹ ieſu ꝛ accingere gladiū tuū circa femur potētiſſime. Oim potētiſſime egredere: occide eos in ſe: viuāt i te ꝛ deſināt ꝓſequi te: Sabelliani te ſbtrahūt: arriani te minuūt. Tu q̄d dicis de te: Pr̄ dixit vt te audiam⁹: Cū te audimus: ipm audimus: vno ictu vtroſq̄ ꝑcute adūſarios. Pereant inq̄t vaniloqui: ꝛ mētis ſeductores: arrian⁹ ꝛ ſabellian⁹. Nō ego ꝛ pꝛ vn⁹ ſum⁹: ſed ego ꝛ paꝛ vnū ſumus. Qđ dico: vnū: audiat Joh.10.
arrian⁹: qđ dico: ſum⁹: audiat ſabellian⁹: nō diuidat arrian⁹ vnū: nō deleat ſabellian⁹ ſum⁹: ſed ambo veniāt et ſint etiā ipſi nobiſcū in vnū: ſicuti ego ꝛ pr̄ vnū ſum⁹. Ergo ſi pꝛ ꝛ Joh.17.
fili⁹ vnū ſūt: imo qr indubitāter vnū ſūt: nō duo ſ vn⁹ de⁹. Nō iniquū aliq̄d ꝓpha ſcribit: ſed verū dixit deū dicentē: Ante me nō ē Eſa.43
format⁹ de⁹ ꝛ poſt me nō erit. Docuit v̄itas v̄itatē: et gladio ſic acuto oim pemit errorē. Si adhuc heretici reluctanꝛ: audiāt catholi FF
ci diffinitiuā ſentētiā: quā ſequāꝛ. Audiſtis Ca.31.
patrē q̄d dixerit de filio: audiſtis filiū q̄d de patre dixerit vel de ſe. Si q̄s vobis euāgeli Gal.1.
zauerit ꝑter id qđ accepiſtis: anathema ſit. Diximus de patre ꝛ filio qđ potuim⁹: ꝛ quātum potuimus: ſi tamē aliquid digne potuimus. De ſpirituſancto tacuim⁹: ſed nō eum ꝑteriuimus. Quicq̄d eñ de patre ꝛ filio diximus: de ſpū ſancto diximus. Eſt eñ in illis ꝛ cū illis vn⁹ ꝛ verus de⁹: nō minor aut terti⁹ deus. Quid adhuc dicā fatigatis: fatigat⁹: Qui ſpm̄ſctm̄ a pr̄e ꝛ filio eternitate ꝛ ſuba vꝛ cōione ſepant: eū q̄ negat ſpm̄ſanctū nō eſſe patris ꝛ filij: plenus eſt ſpū imūdo: vacu⁹ eſt a ſpūſancto. Ideo eñ dicit deus charitas: 1.Joh.4.
qr ptib⁹ nō diuidit vnitatē: ſed ineffabiliter coagulat trinitatē. Ipſa eſt eñ trinitas vn⁹ deus: turris fortitudinis a facie inimici: qui i ſe credētes cuſtodit i ſecula ſeculoꝝ: Amē.

## Item in eadem dñica: Homelie de eo qđ ſcriptū eſt in euāgelio ſm Lucā: Homo quidā fecit cenā ma Luc.14.
## gnā ꝛc. q̄ habeꝛ int ſmones de Verbis domini. xxxiij. Et li. ij. de queſtionibus euāgelioꝝ ca. xxx.

## Dñica tertia poſt feſtū ſancte Trinitatis: De iudicio Salomonis et 3.Reg.3.
## duabus meretricibus. Sermo I Ser.CC.

A
D E duabus meretricibus dilectiſſimi fratres que ad iudiciū Salomonis 3.Reg.3.
venerunt: vnde nobis ad veſperam lectio recitanda eſt: ex quibus vna que erat non ſolū luxurioſa: ſed etiam crudelis et im

pia clamabat ad regem vt diuidi iuberet infantem: Nunc ſi libenter accipitis: de ipſis quid ſancti patres noſtri expoſuerunt: charitatis veſtrę auribus cupimus intimare. Illa enim quę clamabat: vt puer integer ſeruaret: eccleſię catholicę typum gerebat: illa alia crudelis ⁊ impia quę clamabat vt puer diuideretur: arrianam herẽſim deſignabat. Catholica enim quaſi mater piiſſima: omnibus hereticis clamabat: Nolite chriſtū minorem facere patre: nolite vnitatem diuidere: nolite vnū deum diuerſis gradibus diuidendo veluti idola gentium in veſtris cordibus fabricare: totum nobiſcum poſſidete: ſi vultis habere pacem: nolite vnitatem ſcindere. Non eniꝫ ſi vos totum tenueritis: nobis nihil remanet. Tanta eſt illius omnipotentia: vt eum omnes totū poſſideant: ⁊ ſinguli totū. Sed impia ⁊ crudelis hereſis clamat: non: ſed diuidat. Quid eſt diuidat: niſi nō filius ęqualis ſit patri? Dum enim filio ſubtrahit ęqualitatē: ⁊ bonum omnipotentemq̧ denegauit patrē. Deus enim pater ſi potuit filium ſibi ſimilē gignere ⁊ noluit: nō eſt bonus. Si voluit ⁊ nō potuit: nō eſt omnipotenſ. Certi eſtote fratres mei: quia huic ſententię nullus vnq̃ arrianoꝝ poterit reſpondere: ſed quotiens conſtricti fuerint veriſſima ratiōe: velut anguis lubricˀ ad alias quaſcunq̧ queſtiones callidas et tortuoſas

B refugiunt. Ergo fratres chariſſimi: teſtamētū ꝓfero: verba teſtatoris refero. Si habet qđ diuidat: ibi inuenio. Si non habet quod diuidat: ex ipſo teſtamēto illis reſiſto. O infelix heretice: quid habet teſtamentū audi:

Joh. 14. Pacem meā do vobis: pacem relinquo vobis. Hęc eſt chriſtianorū hereditas: et quis eſt ipſe teſtator? Lege teſtamentū ⁊ inuenis.

Michee. 5 Cum ꝓpheta de domino loqueret ait: Magnificabit vſq̧ ad terminos terrę: et iſte erit

Luc. 2. pax. Gloria in excelſis deo: ⁊ in terra pax hominibus bonę voluntatis: Non diuiſoribˀ ſanctę vnitatis: ſed hominibˀ bonę voluntatis. Ipſe eſt hereditas: ipſe teſtator: ipſuꝫ queris diuidere. Quid partiris vnum? Si vnū diuiſeris: integrū nihil habeo. O arriana hereſis crudelis ⁊ impia erubeſce. Iudi-

3. Reg. 3. cante ſalomone: meretrix ne vnum viuū: ne vndecūq̧ conceptū etiam natum proderet: nō dimiſit diuidi filium ſuum: et tu diuidis deum tuū? Illa ⁊ ſi meretrix: tamē pia: quia mater: Tu hereſis impia: quia nō mat. Qđ pario ꝗſocas: qđ non parturis congregas: Viſcera tua duruerunt: illius tremuerunt: Quid dicit illa: quę typum gerebat catholicę matris? Date illi puerum: ⁊ nolite diuidere eum. Filius meus eſt: ſed melius apud illam migret natus: migret totus: tamē apud me maneat maternus affectus. Date illi puerum: non auferant vota: membroꝝ illius integritas non diuidat: ne mihi pietas auferatur. Qđ dicit: date illi puerum: ⁊ nolite diuidere: ecce et ego dico: Totū poſſide: ⁊ noli diuidere deum. Non inquit: ſed ſi vis habere pacem: diuide hereditatem. Sine ꝑiudicio dico. Et quomodo habeo diuidere? Audi: Pater maior me eſt: filius minor: ſpiritus creatura. O partes: o iuſticia: o ęquitas. Facio partem: quia diuido pacem: Si eñ fracta fuerit pax: iam non eſt pax. Sed quomō apud te pax illibata eſt: apud quem fides integra non eſt? Unde quia mecū vis poſſidere: ⁊ pacem vis diuidere: hereditatē non vis diuidere? Poſtremo ſi more tuo nō paci ſed perfidię ſtudes: vade interpella iudicem chriſtum: videamus quid tibi dicturus eſt. Dic ei quod in euangelio dictū eſt: Domine dic fratri meo: vt diuidat mecum hereditatem. Sine dubio reſpondet tibi: Amice: quis me conſtituit iudicem aut diuiſorem? Vis diuidere pacem: et queris habere iudicē pacem: iudex tuus nolo eſſe. Pax ſum: cōſentientibus aſſideo: litigantes fugio. Si enim omnibus chriſtianis meis per vnam voluntatē vnum cor habere concedo: quomodo inter me ⁊ patrem diuido vnitatem: qui omnibˀ fidelibus meis: vnum cor ⁊ vnū tribuo charitatem? Quid ait dominˀ philippo? Tanto tempore vobiſcū ſum: ⁊ nō cognouiſtis me: Philippe: ego veni patri meo te adiungere: tu noli me ſeparare. Quid queris quaſi alterum ꝑter me? Qui me videt: videt et patrē. Tanta eſt in nobis ſimilitudo: tanta vnitas tanta charitas: vt ego in pr̄e ſim: ⁊ pr̄ in me. Per quā vnitatē vos dñs ſibi iūgere et conſeruare dignet: ꝑſtante eodē dño noſtro ieſu chriſto: qui cum patre ⁊ ſpū ſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ: Amen.

C (right margin)

Joh. 14. (right margin, beside "Audi: Pater maior me eſt")

Luc. 12. (right margin, beside "Dic ei quod in euangelio")

Act. 4. (right margin, beside "vnum cor habere concedo")

Joh. 14. (right margin, beside "Quid ait dominˀ philippo")

## In eadē dñica: de Helia: Ser. II. Ser. CC.I.

A In lectiōibˀ q̄ nobis diebˀ iſtis recitant frēs chariſſimi: frequēter admonui vt nō ſeq̄mur litterā occidentē: ⁊ viuificantē ſpm̄ relinquamˀ. Sic eñ aplus

2.Cori.3. ait: Littera em̄ occidit: ſpūs viuificat. Si em̄ hoc tm̄ volum⁹ intelligere qđ ſonat i littera: aut paruam aut ꝓpe nullam edificationem de diuinis lectiōibus capiemus. Illa enim oīa q̄ recitanť: typus erāt ⁊ imago futuroꝝ.
B In iudeis em̄ figurata: in nobis grā dei oo-
nāte cōpleta ſunt. Beat⁹ em̄ helias typū ha
3.Reg.19. buit dn̄i ſaluatoꝛ. Sicut em̄ helias a iudeis ꝑſecutōꝫ paſſus ē: ita ⁊ ver⁹ helias dn̄s nr̄: ab ipſis iudeis reprobat⁹ ē ⁊ ꝯtēpt⁹. Helias reliqt gentē ſuā: ⁊ chriſtus deſeruit ſynagogā. Helias abijt in deſertū: ⁊ chriſt⁹ venit i mundū. Helias i deſerto coruis miſtrātib⁹ paſcebať: ⁊ chriſt⁹ in deſerto mūdi hui⁹ gentiū fide reficiť. Corui em̄ illi q̄ beato helie iubēte dn̄o miſtrabāt: gentiū ꝑlm figurabāt. Pro-
Cant.1. pterea ⁊ de gentiū eccl̄ia diciť: Nigra ſum ⁊ formoſa filia hierl̄m. Unde ē eccl̄ia nigra et formoſa? Nigra ꝑ naturā: formoſa ꝑ gratiā. Unde nigra? Ecce i iniqtatib⁹ cōceptus ſū: ⁊ in delictis pepit me mater mea. Unde for-
Ps.50. moſa? Aſpes me hiſopo et mūdabor: lauab me ⁊ ſup niuē dealbabor. Un̄ nigra? Apl̄us
Ro.7. dicit: Uideo aliā legē in mēbris meis repugnantē legi mētis mee: ⁊ captiuū me ducentē in lege peccati. Unde formoſa? Quis me liberabit de corpe mortis hui⁹? Grā dei ꝑ ieſum chriſtū dn̄m noſtrū. Uere eccl̄ia gentiū coruis ſilis erat: qñ viuentē dn̄m ꝯtēnebat: ⁊ ante acceptā gratiā velut morticinis cada-
C ueri⁹ idolis miſtrabat. Poſt hec iubeť he-
3.Reg.17. lias ꝓficiſci in ſareptā ſidonioꝝ: vt ibi paſcať a vidua. Sic em̄ ad eū dn̄s dixit: Uade in ſareptā ſidonie: ego mādaui vidue: vt te paſcat ibi. Quō ⁊ ꝑ quē mādauit de⁹ vidue eū ꝓpe null⁹ tūc alius eſſet ꝓpha cū quo de⁹ manifeſti⁹ loq̄reť niſi beatus helias? Quia licet eſſent eo tp̄e aliqui de filijs ꝓphaꝝ: ita pſecutionē iezabel metuebāt: vt vix vel abſcōditi euadere poſſent. Ego inqt dn̄s mandaui vidue. Quō mādat dn̄s: niſi inſpirādo qđ bonū ē int⁹ in aīa ꝑ gratiā ſuā? Ac ſi cois hō q̄ boni aliqd opať: de⁹ illi loquiť intus.
1.Cor.1. Nemo ḡ de ſe ſed de dn̄o gl̄ieť. Nūquid tūc in iudea nō erant multe vidue? Et qđ fuit ꝙ nulla iudeoꝝ vidua beato helie cibum meruit miniſtrare: ſ; ad viduā gentilē mittiť vt ab ipſa paſcať? Uidua em̄ iſta ad quā ꝓpha mittiť: typū eccl̄ie gerebat: ſicut ⁊ corui illi q̄ helie miſtrauerāt: figurā gentiū habuerūt. Uenit ḡ helias ad viduā: q: chriſt⁹ ventur⁹
D erat ad eccleſiā. Sed videam⁹ frēs dilectiſſimi vbi beat⁹ helias viduā illā inuenit. Exie-
rat em̄ vt aqua ſe lauaret: ⁊ ligna colligeret. 3.Reg.17.
Quid em̄ aqua ⁊ qđ ligna ſignificēt: videamus. Satis em̄ iſta duo eccl̄ie ⁊ amica ⁊ neceſſaria eſſe cognoſcim⁹: id eſt lignū ⁊ aquā. Deniq; ſic ſcriptū eſt: Et erit tanꝙ lignū qđ Ps.1.
plantatū eſt ſec⁹ decurſus aquarū. Nā in ligno crucis myſteriū: in aq̄ oñdiť baptiſmatis ſacr̄m. Exierat ḡ vt colligeret duo ligna. 3.Reg.17.
Sic em̄ rñdit beato helie: cū ab ea cibū peteret. Dixit enim: Uiuit dn̄s: q: nō habeo niſi pugillū farine: ⁊ modicū olei in vaſe: et ecce ego exeo vt colligā duo ligna: ⁊ faciā mihi cibū ⁊ filio meo: ⁊ mānducabim⁹ et moriemur. Sicut ḡ ſupra dixi: vidua illa typū habebat eccl̄ie: fili⁹ vidue figurā gerebat ꝑl̄i chriſtiani. Veniēte ḡ helia: exijt vidua colligē duo ligna. Uidete frēs: q: nō dixit tria: nec q̄ttuor: nec vnū tm̄mō lignū: ſ; duo ligna colligē voluit. Ideo duo ligna colligebat: q: i typo helie chriſtū excipiebat. Duo ligna volebat colligē: q: crucꝭ myſteriū deſiderabat agnoſcere. Crux em̄ dn̄i ſaluatoris duobus lignis aptata ē. Ideo duo ligna colligebat vidua illa: q: i illū q̄ i duob⁹ lignis pepēdit creditura erat eccl̄ia. Dixit ḡ vidua illa: Colligo duo ligna vt faciā cibū mihi ⁊ filio meo: ⁊ mānducabim⁹ ⁊ moriemur. Verū eſt frēs dilectiſſimi. Nemo i xp̄m crucifixū credē merebiť: niſi huic ſeculo moriať. Nā qcūq; corp⁹ chriſti digne mānducare voluerit: neceſſe eſt vt moriať p̄teritis ⁊ viuat futuris. Vidua ḡ illa ſicut
dixim⁹ eccl̄iā figurabat: fili⁹ vidue typū gentilis ꝑl̄i p̄ferebat. Fili⁹ vidue defunct⁹ iacebat: q: ⁊ fili⁹ eccl̄ie: id eſt ꝑl̄us gentiū: mľtis peccatis ⁊ crimib⁹ mortuu⁹ ē. Orāte helia filius vidue ſuſcitať: veniēte chriſto fili⁹ eccl̄ie id ē ꝑl̄us chriſtian⁹ de carcere mortꝭ reduciť. Helias inclinať i orone ⁊ viuificať vidue filiū: ⁊ chriſt⁹ ꝓcūbit i paſſiōe: ⁊ ſuſcitať ꝑl̄us chriſtian⁹. Q autē trib⁹ vicib⁹ beat⁹ helias ad reſuſcitandū puerū incuruat⁹ ē: hoc etiā anteꝙ ego dicā: credo qđ charitatis vr̄e ꝑuenit intellect⁹. Nā ꝙ trib⁹ vicib⁹ inclinať: myſteriū trinitatis oñdiť. Vidue em̄ filiū: id eſt ꝑl̄m gentiū: nec ſol⁹ pr̄ ſine filio: nec pr̄ ⁊ filius ſine ſpūſancto: ſ; tota trinitas ſuſcitauit. Deniq; hꝫ etiā i ſacro baptiſmatꝭ demōſtrať: dū tertia vice ver⁹ hō mergiť: vt nou⁹ ſurgē
F mereať. Poſt hec oñdit ſe beat⁹ helias regi:
et aſcendit in montē carmeli: ⁊ poſuit caput 3.Reg.18.
ſuū inť genua ſua: ⁊ orauit vt dn̄s daret plu

uiã ſup terrã. Et dixit ad puer ſuũ: Reſpice cõtra mare. Et renũciauit puer ſe penit⁹ nihil vidiſſe. Et dit illi: Vade ⁊ cõſidera ſepties. Septima aũt vice renũciauit ⁊ dixit: Video nubeculã paruulã quaſi veſtigiũ homis aſcẽdentẽ de mari. Et ſubito cõtenebrati ſũt cęli: et facta ẽ pluuia magna. Helias ꝗ ſic diximus: figurã habuit dñi ſaluatoris. Helias orauit ⁊ ſacrificiũ obtulit: ⁊ chriſt⁹ ꝓ vniuerſo mũdo ſeipſum imaculatũ ſacrificiũ tradidit. Helias orauit in mõte carmeli: et chriſt⁹ in monte oliueti. Helias orauit vt pluuia in terrã veniret: ⁊ chriſtus vt in cordib⁹ humanis gr̃a diuina deſcẽderet. Q aũt dixit helias ad puerũ ſuũ: Vade ⁊ cõſidera ſepties: ſeptiformẽ ſanctiſp̃ũs gratiã: ꝗ danda erat eccleſię deſignabat. Et qa ipſe dixit ſe vidiſſe nubeculã paruulã aſcendentẽ de mari: carnẽ chriſti figurabat: ꝗ in mari mũdi iſti⁹ naſcitura erat. Quobrem ne forte aliqͦ dubitet nubẽ illã veſtigiũ homis habuiſſe: dixit: illius vtiq; homis ꝗ dixit: Quẽ dicũt homies eẽ filiũ homis? Sicut ꝗ orãte helia poſt tres annos ⁊ ſex mẽſes pluuia de cęlo deſcendit: ita ⁊ i aduẽtu ſaluatoris trib⁹ annis ⁊ ſex mẽſibus quib⁹ ꝑdicare dignat⁹ eſt: pluuia ꝟbi dei totũ mũdũ felicit̃ irrigauit. Et ſicut tũc in aduẽtu helię oẽs ſacerdotes idoloꝝ interfecti ſunt ⁊ deleti: ita in aduẽtu veri helię: id eſt dñi nr̃i ieſu chriſti obſ̾uatio ſacrilega paganorũ deſtructa eſt.

Matth.16.

G Hęc breuiter charitati vr̃ę ſenſib⁹ intimãtes: velut pauca capitula q̃ſi quędã indicula fidei vr̃ę oculis demonſtram⁹: p quę ſancta deſideria vr̃a ad pſcrutanda diuina myſteria ſalubriter incitent̃: ⁊ vt ſpiritale pabulũ ſanctis aiab⁹ vr̃is iugit̃ ruminandũ ſalubri cõſilio ꝓcuremus: ne forte de memoria excidat: ſi iubetis recapitulationẽ ex his ꝗ dicta ſunt faciam⁹. Sicut ꝗ ſupra dixim⁹: ſanctũ heliã intelligite typũ habuiſſe dñi ſaluatoris. Deniq; ſicut dñs poſtea ꝙ multas ꝟtutes exercuit: poſtea ꝙ paſſus eſt reſurrexit ⁊ aſcẽdit in cęlũ: ita ⁊ helias p⁹ multa mirabilia ꝗ per eum deus fecit igneo curru eleuat̃ ad cęluꝫ. Q helias deſeruit iudęam: ſignificauit qͦ chriſtus reliquerit ſynagogam. Corui qui helię miniſtrauerunt: ſicut iam dictuꝫ eſt: figuram gentilis populi mõſtrauerũt. Vidua illa quę eum in ſarepta ſuſcepit: typum geſſit eccleſię. Duo ligna quę colligebat: crucis myſteriũ figurabant. Hęc ergo fratres chariſſimi ſi ſincera ſicut credim⁹ benignitate ſuſcipitis: et velut mũda animalia aſſidua cogitatiõe in veſtris cordib⁹ ruminatis: implebit̃ in vobis illud quod ſcriptũ eſt: Theſaurus deſiderabilis requieſcit i ore ſapiẽtis: Regnante ipſo dño deo noſtro ieſu chriſto: cui eſt honor et imperiũ cũ patre ⁊ ſpũſancto in ſecula ſeculoꝝ: Amẽ

Recapitulatio

Marci.15.et 16

4.Reg.2.

3.Reg.19.

3.Reg.17.

Prouer.21.

## Dominica quarta poſt feſtũ ſancte Trinitatis: de eo qͦ ſcriptũ eſt i euãgelio ſcd̃m Mattheũ: Nolite iudicare vt nõ iudicemini ⁊c. Ser. I

Matth.7.

A

a Vdiuim⁹ euãgeliſtã dicentẽ fratres chariſſimi: Nolite iudicare vt nõ iudicemini. Quid eſt ħ frẽs cũ ipſe dñs in alio loco euãgelij dixerit: Nolite ſcd̃m faciẽ iudicare: ſed iuſtum iudiciũ iudicate. Et alibi dicatur: Iudiciũ veꝝ iudicate? Nõ enim ſibi diuina lectio contraria eſſe põt: ſed intellectũ ſobriũ querit. In cõuerſatione hũana dilectiſſimi frẽs ſunt aliqua ꝗ rõnabiliter reꝓhendunt̃: Sũt ꝟo quędã ꝗ nõ ſine peccato iudicant̃. Apta eñ mala et iudicari et argui debẽt. Illa ꝟo ꝗ ignoram⁹: et vtrũ bono an malo aĩo fiant ſcire nõ poſſum⁹: iudicare penit⁹ nõ debem⁹. Verbi gr̃a: Vides hoĩeꝫ frequẽt⁹ ieiunãtẽ: cõgaude ⁊ noli nimis laudare: qꝛ põt hoc ⁊ ꝓ hũana gloria fieri. Sed et noli vituperare: qꝛ põt ⁊ pro deo ⁊ ꝓ animę remedio ieiunare. Vidiſti aliũ idicto publico ieiunio velle prandere: cum dilectiõe admone. Si dixerit ꝓ ſtomachi laſſitudine ſe ieiunare nõ poſſe: crede ⁊ noli iudicare: quia vtrũq; poteſt fieri: vt p gulã vel luxuriã prandere velit: ⁊ ꝗ infirmitate ieiunare nõ poſſit. Vidiſti alteꝝ ſbditis ſuis cũ ſeueritate diſciplinã imponere: et indulgentiã tardi⁹ dare: noli iudicare crudelẽ: qa forſitan non hoc facit morbo iracũdię: ſꝫ zelo diſciplinę ⁊ amore iuſticię: ꝓpter illud qͦ ſcriptũ eſt: Zelus domus tuę comedit me. Forte aliquis vicinus aut amicus tuus dũ animũ ſuũ habet in rebus ſatis ſibi neceſſarijs occupatũ: tardi⁹ te ſalutauerit: aut tardi⁹ occurrerit ꝙ debuit: noli eũ ſupbũ iudicare: noli malignũ credẽ: ſꝫ magĩ hoc aut p obliuionẽ aut p negligentiã: ꝙ p deſpectũ vel ſupbiã factũ crede: qa forte ⁊ tibi hoc vt eſt humana fragilitas frequẽter euenit: vt in rebus alijs nimis intentus: aliquid minus caute ac minus ſollicite feciſſe videar̃: ⁊ tñ noluiſti te ꝓ hac re malo aĩo iudicari. In iſtis ergo ⁊ in his ſimilib⁹ ꝗ vtrũ bono an malo aĩo fiant ſcire non poſſumus: melius eſt vt ad partẽ dexterã noſtrũ

Job.7.

Zacharie.7.

Ps.68.

B

animū declinemꝰ:qꝛ tolerabilius eſt nos in hoc ꝯſtitui: vt eos qui mali ſunt bonos eſſe credamus: ꝙ ex cōſuetudine iudicandi etiā de bonis qđ malū eſt ſuſpicemur. De iſtis ḡ que ſunt deo nota et nobis incognita:picu loſe noſtros ꝓximos iudicamus. De ipſis
Matth.7. eñ dominꝰ dixit: Nolite iudicare:vt nō iudi cemini. De illis vo que apta ſunt et publica mala:iudicare ⁊ redarguere cuꝫ charitate tñ ⁊ amore ⁊ poſſumꝰ ⁊ debemus:odio haben tes nō hominē ſed peccatū:nō vitioſum ſed vitiū deteſtantes:morbū potius ꝙ egrotū. Nā publicꝰ adulter:raptor: aſſidue ebrioſꝰ: ꝓditor:ſupbꝰ:ſi iudicati vel caſtigati nō fue rint:īplebit̄ in eis illud qđ beatiſſimꝰ martyr cyprianꝰ de talibꝰ dixit:Qui peccantē vbis adulātibꝰ palpat: peccati fomitē ſbmīſtrat.

¶ Ad hanc rem ꝑtinet fratres chariſſimi etiaꝫ illud qđ in hac ipſa euāgelica lectione audi uimus. Quid eñ vides feſtucā in oculo fra tris tui:⁊ trabē in oculo tuo nō vides? Vidi ſti hoīem ſbito iraſci: noli cōtinuo iudicare: ſꝫ expecta paululū: forſitan ꝙ veloci iraſcit̄: tam celeriter mitigat̄. Quid tamen feſtuca: quid trabes ſignificet videamus. Subita eñ iracūdia feſtuca eſt: ira vo que in longū tempus ꝓtrahit̄: dum ꝑ odiū falſis ſuſpiti onibꝰ nutrit̄: trabes efficit̄. Cito ergo iraſci ⁊ cito placari feſtuca eſt: iratundiā diu ī cor de tenere ac ſeruare: trabes eſt. Ergo iracū dia inueterata cōuertit̄ ad trabē. Et ꝙ fron te ille qui odiū ſeruat in corde illum iudicare ꝯſumit: in cuius oculo non trabē ſed feſtucā eſſe cognoſcit? Nā cordis oculū feſtuca tur bat:trabes excecat. Qđ dixi chariſſimi:ſcri pturaꝝ debeo teſtimonijs approbare. Quo modo ira cordis otulū turbat: audi pſalmi
Pſā.6. ſtā dicentē: Turbatus eſt inqt ꝑ ira oculus meus. Quomodo autē odium oculū cordis
1.Joh.2 excecat:iohānes euangeliſta teſtat̄: Qui in quit odit fratrem ſuū in tenebris eſt: ⁊ in te nebris ambulat:⁊ neſcit quo vadat:quoniā tenebre obcecauerūt oculos eiꝰ. Scđm hec ergo ꝑ ſubitaneā iram cordis oculus turba
D tur: ꝑ odiū lumē charitatis extinguit̄. Ergo frēs chariſſimi capitula vobis quedā ⁊ indi cula q̄liter hec intelligē ⁊ accipe debeatis in ſinuo. Nā vos deo ꝓpitio meliꝰ hec cape et obſeruare poteſtis. Ut hec ꝙ dixi tenaciꝰ ve ſtris cordibꝰ inſerant̄: breuit̄ repeto qđ ſug geſſi. In his eñ rebꝰ ſicꝰ iā ſup dixi piculoſe alios iudicamꝰ: de his ꝙ dubiū ē vtrū bono vel malo aīo fiāt:id eſt ieiunare: vigilare:ele moſynas facere:a vino ⁊ carnibꝰ vel abſtinē vel nō abſtinē:⁊ reliqua his ſiīa:ꝙ et ꝓ deo ⁊ ꝓ hūana gl̄ia fieri poſſunt. Et qꝛ ignoramꝰ q̄ aīo fiāt:iudicare penitꝰ nō debemꝰ. Propt
ea hec dicit dn̄s: Nolite iudicare vt nō iudi cemini. Propter aptā vo iniq̄tatē dictū eſt: Matth.7.
Argue obſecra: increpa:cū oī patiētia ⁊ do ctrina. Et illud qđ ſup memorauimꝰ: Juſtū iudiciū iudicate. Hec eñ frēs chariſſimi ſi oi ligēter ſic credimꝰ ꝯſiderare ⁊ cū grādi ſollici tudine deo donāte obſeruare volumꝰ:nō de paruo pctō cū dei adiutorio liberamur. Ma xima eñ pars generis hūani indiſcreto iudi cio ad reꝑhendendū prompta ⁊ parata eſſe probat̄:cum tamē nō ita ſe velit ab alijs iu dicari quomō vult alios iudicare. Propter hoc ſcriptura diuina admonet dicēs: Prius ꝙ interroges:ne vituperes quēꝙ:⁊ cum in terrogaueris corripe iuſte. Omnis hō prius ſe vult interrogari:⁊ poſtea ſi reus eſt patiē ter tolerat reꝑhendi. Et quicqđ nobis oīs volumus ab alijs fieri: iuſtum eſt vt hoc in alijs ſtudeamus implere. Prius cum patien tia interrogemus et ſolliciti ſimus:et cū ali quid certius agnouerimus:tunc aut ſi mala ſunt reꝑhendere: aut ſi bona defenſare va leamus: ꝓpter illud qđ ſcriptū eſt: Oīa que cūꝙ vultis vt faciant vobis homīes: ⁊ vos facite illis ſimilit̄. Hec eſt eñ lex et ꝓphete. Et ideo cōuerſi ad dominū eiꝰ imploremus auxiliū: vt ipſe nobis ⁊ verā diſcretionē ⁊ ꝑ fectā charitatē ꝯſtare ꝓ ſua pietate dignet̄: cui eſt gloria ⁊ imperiū cū patre ⁊ ſpūſancto in ſecula ſeculorū: Amen.

2.Timoth.4. Job.7. E Eccl.11. Matth.7.

## In eadē dominica: De miſericor dia et indulgentia: Sermo II — Sermo CC.III

A Inter oīa quibꝰ hūana indiget fragi litas maxie neceſſaria ē miſicordia: qꝛ q̄nto fragilior ē corrupta natura: tanto maiore indiget ꝓuidētia bñficij. Et idō frēs: qꝛ ſine hac vita nr̄a ſubſiſtere non pōt: diſcamꝰ quomō in nos primū diuinā prouo cemus clementiā: vt ſcđm multitudinē miſera tionū ſuaꝝ: noſtre miſerie ſubuenire digne tur: quatenꝰ in ꝑſentis vite curſu vitemus nr̄e ſalutis damnū: ⁊ in futuro interitū poſ ſimꝰ euadere ꝑpetuū. Ad hoc eñ impetrādū dilectiſſimi ſic nobis ſcriptura ſacra oſtēdit: ꝑcipuū eſt miſcđie bonū: de q̄ ipſe ſaluator ait: Beati miſericordes: qm̄ ipſi miſcđiā cō ſequēt̄. Nō pōt peccator miſericordiā a deo ſperare: qui miſericordiā non facit peccātibꝰ Matth.5.

in se. Ergo dimittat homo temporale debitū: vt mereat̄ recipe eternale bonū. Si aīas nostras cupimus peccatorū sordibus emundari: misericordiā in nos peccātibus nō negemus: vt in die retributiōis ad ꝓmerendā dei misericordiā: misericordie operib' adiuuemur. Quomō misericordiā a deo expectat vel sperat: qui crudelis est in cōseruos suos? Sicut qs cupiat deū sibi misereri: ita et misereat̄ debitoribus suis. Certissime indulgentiā spectare poterit: q̄ aliis indulgere nouit.

B Ad misericordie opus optime nos in euangelio dominus exemplo roborauit: vbi ait:
Luce.6. Estote ergo misericordes: sicut pat̄ vester ce-
Matth.5. lestis misericors est: Qui solem suū oriri facit sup bonos et malos: et pluit sup iustos et iniustos. Omnis misericordia faciet locum vnicuiqꝫ sm meritū operū suorum. Qui facit misericordiā: deo offert sacrificium satis placabile. In iudice misericordia et disciplina debet esse: quia vna sine altera bene esse nō poterit. Misericordia sola si fuerit: securitatem faciet peccādi subiectis. Iterū si disciplina semp aderit: vertit̄ animus delinquētis in desperationem: et iudex non merebit̄ a deo misericordiā: sed hanc misericordiā a seipso debet homo incipe. Quomodo in aliis est misericors: qui in seipso crudelis est? In seipso crudelis est: qui sibi ꝑpetuas peccatis suis ꝑparat flāmas. Bene misericors est: qui a seipso incipit: et se diligēter custodit ne puniat̄ cum diabolo: et sic aliis prestet qd sibi

C bonū esse ꝓspicit. Per indulgentiā aūt docuit nos dominus. quomō possimus impetrare misericordiā ab illo: cum in euāgelio ait:
Luce.6. Dimittite et dimittet̄ vobis. Item: Si dimi-
Matth.6. seritis hominib' peccata eorū: dimittet et vobis pater celestis peccata vestra: Si nō dimiseritis hominib': nec pater vester celestis dimittet vobis peccata vestra. Hec quoqꝫ dña sentētia: magnā sup nos misericordiā sonat his qui eā recte intelligere possunt. Igit̄ ex nostro iudicio iudicat nos deus. Quodammodo in potestate nostra est: quomō iudicemur a iudice. Si misericorditer iudicemus ī nos delinquētibus: misericordit̄ iudicat de' de nobis in se peccātibus. Intendam' ergo in exemplū illi': sicut doctor gentiū nos ad-
Col.3. monens ait. Donate vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelā: sicut deus i christo donauit vobis: ita et vos facite: hoc est: quomō deus i christo nobis peccata donauit: sic etiā nos q̄ in nos peccāt dimittamus. Itē alibi idē aplus ait: Nulli malū ꝓ Ro.12.
malo reddentes. Et alio loco: Noli vinci a Ibi.5.
malo: sed vince i bono malū. Sciendū ē certissime qd vnusquisqꝫ talē indulgentiā accepturus est a deo: qualē et ipse dederit ꝓximo suo. Tunc oratio nr̄a ꝓ peccatis nr̄is ad aures omīpotētis dei cito ꝑueniet: si delinquētiū ꝑces i nostris aurib' acceptabiles erunt. Qui clement̄ peccātib' ignoscere nouit: clementiā diuine pietatis certissime accipiet. Unde et scriptū est: Qui ꝓnus est ad miseri- Prouer.22.
cordiā: benedict' a dño. Sic eni remittit̄ nobis: vt nos remiserimus eis qui nobis qua- D
cūqꝫ malignitate nocuerūt. Multa itaqꝫ ge- 4.sen.dis.
nera sunt miserationū: que cū facimus adiu- 15.multa
uamur vt dimittant̄ nobis nostra peccata. Sed ea nihil est maius: qua ex corde dimittimus qd quisqꝫ peccauit. Non solū eni qui Matth.25.
dat esurienti cibum: sitienti potū: nudo vestimentū: ꝑegrinantibus hospitiū: et cetera huiusmodi: verūetiā qui dat veniam peccanti elemosynā dat: Et qui emēdat verbere i quē 45.dis.et q.
potestas dat̄: vel coheret aliqua disciplina: et tamē peccatū eius q̄ ab illo lesus aut offensus est dimittit ex corde: vel orat vt ei dimittat̄: nō solū in eo qd dimittit atqꝫ orat: verū etiā i eo qd corripit et aliq̄ emendatoria pena plectit: elemosynā dat: qz misericordiā prestat. Proinde fratres obsecro vt ante oīa misericordie operā detis: et in quibuscūqꝫ possitis ꝓximos vestros adiuuetis. Ad indulgēdum quoqꝫ ꝓximis vr̄is delicta eoꝝ prompti sitis: vt peccatorū vr̄oꝝ veniā ꝓ hoc ab omnipotente iudice adipisci valeatis: et vitam eternā cum sanctis omnib' in celesti regno ꝑpetualiter habere mereamini: pstante domino nostro iesu christo: qui cum patre et spiritusancto viuit et regnat de' per omnia secula seculorū: Amen.

## In eadem dñica: de eo qd scriptum est de sancto Heliseo: Ascende calue et c. Sermo III 4.Reg.2.

A c Um diuina lectio legeret̄: audiuim' qd ꝑtereūte beato Heliseo: pueri irridētes: clamauerūt: Ascēde calue: 4.Reg.2.
Ob quā rē orāte Heliseo: egressi sūt duo vrsi d saltu: et lacerauerūt quadragitaduos pueros. Inimici dei et hostes aie sue immūdissimi manichei: q scptură veteris testamēti nō solū

recipe noluit: ſ etiã rabido ore blaſphemare
ꝓſumũt: ſolent dicere: Que fuit tanta crude
litas in heliſeo: vt ꝓpter iocularia verba in-
fantũ: quadraginta duos pueros ſecerit la-
cerari? Et ideo qualiter eoꝝ inſanie reſpon-
dendũ ſit: breuiter charitati veſtre ſuggere-
B mus. Tempore illo quo beatus heliſeus in
iudea fuit: tam ille ꝙ reliqui ꝓphete: nõ ſo-
lum nõ honorabant ex maxima parte ꝓplĩ: ſ
etiã irriſui ꝛ opprobrio habebant: ꝛ velut in-
ſani atqꝫ arrepticij credebant: intantũ vt eo
tempore quo beatus heliſeus vnũ de filijs
ꝓphetaꝝ mitteret: vt iehu vngeret i regem:
4. Regi. 9. pncipes qui ſedebãt cũ iehu dixerũt: Quid
ad te venit inſanus iſte? Prophetã dñi vide
bant: ꝛ eum eſſe arrepticiũ blaſphemabant.
Nam illo tempore ſancti ꝓphete ita in grã-
di cõtemptu ꝛ opprobrio habebant: vt etiaꝫ
beato heliſeo qui tãta miracula faciebat: ſi-
cut ſupra diximus: pueri indiſciplinati cla-
4. Regi. 2. marent: Aſcende calue: aſcende calue. Quã
rem etiã parẽtibus ſuis inſtigãtibus feciſſe
credendi ſunt. Manifeſte pueri illi non cla-
marent: ſi hoc eorum parẽtibus diſpliceret.
Volens ergo beat⁹ heliſeus de interitu ꝓplĩ:
imo ſanctuſſpũs ꝑ beatuꝫ heliſeum volens
reprimere ſupbiã iudeorũ: fecit venire duos
vrſos: ꝛ lacerauerũt q̃dragitaduos pueros:
vt ꝑcuſſis paruulis: maiores reciperẽt diſci-
plinã: ꝛ mors filiorũ fieret diſciplina paren-
tum: ꝛ ꝓphetã quẽ mirabilia facientẽ nole-
bant amare: diſcerent vel timere. Sed ita ꝑ-
ſeuerauerũt iudei i malis ſuis: vt ſibi de me-
dicamẽtis vulnera facerẽt: ꝛ inde acq̃rerent
mortẽ: vnde poterãt obtinere ſalutem. Con
uerterũt enim ſibi lucem in tenebras: ꝛ dul-
cedinẽ i amaritudinẽ cõmutauerũt. Deniqꝫ
Hiere. 2. impletũ eſt in illis qđ ſcriptum eſt: Percuſſi
C filios vrõs: ꝛ diſciplinã nõ recepiſtis. Nemo
ergo beato heliſeo ore vipereo derogare ꝓſu
mat: qꝛ hoc qđ de pueris illis factum eſt: nõ
tam ipſe ꝓpria virtute ꝙ ꝑ illũ ſpũſſanctus
feciſſe credendus eſt. Sꝫ hoc ſic dixi: ꝑ grã-
di pietate ꝛ ineffabili miſcđia factũ eſt: vt qꝛ
deo humiliter pꝛedicãtibus ꝓphetis iudei
nolebãt credere: vel cũ ſeueritate vindictã
irrogãtẽ metuerẽt: ꝛ timẽtes mortẽ corporũ
vel ſic ſalutẽ requirerẽt animarũ. Quã rem
non ſolũ in veteri teſtamẽto: ſed etiã i nouo
Act. 5. ꝑ beatũ petrũ apl'm in anania et ſaphyra le-
gimus fuiſſe cõpletã. Quos ideo petri ſen-
tẽtia damnauit: vt null⁹ in oblatiõibus vel
muneribus ſuis ſpũiſſancto mẽtiri ꝓſumat.
Et quidẽ fratres chariſſimi ſm litterã ita cre
dendũ eſt: vt ſupra ſuggeſſimus: ꝙ beatus
heliſeus non iracũdie morbo cõmotus: ſed
zelo dei ſuccenſus: ad corrigendũ populum
iudeorum: paruulos illos ꝑmiſit lacerari: nõ
vt vindicaret ſed potius vt illos corrigeret:
tamẽ in hoc facto etiaꝫ paſſio domini ſalua-
toris ꝓfigurata fuiſſe euidẽter oſtendit. Nã D
quomõ pueri illi indiſciplinati clamauerunt
beato heliſeo: Aſcende calue: aſcende calue: 4. Reg. 2.
ita et inſenſati populi iudeorũ: heliſeo chri-
ſto tempore paſſionis voce ſacrilega clama-
uerũt: Crucifige: crucifige. Quid eſt: aſcẽde Luce. 23.
calue: aſcende calue: niſi aſcende crucẽ in lo-
co caluarie? Et hoc attẽdite fratres: quia ſic
ſub heliſeo quadragintaduo pueri lacerati
ſũt: ita ꝛ poſt quadragintaduos annos paſ-
ſionis dñice: venerũt duo vrſi: veſpaſian⁹ et
titus. Et hoc cõſiderate fratres: quia in ſolẽ-
nitate paſchali facta eſt obſidio iudeorũ: vt
iuſto dei iudicio ex omnib⁹ ꝓuincijs cõgre-
gati iudei: in ipſis diebus penam ſibi debi-
tam ſuſtinerent: in quib⁹ verũ heliſeum do-
minũ ꝛ ſaluatorẽ noſtruꝫ in cruce ſuſpende-
rant. Illo eñ: id eſt quadrageſimoſecundo
anno: a die paſſiõis domini noſtri: quaſi di-
uina manu acti iudei: hieroſolymis ſicut ſo-
lebant ad celebrandum paſcha cõuenerant.
In hiſtorijs legim⁹: ꝙ tũc tricies cẽtena mi-
lia hoim ex iudeis hieroſolymis fuerint con
gregata: ex quib⁹ ferro ꝛ fame vndecies cen-
tena milia legunt eſſe cõſũpta: ꝛ centũ milia
iuuenum romam ꝑducti ſunt in triumphũ.
Duobus eñ annis obſeſſa eſt ciuitas illa: et
tanta multitudo mortuorũ de ciuitate ꝓie-
cta eſt: vt muris ipſa cadauera coequarent.
Iſtaꝫ ergo vaſtationem figurabant illi duo
vrſi: qui quadragintaduos pueros propter
irriſionẽ beati heliſei laceraſſe dicũt: Et im-
pletũ eſt qđ dixerat pſalmus: Exterminauit Pſ. 79.
eam aper de ſilua: ꝛ ſingularis fer⁹ depaſtus
eſt eam. Quia ſicut dictum eſt: poſt quadra-
gintaduos annos a duobus vrſis: veſpaſia
no ꝛ tito: gens illa ſacrilega qđ merebat ex-
cepit. Et quia infelices iudei ꝓpter ſuperbiã E
repudiari ꝛ deſpici: ac ꝑ totũ mundũ diſꝑgi
meruerũt: nos quib⁹ tanta beneficia pietas
diuina cõceſſit: cum omni hũilitate fidem re
ctam tenentes: ꝛ vt ſupbia in nobis locũ in-
uenire nõ poſſit: charitatẽ integrã cum omi-
bus hominib⁹ cõſeruantes: vſqꝫ ad finẽ vite

noſtre mundo corde et caſto corpore ſeruire domino laboremus: vt poſt laborem bonorum operũ: illam deſiderabilẽ vocẽ audire mereamur: (Matth.25.) Euge ſerue bone ⁊ fidelis: intra gaudiũ dñi tui: Quia bene adminiſtraſti vitã temporaneã: accipe ſempiternã. Quia cuſtodiſti pciũ ſanguinis mei: ſume conſortiũ regni mei. Ad quod regnũ vos pietas diuina pducere dignetur: que viuit et regnat in ſecula ſeculorum: Amen.

## Item in eadem dñica: Homelia de eo qđ ſcriptum eſt in euangelio ſm Lucã: Remittite et remittetur vobis ⁊c. que habetur in libro Quinquaginta homeliarũ.xxix.

Luc.6.

## Dñica quinta: de eo qđ ſcriptum eſt ĩ euãgelio ſm Mattheũ: Si vis venire ad vitam ſerua mandata ⁊c.

Matth.19.

Ser.CC.V. Sermo I

A

e Uangelica lectio que mõ pſonuit in auribᵒ vr̃is fratres: auditorẽ magis atq̧ factorẽ: q̃ expoſitorẽ deſiderat. (Matth.19.) Quid hac luce clarius: Si vis venire ad vitam ſerua mandatũ? Quis eſt qui nolit vitam: ⁊ tamẽ qui velit ſeruare mandatũ? Si mãdata ſeruare nõ vis: quare vitã queris? Si ad opus piger es: quare ad mercedẽ feſtinas? Dixit ſe ille diues adoleſcens ſeruaſſe mandatũ: Audiuimᵒ p̃cepta maiora: Si vis pfectᵒ eſſe: vnũ tibi deeſt: vade vende oĩa q̃ habes: ⁊ da paupibᵒ: nec pdis ſ; habebis theſaurũ in celo: ⁊ veni ſequere me. Nã qđ tibi pdeſt ſi feceris et nõ ſequeris me? Abſceſſit tamẽ meſtus ſicut audiſtis: habebat eñ multas diuitias. Nõ audiuit ille: audiuimus et nos. Os chriſti euãgeliũ eſt. In celo ſedet: ſed in terra loqui non ceſſat. Nõ ſimus ſurdi: nam ille clamat. Nos non ſimus mortui: nam ille tonat. Si maiora nõ vis facere: minora fac. Onᵒ maiorũ ad te multũ ẽ: vel minora pĩede. Quid ad vtraq̧ piger es? Quid vtriſq̧ aduerſario? Maiora ſũt: Uende oĩa q̃ habes: da pauperibus ⁊ ſequere me. Minora ſũt: Nõ homicidiũ facias: nõ adulteres: nõ falſum teſtimoniũ queras: nõ fureris: honora patrẽ ⁊ matrẽ: diliges pximũ tuũ tãq̃ teipſũ. Iſta fac. Quid ad te clamo: vt vendas res tuas: cui extorq̃re nõ poſſum ne rapias alienas? Audiſti: non furaberis: tu rapis. Ante cõſpectũ tanti iudicis: iam te nõ furem teneo: ſed ereptorẽ. Parce tibi: miſerere tui. Adhuc vita iſta dat tibi dilationẽ: noli abiĳcere correptionẽ. Fuiſti heri fur: noli ⁊ hodie. Iaz forte ⁊ hodie fuiſti: cras noli. Aliqñ fini malũ: ⁊ pro mercede exige bonũ. Bona habere vis: ⁊ bonus eſſe nõ vis? Cõtraria eſt vita tua votis tuis. Si magnũ bonum eſt habere villam bonã: quãtũ malum eſt habere animã malã?

B

Diſceſſit diues contriſtatus: ⁊ ait dñs: (Matth.19.) Q̃ difficile eſt vt qui diuitias habet: intret in regnũ celoꝝ. Et q̃ eẽt difficile: ſimilitudine ppoſita: oſtendit tam eſſe difficile vt oĩno ſit impoſſibile. Omnẽ eñ impoſſibile difficile eſt: ſed nõ omne difficile ẽ impoſſibile. Quale difficile ẽ: ſimilitudinẽ attende: Amen dico vobis: facilius eſt camelũ p foramen acus intrare: q̃ diuitẽ intrare in regnũ celorũ. Camelũ intrare p foramen acus: ſi diceret pulicem: impoſſibile eſſet. Deniq̧ h̓ audito ɔtriſtati ſunt diſcipuli ⁊ dixerunt: Si ita eſt: quiſnã poterit ſaluus fieri diuitũ? Paupes audite chriſtũ: populo dei loquor. Plures eſtis pauperes: vel vos apprehẽdite: ⁊ tamẽ audite.

C

Quicũq̧ de pauptate gloriamini: cauete ſupbiã: ne vincãt vos hũiles diuites. Cauete ipietatẽ: ne vincãt vos pĳ diuites. Cauete ebrietatẽ: ne vincant vos ſobrĳ diuites. Nolite de pauptate gloriari: ſi non debent illi de diuitĳs gl̃iari. Audiãt diuites: ſi tñ ſſ: audiãt aplm: (1.Timoth.6.) Precipe diuitibᵒ huiᵒ mũdi: q: ſunt diuites alteriᵒ ſeculi paupes. (De verbis apli Ser.22.d.) Sũt diuites alteriᵒ ſeculi apl̃i: Sũt diuites alterius ſeculi qui dicebant: (2.Cor.6.) Tanq̃ nihil habẽtes: ⁊ omnia poſſidẽtes. (In li.50.homel.13.B.) Ut ſciatis de quibᵒ loquar diuitibᵒ: addidit: Huiᵒ mũdi. Audiãt ergo apoſtolũ: diuites huiᵒ mũdi: Precipe inquit diuitibᵒ huiᵒ mũdi: nõ ſupbe ſapere. Primᵒ vermis diuitiarũ ſupbia: Mala tinea: totũ rodit: et ad cinerem vſq̧ pducit. (1.Timoth.6.) Precipe ergo nõ ſuperbe ſapere: ne forte diues dormias ⁊ pauper ſurgas. Neq̧ ſperare in incerto diuitiarũ: Apoſtoli verba ſunt: ſed in deo inquit viuo. Fur tibi tollit aurũ: quis tollit deum? Quid habet diues ſi deũ non habet? Quid non habet paup: ſi deum habet? Non ergo in diuitĳs ſperare ait: ſed i deo viuo: qui p̃ſtat nobis abundãter omnia ad fruendum: cum quibᵒ omnibᵒ ⁊ ſeipſum. Si ergo nõ debent de diuitĳs ſperare: non in eis cõfidere: ſ; in deo viuo: de diuitĳs quid facturi ſunt?

C

1.Timoth.6. Audi qd: Diuites sint i opibꝰ bonis. Quid
est hoc: Expone apostole. Multi eñ qd no-
lunt facere: nolũt intelligere. Expone apl'e.
Noli dare occasionẽ mali operis p obscuri-
tatem sermonis. Dic quid dixeris: Diuites
sint in operibꝰ bonis. Audiant: intelligant:
non pmittant se excusare: sed se potius inci-
piant accusare: ⁊ dicere qd audiuimus mo-
Ps.50. do in psalmo: Quoniã peccatũ meum ego
cognosco. Dic tu: quid ẽ: Diuites sint i ope-
ribus bonis: Quid est: Facile tribuãt: Nũ-
quid ⁊ hoc intelligit: Facile tribuant cõmu-
nicent: Habes tu: non habet alius: com-
munica vt cõmunicet tibi. Cõmunica hic: ⁊
cõmunicabis ibi. Cõmunica hic panem: et
accipies ibi panem. Quẽ hic panẽ: Quem
colligis cũ sudore ⁊ labore: ex maledicto pri-
Joh.6. mi hominis. Quẽ ibi panem: Qui dixit: Ego
sum panis viuus q de celo descendi. Diues
es hic: sed paup es ibi. Habeo aurũ: sed non-
dum tenes p̃sentẽ christũ. Eroga qd habes
vt accipias qd nõ habes. Diuites sint i ope-
ribus bonis: facile tribuant: cõmunicent.
Ergo pdituri sunt res suas: cõmunicẽt dixi:
non totũ dent. Teneant sibi quãtum suffi-
cit: teneãt plusq̃ sufficit. Demus inde quã-
Matth.23. dam partẽ. Quã partẽ: Decimã ptẽ. Deci-
mas dabant scribe et pharisei. Erubescamꝰ
fratres. Decimas dabant: p quibꝰ christus
nõdum sanguinẽ fuderat. Decimas dabãt
scribe ⁊ pharisei: ne forte aliquid magnũ fa-
cere te putes: qr frangis panem pauperi: et
vix est millesima ista facultatũ tuarũ: ⁊ tamẽ
non reprehẽdo. Vel hoc fac. Sic sitio: sic esu-
rio: vt ⁊ ad istas micas gaudeã. Sed tamen
quid dixerit viuus qui p nobis mortuꝰ est:
Matth.5. nõ tacebo: Nisi abundauerit iusticia vestra
inquit sup scribarũ ⁊ phariseorũ: nõ intrabi-
tis in regnũ celorũ. Ille nos nõ palpat: Me-
dicꝰ ẽ: vsq ad viuũ puenit. Nisi abũdauerit
iusticia vr̃a plusq̃ scribarũ ⁊ phariseorũ nõ i-
trabitis i regnũ celorũ. Scribe ⁊ pharisei de-
cimas dabãt. Quid est: Interrogate vosip-
sos. Videte quid facistis: de quanto facia-
tis: quid detis: quid vobis relinquatis: qd
misericordie impẽdatis: quid luxurie reser-
uetis: Ergo facile tribuãt: cõmunicẽt: thesau-
rizent sibi fundamẽtũ bonũ in futurũ: vt ap-
E p̃hendãt verã vitã. Admonui diuites: Au-
dite paupes. Vos erogate: vos rapere nolite.
Vos tribuite facultates: vos frenate cupi-
ditates. Audite paupes eundẽ ipsũ aplm:
Est autẽ questꝰ magnus. Questꝰ est acquisi- 1.Timoth.6.
tio lucri. Est autẽ questꝰ magnꝰ inqt: pietas
cum sufficiẽtia. Cõmunẽ habetis cum diui-
tibus mundũ: non cõmunẽ habetis cũ diui-
tibus domũ: sed cõmune habetis celũ: cõmu-
nẽ lucẽ: sufficiẽtiã querite. Qd sufficit queri-
te: plus nolite. Cetera grauãt: nõ subleuãt:
onerant nõ honorãt. Questꝰ magnꝰ: pietas
cũ sufficiẽtia. In p̃mis pietas. Pietas ẽ dei
cultus: pietas cũ sufficiẽtia. Nihil eñ intu-
limus in hunc mundũ: Pauperibꝰ loquit: s
nec auferre aliqd possumꝰ. Victũ ⁊ tegumẽ-
tũ habẽtes: his cõtenti simꝰ. Nã q volũt di-
uites fieri: q volũt nõ q sunt. Nã q sũt: sint.
Qd ad illos ptinet audierũt vt diuites sint
i opibus bonis: Facile tribuãt: cõicent. Au-
dierũt ipsi: vos q nõdũ estis audite: Qui vo-
lũt diuites fieri: incidũt in tẽptatõẽ ⁊ laque-
os: ⁊ desideria multa ⁊ noxia. Non timetis:
Audite quid sequit: Que mergũt homies i
interitũ ⁊ pditionem. Non times: Radix ẽ
omniũ malorũ auaricia. Auaricia est velle eẽ
diuitẽ: nõ iam esse diuitẽ. Ipsa est auaricia.
Mergi non times in interitũ ⁊ pditionem:
Non times radicem omniũ malorum auari-
ciã: De agro tuo stirpas radicem spinarum:
⁊ nõ extirpas de corde tuo radicẽ malarũ cu-
piditatũ: Purgas agrũ tuũ vnde fructũ ca-
piat venter tuus: ⁊ non purgas cor tuũ: vbi
habitet deus tuꝰ: Radix est eñ omniũ ma-
lorũ auaricia: quã qdam sequẽtes: a fide per-
rauerunt ⁊ inseruerũt se doloribus multis.
Audistis quid faciatis: audistis quid timea- F
tis: audistis vnde emat regnũ celorũ. Oẽs
in verbo dei cõcordate: ⁊ diuitẽ ⁊ pauperem
deus fecit. Scriptura loquit: Diues ⁊ paup Prouer.22.
occurrerũt sibi: Fecit aũt ambos dñs. Diues
⁊ paup occurrerũt sibi: In q̃ via nisi i ista vi-
ta: Natus est diues: natꝰ ẽ paup. Occurristis
vobis pariter ambulãtes viã. Tu noli p̃me-
re: tu noli fraudare. Iste eget: ille habet. Fe-
cit autẽ ambos dñs. Per eum qui habet iu-
uat egentẽ: p eum qui nõ habet pbat habẽ-
tẽ. Audiuimus: diximꝰ: timeamꝰ: caueamꝰ:
oremus vt perueniamus ad regnum: p̃stante
dño nostro iesu christo: qui viuit ⁊ regnat cũ
patre ⁊ spũsancto deus: per omnia secula se-
culorum: Amen.

### In eadẽ dñica: De heliseo: Ser. II Sermo CC.VI. A

SIcut de beato helia diximꝰ frẽs cha-
rissimi q typũ habuerit dñi saluato-
ris: ita ⁊ sctm heliseũ cõfident ⁊ secu-

oculos ad celum audebat leuare. Nō enim habebat cū qua substantia leuaret oculos suos homo peccator. Attendebat ad inanitatem suam: sed plenitudinē dñi cognoscebat. Nouerat se ad fontem venire sitientē: Aridas fauces ostēdebat: pie vbera implenda pulsabat: Dñe inquit: tundens pectus: oculos deijciens in terrā: ꝓpitius esto mihi

peccatori. Dico ego: q: iam ex aliqua parte
diues erat: cū iſta cogitabat ⁊ petebat. Naꝫ
ſi adhuc omnimodo paup erat: huius cōfeſ/
ſionis gemmas vnde pferebat? Sed tamen
abundatior ⁊ plenior de templo deſcēdit iu/
ſtificatus. Ille autē phariſeus ad orationeꝫ
aſcēdit: ⁊ nihil rogauit. Aſcēderūt inquit ad
templū adorare. Iſte rogat: ille non rogat.
Sed ille vnde orat? Sunt q ſe diuites putāt
nihil habētes. Dn̄e inquit grās tibi ago qa
non ſum ſicut ceteri homies: Iniuſti: rapto/
res: adulteri: ſicut etiā hic publicanus. Ieiu
no bis ī ſabbato: decimas do omniū q̄ poſ/
ſideo. Iactauit ſe: ſed inflatio eſt iſta: nō ple
nitudo. Diuitē ſe putauit nihil habēs: pau/
perem ſe ille cognoſcit iam aliquid habens.
Ut nihil aliud dicā: habebat ipſā confeſſio-
nis pietatē. Et deſcēderūt ambo. Sed iuſti/
ficatus inquit publicanus ille magis q̄ ille
phariſeus: Quia oīs q ſe exaltat hūiliabit: ⁊
qui ſe humiliat exaltabit.

Item in eadem dn̄ica: Homelia de eo qđ ſcriptum eſt in euangelio
Matth.7. ſm̄ Mattheū: Attendite a falſis p/
phetis qui veniunt ad vos ⁊c̄. que
habet in libro.ij. de ſermone dn̄i in
mōte. ca.xxvij. et.xxviij. Et inter ſer-
mones de Uerbis dn̄i.xij.

Dominica nona: De timore dn̄i et
Sermo CC.XIII. vera humilitate: Sermo I

A Quid pppheta ⁊ pſalmiſta: qui teſte
ſcriptura: ſm̄ cor dei electꝰ fecit om/
nes volūtates eiꝰ: Ipſe fratres cha/
riſſimi quid creator noſter in his appetat et
Ps.112. diligat quodā loco oſtēdit: ita dicēs: Quis
ſicut dn̄s deus noſter: qui in altis habitat: ⁊
humilia reſpicit in celo et in terra? Si ḡ dn̄s
altiſſimus cuiꝰ excellentie et magnitudinis
non eſt finis: in omni creatura ſua: et ea que
in ſupnis: ⁊ ea que in infimis eſt conſtituta:
in angelis videlicet ⁊ in hominibꝰ humilita
tem conſiderat ⁊ pbat: quātū neceſſe eſt no/
bis humilitati ſemp ſtudere: ipſamq; in om/
nibus cōſeruare: vt ſic placeamus conditori
noſtro? Quāta aūt ſit vere humilitatis vir/
tus: facile ex verbis domini agnoſcit: qui vt
Luce.14.et 18. ſuperbiā phariſeoꝝ damnaret: dixit: Om/
nis qui ſe exaltat humiliabit: ⁊ qui ſe humi/
liat exaltabit. Humilitatis quippe paſſibus
ad celi culmina conſcendit: quia deus excel/
ſus non ſupbia ſed humilitate attingit. De
quo dictum eſt: Deus ſuperbis reſiſtit: hu/ Jacobi.4.
milibus autē dat gratiā. Unde ⁊ in pſalmis
dicit: Excelſus dominꝰ ⁊ humilia reſpicit: et Ps.137.
alta a longe cognoſcit. Alta poſuit p ſuper-
bis. Hūilia vero reſpicit vt attollat: alta: id ē
ſuperba cognoſcit vt deijciat. Diſcamus hu
militatē p quaꝫ deo ppinquare poterimus:
ſicut ipſe in euangelio ait: Diſcite a me quia Matth.11.
mitis ſum et humilis corde: ⁊ inuenietis re-
quiem animabus veſtris. Per ſuperbiā mi/ B
rabilis angelorū creatura cecidit de celo: p
humilitatem dei fragilitas humane nature
aſcendit in celum. Honeſta eſt eīm inter ho/
mines humilitatis ꝯſuetudo: ſicut ſalomon
ait: Ubi fuerit ſuperbia: ibi erit ⁊ ꝯtumelia: Prouer.11.
vbi autem humilitas: ibi ⁊ ſapientia. Item
alius ſapiens: Quanto inquit maior es: tā/ Eccli.3.
to humilia te in omnibꝰ: et coram deo inue/
nies gratiam. Item deus per pphetam ait:
Ad quem autē reſpiciā: niſi ad humilem et Eſa.66.
quietū ⁊ trementē verba mea? Quicūq; hūi
lis ⁊ quietus nō fuerit: non poteſt in eo habi
tare gratia ſpūſſancti. Deus humilis factus
eſt noſtre ſalutis cauſa: erubeſcat homo ſu/
perbus eſſe. Quātū humilitate inclinat cor
ad ima: tantū proficit i excelſo. Qui eīm hu/ C
milis erit: exaltabit in gloria. Primus hu/
militatis gradus eſt: veritatis ſermonē hu/
militer audire: memoriter retinere: volūta/
rie pficere. Eā quippe quā non inuenerit hu/
milē veritas fugit mentē. Quanto quis hu/
milior erit de ſeipſo: tanto maior erit in con/
ſpectu dei. Superbus vero quanto glorioſior
apparet inter homines: tanto deiectior erit
ante deum. Qui enim ſine humilitate bona
opera agit: in ventū puluerem portat. Item
ſcriptura dicit: Quid ſuperbit terra ⁊ cinis: Eccli.10.
dum vento ſupbie diſpergit: qđ ieiunijs et
elemoſynis cōgregare videt? Noli o homo
in virtutibus gloriari tuis: quia alterum ha
biturus eris iudicē nō teipſum. In cuiꝰ con/ 1.Petri.5.
ſpectu teipſum in corde tuo ſtudeas hūilia-
re: quatenꝰ ille te exaltet in tēpore retributi/
onis ſue. Deſcēde vt aſcēdas: humiliare vt
exalteris: ne exaltatꝰ hūilieris. Qui eīm ſibi
vilis videt eſſe: ante deū pulcher ē. Qui ſibi
diſplicent: deo placent. Eſto igit paruus in
oculis tuis: vt ſis magnꝰ in oculis dei. Tan
to eīm eris apud deū p̄cioſior: quanto fueris
ante oculos tuos deſpectior. In ſummo bo-

noře:ſumma tibi ſit hũilitas. Honoris laus
D eſt:hũilitatis virt⁹. Sed hãc vere hũilitatis
virtutẽ nemo ſine timoꝛe dei habere põt:qa
eoꝝ neuter ſine altero eſſe põt. Quid aũt ti/
Eccl.1. moꝛ dei efficiat:frẽs audite: Initiũ ſapiẽtię
timoꝛ dñi. Magna eſt cautela peccati:dei ꝓ
ſentiã timere. Qui pfecte deum timet:dili
Abi.5. genter ſe a peccatis cuſtodit. Timẽti deũ in
nouiſſimo die bñ erit:ꝛ merces eius i ęternũ
pmanet. Qui erubeſcit in conſpectu homĩs
peccare: quãtomagis dignũ ẽ q erubeſcat i
cõſpectu dei iniquitatẽ agere: qui nõ ſolum
Eccl.2. opa:ſed ꝛ coꝛda cõſiderat? Qui timoꝛe ſan
cto deũ metuũt: inquirũt q̃ beneplacita ſũt
E illi. Alius eſt timoꝛ filioꝝ: alius ẽ timoꝛ ſer/
uoꝝ. Serui eñ ꝓpter toꝛmẽta dños timẽt:
filij vo propter amoꝛẽ patres timẽt. Si filij
dei ſum⁹: timeam⁹ eũ ex charitatis dulcedi/
Eccl.18 ne:nõ de timoꝛis amaritudine. Homo ſapi/
ens i omnib⁹ deũ metuit opibus ſuis: ſciẽs
ſe eius nunq̃ ꝓſentiã effugere poſſe:ſicut pſal/
Ps.138. miſta deo dicit: Quo ibo a ſpũ tuo:ꝛ q̃ a fa
cie tua fugiã? Itẽ: Quia neq̃ ab oriẽte neq̃
ab occidẽte: ſubaudit: patet locus fugienti
deũ. Qui timet dñm accipiet doctrinã ei⁹:
ꝛ qui vigilauerint in mãdatis eius:inueniẽt
bñdictionẽ ſempiternã. Timẽtis deũ beata
eſt aĩa:ꝛ a tẽptatõe diabolica tuta remanet.
Prouer.28. Beatus hõ qui ſemp eſt pauidus:et cui do/
natũ eſt dei timoꝛẽ ſemp ante oculos habe/
re. Qui timet dñm recedit ab itinere prauo:
ꝛ ad ṽtutũ ſemitã vias ſuas dirigit. Timoꝛ
dei repellit pctã:ꝛ adijcit ṽtutes. Timoꝛ cau
F tũ facit hoiem:ꝛ ſollicitũ ne peccet. Ubi vo
timoꝛ dei nõ eſt: ibi diſſolutio vitę eſt. Qui
deũ in ꝓſperis nõ timet:timeat vl' in aduer/
Ps.111. ſis:refugiat ad illũ qui flagellat ꝛ ſanat. Be
atus vir q̃ timet dñm:in mãdatis eius cupit
nimis. Timoꝛ dei timoꝛẽ expellit gehennę:
qꝛ facit hoiem peccatũ cauere:et iuſticię opa
augere. Poſt hęc ad illũ ꝑueniet timoꝛẽ qui
Ps.18. dicit ſanct⁹: ꝛ pmanet in ſęculũ ſęculi: qꝛ eſt
i dilectiõe. Sic ergo frẽs timeam⁹ deũ vt di
1.Joh.4. ligam⁹ eũ:qꝛ pfecta charitas foras mittit ti/
moꝛẽ ſeruilẽ:atq̃ ita abundantiã hr̃e poſſu/
mus ſecuritatis ꝛ plenitudinẽ omniũ bono
Ps.33. rũ. Unde et ꝓpheta ait: Timete dñm oẽs
ſancti eius:qm̃ nihil deeſt timẽtib⁹ eũ. Diui
tes eguerũt ꝛ eſurierũt:inquirẽtes aũt dñm
G nõ minuent omni bono. Quapꝛopter obſe/
cro vos dilectiſſimi:vt timoꝛẽ dei ſemp ante
mentis veſtrę oculos habeatis:ꝛ obliuionẽ
ꝓceptoꝝ dei oĩno fugiatis:illud q̃ ſedulo co
gitetis:q̃liter timentes deũ:ꝛ mãdatis eius
obediẽtes:ad vitã vadũt ꝑpetuã:cõtemnẽ/
tes vo ꝛ ꝓcepta eius ſpernẽtes in pęnã ibũt
ęternã:hũilitatẽq̃ verã in coꝛde vr̃o int⁹ ha
beatis: ſicq̃ eã nõ ficte moꝛib⁹ corã ꝓximis
vr̃is inſinuetis: vt ꝛ ipſi bonis exemplis ve/
ſtris inſtructi gloꝛificent deũ:ꝛ vobiſcũ ęter/
nã in cęlis ſtudeant pcipere remunerationẽ:
ꝓſtante domino noſtro ieſu chꝛiſto:qui viuit
ꝛ regnat.

## In eadem dominica: De timoꝛe domini: Sermo II

Sermo CC.XIIII.

A n On dubito dilectiſſimi fratres inſi/
tum eſſe coꝛdibus vr̃is timoꝛeʒ dei:
quo ad verã et ſolidam foꝛtitudinẽ
ꝑducamini. Cum eñ foꝛtis ille dicat qui ne/
mine timet: ꝑuerſe foꝛtis ẽ qui ꝑmo deũ nõ
vult timere: vt timẽdo audiat: audiẽdo dili
gat:ꝛ diligẽdo nõ timeat. Tũc erit vere foꝛtiſ/
ſimus:nõ ſupba duricia:ſ; cura iuſticię. Sic
etiã ſcriptũ ẽ: Timoꝛ dñi: ſpes foꝛtitudinis.
Cũ eñ timet pęna quã minat: diſcit amare Prouer.14.
ꝓmiũ qḋ pollicet: ac ſic ꝑ timoꝛẽ pęnę bona
vita retinet. Per bonã vitã bona cõſcia cõ/
parat: vt ꝑ bonã cõſcientiã nulla pęna time
atur. Quapꝛopter diſcat timere:qui nõ vult
timere. Diſcat ad tempus eſſe ſollicit⁹: qui
ſemp vult eſſe ſecurus. Ut eñ dixit iohan/ B
nes: Timoꝛ nõ eſt in charitate: ſed perfecta 1.Joh.4.
charitas foras mittit timoꝛeʒ. Dixit ſane et
veraciter dixit. Si ꝗ hr̃e nõ vis timoꝛẽ: ꝑus
vide vtrũ iam pfectã habeas charitatẽ quę
foras mittit timoꝛẽ. Si vo ante iſtã pfectio/
nem timoꝛ excludit: ſupbia inflat: charitas
ędificat. Nã ſic i bona valitudine fames nõ
faſtidio ſed cibo pellit: ita in bona mente ti/
moꝛ nõ vanitate ſed charitate pellẽdus eſt.
Diſcute itaq̃ cõſciẽtiã tuã: quiſq̃s timere iã
nõ vis. Noli ſupficie cõpalpare: deſcende in
te:penetra interioꝛa coꝛdis tui. Rimare dili
gẽter: vtrũ nulla ibi vena venenatã tabifi/
cũ amoꝛẽ ſęculi ſugat et ſoꝛbeat: vtrũ nulla
carnalis voluptatꝰ mouearis ꝛ capiaris ille/
cebra:nulla inani iactantia tumidus extol/
laris: nulla cura vanitatis exęſtues: ſi iam
iniquitatis diligẽtia nõ fatigat:vtrũ ęqualĩ
tatis negligentia nulla ſurrepat. Si hęc ita
ſunt:recte gaudes eſſe te ſine timoꝛe. Exclu/
ſerit eũ charitas dei quę diligis ex toto coꝛ/ Matth.22.

de: ⁊ ex tota anima: et ex tota mente tua: excluſerit eū ⁊ charitas ꝓximi: quē diligis tanꝙ teipſum. Et ideo ꝓ illo ſatagis: vt etiā ipſe tecū ex toto corde: ex tota anima: ex tota mēte diligat deū: quia nō aliter recte diligis et teipſum: niſi quia ſic diligis deū vt non propterea minus eū diligas: ꝙ conuerteris vel
C ad teipſum. Si autē ꝙuis intra teipſum nulla irritaris cupiditate: qđ quidē de ſe quis audeat gloriari: tamē ſi teipſū in teipſo diligis: ⁊ de teipſo tibi places: hoc ipſum vehemētius timere debes: quia nihil times. Nō eñ quacūꝗ dilectiōe foras mittēdus eſt timor: ſed recta dilectione qua tota diligimꝰ deum: et propterea ꝓximū: vt ſic ⁊ ipſe diligat deū. Se autē in ſe diligere: ⁊ ſibi placere nō eſt iuſticię charitas: ſed ſupbię vanitas. Ac ꝑ hoc apl'us iuſta rephenſione percuſſit
1. Joh. 4. ſeipſos amātes ⁊ ſibi placentes. Perfecta ḡ
D charitas foras mittit timorē. Sed ea dicenda eſt charitas: que nō eſt vilitas. Quid aūt vilius ꝙ̄ homo ſine deo? Ecce quid amat q̄ ſeipſum non in deo ſed in ſeipſo amat? Re
Ro. 11. cte huic dicit̄: Noli altū ſapere: ſ3 time. Qui eñ altū ſapit ⁊ ideo nō timet: vtiꝗ ꝑnicioſe nō timet. Neꝗ eñ mitis ⁊ pius eſt: qui ſeipſum in ſeipſo amat ⁊ laudat: ſed elatus ⁊ fe
Pſ. 33. rox non nouit dicere: In deo laudabit̄ aīa mea: audiant mites ⁊ letent̄. Quid eñ boni amat: qui forte hocipſum ꝓpter hocipſum amat nihil timere? Pōt eñ hoc ſibi pſuadere: nō ſanitate ſed īmanitate. Verbi gratia: Eſt aliquis audaciſſimꝰ latro: quāto ꝑuerſe fortior: tanto ꝑiculoſe crudelior. Qui ꝓpter ipm amorē ſuū q̄ amat nihil timere: ingētia facinora moliat̄: vt qđ amat exerceat: et exercēdo corroboret: Quāto eiꝰ fuerit maiora cōmiſſa: tāto maior erit nō timētis audacia. Nō hoc ḡ ꝓ magno bono amandū eſt: qđ ⁊
E in homīe peſſimo inueniri poteſt. Quapro
1. Joh. 4. pter timeat chriſtianus anteꝙ̄ pfecta charitas foras mittat timorē: Credat ⁊ intelligat
2. Cor. 5. Sap. 9. ſe pegrinari a dño: ꝙdiu viuit in corpore qđ corrumpit̄ ⁊ aggrauat animā. Tanto minor ſit timor: quāto patria quo tendimꝰ ꝓpior. Maior eñ timor debet eſſe pegrinantiū: minor ꝓpinquātiū: nullus ꝑuenientiū. Sic ⁊ timor ꝑducit ad charitatē: ⁊ ꝑfecta charitas foras mittit timorē. Timeat aūt chriſtianꝰ nō
Luc. 12. eos qui corpus occidūt et poſtea nō habent quid faciāt: ſed eum qui habet poteſtatē et corpus ⁊ animā in gehennā ignis occidere.
F Eſt autē alius timor dñi caſtus ꝑmanens in ſeculū ſeculi. Pſ. 18. 1. Joh. 4.
Nō ergo eū ꝑfecta charitas foras mittit: Alioquin nō ꝑmaneret in ſeculū ſeculi. Nec fruſtra cū dictū eēt: Timor domini: additum eſt: caſtus: atꝗ ita ꝯiunctū eſt: ꝑmanens in ſeculū ſeculi. Quare: niſi ꝗr ille timor quē foras charitas mittit: ꝓpterea pſigit animā ne amittat̄ aliquid qđ in creatura diligit̄: vel ipſa ſalus et requies corporalis: aut aliquid tale poſt mortē? Propterea eñ timent̄ ⁊ apud inferos pęnę ⁊ dolores ac tormenta gehennaꝝ. Cum vō cauet anima ne deus illā deſertꝰ deſerat: timor eſt caſtus ꝑmanens in ſeculū ſeculi. De quo latius dicerem: niſi ſermo iam longior et meis ſenilibꝰ viribus: ⁊ veſtrę fortaſſe ſatietate parcere cogeret.

## Item in eadem dñica: Homelia de eo qđ ſcriptum eſt in euangelio ſm Lucam: Quidā homo erat diues q̄ habebat villicū ⁊c. que habet inter ſermones de Verbis dñi. xxxv. Luc. 16.

## Dñica decima: De chriſtiano nomine: Sermo I — Sermo CC.XV.

A
Rogo vos fratres chariſſimi vt attētius cogitemus quare chriſtiani ſumus: ⁊ crucē chriſti in fronte portamus. Scire eñ debemꝰ ꝙ nō nob ſufficit ꝙ nomē chriſtianū accepimus ſi opera chriſtiana nō fecerimꝰ: ſic ipſe dñs in euāgelio dixit:
Quid ꝓdeſt ꝙ dicitis mihi: Dñe dñe: ⁊ non Luc. 6.
facitis que dico? Si te militem chriſtianū dicas: ⁊ iugiter cruce chriſti te ſignes: ⁊ elemoſynā ſm vires tuas nō feceris: charitatem et iuſticiā vel caſtitatē habere nolueris: nihil tibi ꝓdeſſe poterit chriſtianum nomē. Magna res ē ſignū chriſti ⁊ crux chriſti: ⁊ ideo de iſto tam ꝑcioſo ſignaculo res magna ⁊ ꝑcioſa ſignari debet. Quid eñ ꝓdeſt ſi de anulo aureo ſigillum facias: ⁊ putridas paleas intus recondas? Quid ꝓdeſt ſi ſignū chriſti in fronte ⁊ in ore geſtamus: ⁊ intꝰ in anima crimina ⁊ peccata recōdimus? Qui enim male cogitat: male loquit̄: male operat̄: ſi ſe emēdare noluerit: quādo ſe ſignat: peccatū illiꝰ
nō minuit̄ ſed auget̄. Multi enim dum ad In li. 50. homel. 21. a
furtū aut ad adulteriū vadunt: ſi pedem im

pegerint ſignant ſe: ꝛ tamẽ de malo ope re non reuocant ſe: et neſciunt miſeri q̄ includũt in ſe magis demones ꝙ exclu dunt. Qui autẽ a ſe cum dei adiutorio vitia ꝛ peccata repellit: et quod bonum eſt cogitare ſimul ꝛ implere cõtenderit: iuſte ſignum crucis labijs ſuis apponit: quia talia opera conatur agere que ſi-
B gnum chriſti mereant̄ accipere. Et quia
1.Cor.4. ſcriptũ eſt: Regnũ dei nõ eſt in ſermo-
Jacobi.2. ne ſed in virtute. Et iterum: Fides ſine operibus mortua eſt: vt nomen chriſtianum non ad iudiciũ ſed ad remediũ habeamus: cõuertamus nos ad opera bona dum in noſtra ſunt poteſtate remedia. Et vt hec deo auxiliãte poſſitis implere: pacem ꝛ ipſi habete: ꝛ eos qui diſcordes ſunt ad cõcordiã reuocate: Mendacium fugite: periurium velut mortem ꝑpetuam nolite facere. Ante omnia ſicut iam ſupra dictum eſt: ſcd̃m vires veſtras elemoſynam pauperibus exhibete: oblationes que in altario conſecrent̄ offerte. Erubeſcere debet homo idoneᵒ ſi de aliena oblatione communicauerit. Qui poſſũt aut cereolos aut oleum q̄d in cicindelibus mittat̄ exhibeãt. Symbolum vel orationem dominicã et ipſi tenete: et filijs veſtris oſtendite. Nam neſcio qua fronte ſe chriſtianum dicat: qui paucos verſus ĩ ſymbolo vel ĩn ora-
De cõſe.diſ. tione dominica parare diſſimulant. Fi-
4.vos añ oĩa lios quos in baptiſmo excipitis: ſcitote vos fideiuſſores pro ipſis apud deum extitiſſe. Et ideo tam illos qui de vobis nati ſunt: ꝙ illos quos de fonte excipitis ſemper caſtigate atqꝫ corrigite: vt caſte ꝛ iuſte et ſobrie viuat. Et vosipſi ita agite: vt ſi vos filij veſtri imitari voluerint: non vobiſcum in igne ardeant: ſed ſimul vobiſcum ad premia eterna per-
C ueniant. Qui cauſas audiunt iuſte iudi
Ps̄.14. cent: nec munera ſuper innocentes acci-
Exo.23. piant: quia munera excecant corda ſapi
Ecci.20. entum: ꝛ immutant verba iuſtorum: ne forte dum acquirunt pecuniam perdant animã ſuã. Nemo eñi habet iniuſtũ lucrum ſine iuſto damno. Ubi lucrum: et ibi damnũ. Lucrum ĩ arca: damnum in conſcientia. Nullus ſe inebriet: nemo in conuiuio ſuo cogat alium amplius bibere ꝙ oportet: ne per ebrietatem et ſuam et illius animã perdat. Omni die dominico ad eccleſiam cõuenite. Si enim infelices iudei tanta deuotione celebrant ſabbatum vt in eo nulla opera terrena exerceant: quãtomagis chriſtiani in die dominico ſoli deo vacare ꝛ ꝓ anime ſue ſalute debent ad eccleſiam conuenire? Quando ad eccleſiam conuenitis: pro peccatis veſtris orate. Nolite rixas cõmittere: nolite lites et ſcandala concitare. Qui ad eccleſiam veniens hec fecerit: ibi ſe litigando vulnerat vbi ſe orando ſanare potuerat. In eccleſia ſtantes nolite verboſari: ſed lectiones diuinas patienter audite. Qui enim in eccleſia verboſari voluerit: et pro ſe et pro alijs redditurus eſt rationem: dum verbum dei nec ipſe audit nec alios audire permittit. Et decimas de fructibus veſtris eccleſijs reddite. Qui fuit ſuperbus ſit humilis: qui erat adulter ſit caſtus: qui ſolebat furtum facere: vel res alienas inuadere: etiam de propria ſubſtantia incipiat paupibus erogare. Qui fuit inuidus ſit beniuolus. Qui fecit iniuriam: cito veniam petat. Cui iniuria facta eſt cito dimittat. Quotiens aliqua infirmi D
tas ſuperuenerit: corpᵒ et ſanguinẽ chriſti ille q̄ egrotat accipiat: et inde corpuſculum ſuum vngat: vt illud quod ſcriptũ eſt impleatur in eo: Infirmatur aliquis Jacobi.5.
inducat preſbyteros et orent ſuper eum vngentes eum oleo: et oratio fidei ſaluabit infirmũ: ꝛ alleuiabit eũ dominᵒ: et ſi in peccatis ſit: dimittent̄ ei. Uidete fratres: quia qui in infirmitate ad eccleſiam cucurrerit: ꝛ corporis ſanitatem recipere ꝛ peccatorum indulgentiã merebitur obtinere. Cum ergo duplicia bona poſſint in eccleſia inueniri: quare per p̄cãtatores: ꝑ fontes ꝛ arbores ꝛ diabolica filateria: per characteres et aruſpices ꝛ diuinos vel ſortilegos multiplicia ſibi mala miſeri homines conantur inferre? Sicut iam ſupra diximus filios et omnes familias veſtras admonete fra-

tres ſemper: vt caſte ⁊ iuſte ac ſalubriter
viuant: Nec ſolū eos verbis ſed etiā ex/
E emplis ad bona opera prouocate. Ante
omnia vbicunq; fueritis: ſiue in domo:
ſiue in itinere: ſiue in conuiuio: ſiue in
cōſeſſu: verba turpia ⁊ luxurioſa nolite
ex ore vr̄o ꝓferre: ſed magis vicinos et
ꝓximos veſtros iugiter admonete: vt
ſemper quod bonum eſt ⁊ honeſtum lo/
qui ſtudeant: ne forte detrahendo: male
loquēdo ⁊ in ſanctis feſtiuitatibus cho/
ros ducendo: cantica luxurioſa ⁊ turpia
ꝓferendo de lingua ſua: vnde debuerāt
deum laudare: inde ſibi vulnera videā/
tur infligere. Iſti enim infęlices ⁊ miſeri
homies q̄ ballationes ⁊ ſaltatiōes ante
ipſas baſilicas ſanctorum exercere nec
metuunt nec erubeſcunt: Et ſi chriſtiani
ad eccleſiam venerint: pagani de eccle/
ſia reuertunt: q2 iſta cōſuetudo ballan/
di de paganorum obſeruatione reman/
ſit. Et iam videte qualis eſt ille chriſtia/
nus qui ad eccleſiam venit orare: et ne/
glecta oratiōe: ſacrilega verba pagano/
rum non erubeſcit ex ore proferre. Vi/
dete tamen fratres chariſſimi: ſi iuſtum
eſt vt ex ore chriſtianorum vbi corpus
chriſti ingreditur: luxurioſum canticum
Tobie.4. quaſi venenum diaboli proferat? Ante
Matth.7. omnia quicquid vultis vobis ab alijs
fieri: hoc alijs facite. Qđ vobis ab alijs
non vultis fieri: nulli alij feceritis. Quā
rem ſi volueritis implere: ab omni pec/
cato poteſtis veſtras animas liberare:
q2 ⁊ q̄ litteras non nouit: iſtas duas ſen
tentias memoriter teneat: ⁊ cum dei ad/
iutorio operib9 et pōt et debet implere.
Et licꝫ credā ꝙ illa infęlix conſuetudo q̄
de paganorū prophana obſeruatiōe re/
manſit: iam nobis caſtigantibus et de
locis iſtis fuerit deo inſpirante ſublata:
tamē ſi adhuc agnoſcatis aliquos illam
ſordidiſſimam turpitudinem de hinni/
cula vł ceruula exercere: ita duriſſime ca
ſtigate vt eos pœniteat rem ſacrilegam
F cōmiſiſſe. Et ſi quādo luna obſcurat ad/
huc aliquos clamare cognoſcitis: ⁊ ipſos
admonete denunciantes eis quod gra/
ue ſibi peccatum faciunt: quando luna
quę deo iubente certis temporibus ob/
ſcuratur: clamorib9 ſuis a maleficijs ſa/
crilego auſu ſe defenſare poſſe confidūt.
Et ſi adhuc videtis aliquos: aut ad fon/
tes: aut ad arbores vota reddere: ⁊ ſicut
iam dictum eſt: ſortilegos etiam et diui/
nos vel precantatores inq̄rere: filiateria
etiam diabolica et characteres aut her/
bas vel ſuccos ſibi aut ſuis appendere:
duriſſime tanta eorum peccata increpā/
tes dicite: quia quicunq; fecerit hoc ma
lum: perdit baptiſmi ſacramentum. Et
quia audiuimus quod aliquos viros
vel mulieres ita diabolus circūueniat:
vt quinta feria nec viri opera faciant:
nec mulieres lanificium: coram deo et
ſanctis angelis eius conteſtamur: quia
quicunq; hoc obſeruare voluerint: niſi ꝑ
prolixam et duram pœnitentiam tale ſa/
crilegium emēdauerint: vbi arſurus eſt
diabolus ibi et ipſi damnādi ſunt. Iſti
em̄ infęlices ⁊ miſeri qui in honore iouis
q̄nta feria opera non faciunt: non dubi/
to ꝙ ipſa opera die dominico facere nec
erubeſcunt nec metuant. Et ideo quoſ/
cunq; tales eſſe cognoueritis: duriſſime
caſtigate. Et ſi ſe emendare noluerint:
nec ad colloquium nec ad conuiuium
veſtrum eos venire permittite. Si vero
ad vos pertinent: etiaꝫ flagellis cędite:
vt vel plagam corporis timeant: qui de
animę ſuę ſalute non cogitant. Nos em̄
fratres chariſſimi cogitantes periculum
veſtrum paterna vos ſollicitudine ad/
monemus. Si nos libenter auditis et
nobis facietis gaudium: et vos fęliciter
peruenietis ad regnum. Quod ipſe pręſ/
tare dignetur: qui cum patre et ſpiritu
ſancto viuit et regnat in ſecula ſeculo/
rum: Amen.

## In eadem dominica: De chri/ſtiano nomine: Sermo. II

Sermo CC.XVI

A Audeamus fratres chariſſimi: g et deo gratias agimus: quia ſm deſideria noſtra vos incolumes inuenire meruimꝰ. Et vere fratres: iuſte et merito pater gaudet quotiens filios ſuos et corpore ſanos et in dei timore deuotos inuenerit. Et quia tam de veſtra ꝙ de noſtra ſalute duplicatum nobis gaudium nunc pietas diuina conceſſit: quod ad ꝑfectum animarũ veſtrarum pertinet debemus charitati veſtrę ſuggerere. Oportet fratres chariſſimi vt tota mentis intentione inq̃rere vel intelligere ſtudeamus quare chriſtiani ſumus: et quare crucem chriſti in fronte portamus. Agnoſcite et intelligite fratres: ꝙ nõ ideo chriſtiani facti ſumus vt de iſta tm̃ vita ſolliciti ſimus. Sicut enim di-
1. Cor. 15. cit apoſtolus: Si enim in hac vita tantũ in chriſto ſperãtes ſumus: miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Qui enim non cogitat niſi de iſta tantũmodo vita: animalibus et pecoribus ſimilis eſt. Quid em̃ querunt animalia: niſi mãducare: bibere: luxuriari: et dormire? Tales ſunt qui plus cogitant de carne ſua ꝙ de anima: qui plus diligunt gulam et luxuriam ꝙ caſtitatem atq; iuſticiam. Scire debetis fratres chariſſimi: quoniam ideo chriſtiani facti ſumus: vt ſemper de futuro ſeculo: et de eterno premio cogitemus: Et plus pro anima ꝙ pro corpore laboremus: quoniam caro noſtra paucis annis erit in mundo: anima autem noſtra: ſi bene agimus: ſine fine regnabit in celo. Si vero qđ deus non patiatur: ſi mala opera exerceamꝰ: et plus pro carnis luxuria ꝙ pro ſalute anime laboremus: timeo ne quãdo boni chriſtiani cum angelis accipiuntur in vitam eternã: nos qđ abſit ꝓcipitemur
B in gehennam. Nõ nobis ſufficit fratres ꝙ chriſtianum nomen accepimus ſi bona opera non fecerimus chriſtiana. Illi enim ꝓdeſt ꝙ chriſtianus dicit: qui caſtitatem diligit: ebrietatem fugit: ſuperbiam deteſtat: inuidiam velut venenũ diaboli reſpuit. Ille vere chriſtianus eſt qui furtum non facit: qui falſum teſtimoniũ non dicit: qui nec mentitur nec periurat: qui adulterium non cõmittit: qui ad eccleſiam frequẽtius venit: qui de fructibus ſuis non guſtat niſi prius ex ipſis deo aliquid offerat: qui decimas annis ſingulis erogandas pauperibus reddit: qui ſacerdotibus ſuis amorem impendit: qui omnes homines ſicut ſeipſum diligit: qui nullum hominẽ odio habet. Ille vero non ſolum chriſtianus eſt: ſed ipſe chriſtus in illo habitat: qui ſtateras doloſas et menſuras duplices velut gladium diaboli pertimeſcit. Ille bonus chriſtianus eſt: qui quando ad eccleſiam venit: et oblationem que in altario mittatur exhibet: et pauperibus ſcđm ꝙ vires habet argentum porrigit aut buccellam: Qui peregrinos ĩ domũ ſuam excipit: Qui hoſpitibus pedes lauat: Qui non ſolum lites non concitat: ſed etiam diſcordes ad concordiã reuocat: Qui maioribꝰ et parẽtibus honorẽ et amorẽ vere charitatis impendit: Qui et ipe caſte viuit: et filios vł vicinos ſuos vt caſte et ſobrie viuãt: et vbis admonet: et exẽplis docet. Ille bonꝰ chriſtianus eſt: q̃ quotiẽs ſancte ſolẽnitates veniũt: vt ſecuriꝰ cõmunicet ante plures dies caſtitatẽ cũ ꝓpria vxore cuſtodit: vt ſincera et ſecura cõſcientia ad altare domini caſto corpore et mundo corde preſumat accedere: Qui ſymbolũ et orationem dominicam memoriter tenet: et filios vel filias ſuas vt ipſi teneant fideliter docet. Ecce audiſtis fratres quales ſint chriſtiani boni. Et ideo quãtum poſſumus cũ
C dei adiutorio laboremus vt nomen chriſtianum non ſit falſum in nobis: nec in nobis chriſti ſacramenta patiantur iniuriam: ſed ſemper opera chriſtiana et cogitemus in corde et impleamus in opere. Nam ille chriſtianus qualis eſt: qui vix aliquando ad eccleſiam venit: et quando venerit non ſtat vt oret pro peccatis ſuis: ſed vt cauſas dicat: aut lites et rixas cõcitet: et ſi locum inuenerit vſq; ad vomitum bibit: et poſt ꝙ ſe inebriauerit ſurgit quaſi phreneticꝰ et inſanus diabolico more ballare et ſaltare: et incipit vba

turpia ⁊ amatoria vel luxurioſa cantare. Iſte talis nõ dubitat furtum facere: adulterium non timet admittere: falſum teſtimoniũ dicere: maledicere: periurare. Siue viri ſiue mulieres qui talia opera faciunt: non ad remedium ſed ad iudicium: chriſtianum nomen et baptiſmi ſacramenta ſuſcipiunt: ⁊ niſi pęniten-
D tiam egerint: in ęternum peribũt. Ecce fratres oſtendimus vobis quales ſint chriſtiani boni: et quales ſint mali. Et ideo quos bonos videtis: imitamini: quos vero malos eſſe cognoſcitis: caſtigate ſemper: increpate: corrigite: vt de profectu veſtro ⁊ de illorum perfectione duplicem mercedem habere poſſitis. Qui ergo boni ſunt: caſti: ſobrij: humiles ⁊ benigni: deo auxiliante pſeuerent in operibus ſuis bonis. Qui vero opera mala faciunt: cito ſe corrigant anteꝗ̃ illorũ animę de hac luce diſcedant: quoniam ſi ſine pęnitentia mortui fuerint non veniũt ad vitam ſed pręcipiant̃ ad mortem. De qua pęna nos pius dominus liberare dignetur: qui cum patre et ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat deus in ſęcula ſeculorum: Amen.

Prouer.31. Sermo CC.XVII.

## Dominica vndecima: de eo qđ ſcriptũ eſt: Mulierem fortem quis inueniet ⁊c. Sermo I

A Eccleſia catholica fratres chariſſimi non ſolum poſt aduentum domini ⁊ ſaluatoris noſtri prędicata eſt: ſed etiam ab initio mundi multis figuris et ſacramentis ſecretioribus deſignata. Naz ⁊ in ſancto abel eccleſia catholica fuit: ⁊ in noe: ⁊ in abraham: et in reliquis vſqꝫ ad aduentum domini ſaluatoris. De ipſa enim ait ſalomon: Mulierẽ fortem quis inueniet? Quod dixit: quis inueniet: difficultatem inueniendi non impoſſibilitatez oportet intelligi. Mulier iſta fortis: eccleſia eſt. Quomodo nũc eſt fortis quę ab initio mundi tantis tribulationibus fatigat̃:
Prouer.31. ⁊ tamen non vincit̃? Mulierem fortem quis inueniet? Quis alius niſi chriſtus? Non autem eam fortem inuenit: ſed inueniendo fortem fecit. Nam vt eam inueniret: nonaginta nouem dimiſit in Matth.18.
montibus: et quęſiuit vnam quę errauerat: ⁊ humeris ſuis impoſitã ad ouile propriũ reuocauit. Lanam et linum fe- B
cit manibus ſuis. Lanificam et linificã matronam iſtam ſanctus ſermo deſcribit. Quęris forte a nobis: quid ſit lana: quid linum? Lana carnale aliqđ linũ vo ſpiritale ſignificat: quia in ordine veſtimentorũ: interiora ſunt linea veſtimenta lanea vo exteriora. Lana etiã de cõmixtione animaliũ naſcit̃: Linum vero ſine carnis voluptate de terra procreat̃: ideo caſtitatis imaginem pferre videt̃: intantũ vt ſacerdotes veteris teſtamen Exo.28.
ti ex pręcepto legis: pꝑter caſtitatis indicium: lineis fęmoralibus vterentur. Ergo in lana carnale aliqđ: in lino vero ſpiritale ſignificat̃. Pro laude etiam ponunt̃. Inuenis enim homine porrigentem manu elemoſynas pauperi: nec tamen de deo ibi cogitantẽ: ſed hominibꝰ placere cupientem: laneam veſtem quę videri poteſt: habet: interiorem lineam non habet. Inuenis alium dicentem tibi: Sufficit mihi conſcientia mea: deum colo: deum adoro: quid mihi opus ẽ ad eccleſiam ire: aut viſibiliter chriſtianis miſceri? Lineam vult habere ſine tunica. Non nouit neqꝫ commendat talia opera mulier iſta. Inuenit hęc mulier lanam et linum et fecit vtile. Multi inueniunt: ſed non faciunt vtile manibus ſuis. Cuz libenter auditis inuenitis: cũ bene viuitis facitis. Brachia ſua firma- C
uit in fuſo. De fuſo iſto quod dominus Prouer.31.
dederit: dicam: neqꝫ iſta lanificia ſunt a vitio aliena. In fuſo lanificium ſignat: in lanificio bonuz opus tanꝗ̃ caſtę mulieris et matrone impigre. Diligenter tamẽ attende in lanificio duo inſtrumẽta: colum et fuſum. In colo lana inuoluta: quę filo ducenda trãſeat in fuſum. Quod in colo inuolutũ eſt: adhuc in ſiniſtra ⁊ nonduz in fuſo eſt. Quod in fuſo collectuz eſt: iam pręteritũ eſt. Opus ergo tuum in fuſo ſit: nõ in colo. In colo enim eſt quod facturus es: et in fuſo

quod feciſti. Uide ergo ſi habes aliquid in
fuſo. Ibi enim firmant̃ brachia tua: ibi erit
fortis conſtantia tua: ibi ſecurus deo dices:
Da: quia dedi. Dimitte: quia dimiſi. Fac
quod feci. Quod pendet in colo ad fuſum
traijciendum eſt: non autem quod collectuȝ
eſt in fuſum: ad colum reuocandũ eſt. Ergo
vide quid agas: vt habeas in fuſo: vt bra/
chia tua firmes in fuſo: quod te conſoletur:
quod te confirmet: quod tibi det fiduciam
D deprecandi ꝛ ſperandi. Sequit̃: Manus ſu/ Prouer.31.
as aperuit pauperi. Eia fratres exercete la/
nificium ſanctum. Si quis habet plenũ cel/
larium: plenum horreum: Omnia iſta in co/
lo ſunt: tranſeant in fuſum. In ſiniſtra ſunt
q̃diu pauperibus non erogauerit: at vbi cę/
peris elemoſynam facere: trãſferunt̃ ad dex/
terã: ꝛ fit opus vnde veſtis fieri poſſit. Om/
nes domeſtici eius veſtiti ſunt. Nũquid de
nuditate ſeruorum ſuorum ſollicitus erit vir
eius habens coniugem talem? Quis eſt iſte
vir: niſi chriſtus: aut quę eſt cõiunx niſi eccle
ſia? Ueſtiti ſunt quotquot in chriſto bapti/
zati ſunt. Et boni ſerui ꝛ mali: veſtiti ſunt.
Non ceſſat illa mulier omnes veſtire: vt ne/
mo queratur ꝛ dicat: ideo nõ ſum bene ope/
ratus: quia non ſum bene veſtitus. Dupli/
cia pallia fecit viro ſuo. Pallia laudes ſunt:
fides ꝛ cõfeſſiones. Laudas deum: laudas
hominem. Dupliciter laudas: ꝛ ſimpliciter
laudas. Dupliciter: quia homo eſt ꝛ deus.
Simpliciter: vt non ſis fictus. Fotin⁹ a quo
heretici fotiniani appellant̃: q̃ſi ſimplex pal/
liũ fecit viro ſuo. Solũ eñ hominẽ credidit:
chriſtũ deũ colere noluit. Exiſtit alter texẽs
viro ſuo pannoſũ palliũ. Ait eñ: chriſt⁹ de⁹
eſt tñ: oino homis nihil habens: hoc mani/
chęi dicunt. Fotiniani dicunt: homo tñ eſt:
Manichęi dicũt: deus tñ eſt. Ecce de q̃li
eccleſia q̃ ꝓcioſa veſtimẽta ꝓcedunt. Et ꝓ/
ptera de illa ſcriptũ eſt: q̄ duplicia pallia fe/
cerat viro ſuo. Duplicia pallia. Confitemur
E enim deum in homine: ꝛ hominẽ in deo. De
byſſo ꝛ purpura veſtimẽta ſpiritalia ꝑpara/
uit. De byſſo candidam cõfeſſionẽ: De pur/
pura glorioſã paſſionẽ. Byſſum: cum deum
cõfitemur: agnoſcimus. Purpuras in mar/
tyribus collaudam⁹. Nos fratres quib⁹ de⁹
tñ bonũ cõferre dignatus eſt: vt nec de iu/
deis: nec de hereticis naſceremur: ſed catho
licę eccleſię filij eſſe mereremur: quãtuȝ poſ/
ſumus deo gratias referam⁹: qui nobis fidẽ
rectã: ꝛ ſibi placitam inſpirare vel inſinuare
dignat⁹ ẽ: Et totis virib⁹: q̄ fides ſine ope/
ribus nos ſaluare nõ põt. Ad ſpiritale lani/
ficium illud: noſtros aĩos ꝑparẽ⁹. Iugiter
ideo elemoſynas facientes: de colo trahere
feſtinem⁹ ad fuſum: ꝛ de ſiniſtra trãſferam⁹
ad dexterã: vt p elemoſynas pauperũ ſtolã
vnuſquiſq; noſtrũ ꝑparet in ęternũ: vt ſicut 2.Cori.5.
dicit apl̃us: in cęleſti conuiuio veſtiti ꝛ non
nudi inueniamur: ne nobis dicatur: Amice Matth.22.
quomodo huc intraſti non habens veſtem
nuptialẽ? Sed magis ab auditu malo libera/
ti: illam fęlicem ꝛ deſiderabilẽ vocem audire
mereamur: Uenite benedicti patris mei ꝑ/ Matth.25.
cipite regnum quod ꝑparatũ eſt ab origine
mundi: qḋ ipſe ꝑſtare dignet̃.

## In eadem dñica: De verbo dei audiẽdo: et muliere forti: Ser. II

Sermo CC.XVIII.

Rogo vos fratres chariſſimi: vt ſm̃ A
conſuetudinẽ fideliũ cum ſilentio et
quiete ea quę vobis ꝑdicant̃ accipi/
atis. Animus enim noſter quãdo donante
deo aliquid potuerit de lectione ſanctarum
ſcripturarũ concipere: ſpiritalem nidum in
cordibus veſtris deſiderat inuenire. Et ideo
velut caſtiſſimi turtures diuina verba ſan/
cti ſpiritus feruore in nidum cordis veſtri fo/
uere cõtendite: nec ꝑmittatis vt in vobis ſe/
men verbum dei peccatorũ frigore congele/
ſcat. Propter illud qḋ ſcriptum eſt: Abun/ Matth.24.
dauit iniquitas: refrigeſcit charitas. Eſtote
magis ſicut dicit apoſtolus: Spũ feruẽtes. Ro.12.
Quomõ enim columbę vel turtures poſtq̃
genuerint oua: ſi illa ꝑmiſerint refrigerari:
ꝑdẽt fructũ illorũ: Ita ꝛ vos ſi cõceptũ ver/
bũ dei ꝑ obliuionẽ refrigerari ꝑmittit: deſi/
rabilem fructũ habere nõ poteſtis. Preſtate
in vobis nidũ ſermonib⁹ ſanctis: ſm̃ qḋ ſcri/
ptum eſt: Turtur inuenit ſibi nidum vbi re/ Ps.83.
ponat pullos ſuos. Et quoniam nobis ſcri/ B
ptura ſalomonis cõmendat mulierem ma/
gnã: habentẽ magnũ virũ dicens: Mulierẽ
fortẽ quis inueniet? Ideo de hac ſm̃ tenorẽ
pauca q̃ deus dignat̃ ſuggerere: aurib⁹ vr̃is
cupimus intimare. Mulierẽ fortem quis in/ Prouer.31.
ueniet? Difficile eſt inuenire eam: et diffici/
le eſt neſcire eam. Nonne ipſa eſt ciuitas in Matth.5.
monte quę abſcondi nõ poteſt? Quare ergo

dictũ eſt: quis inueniet: cum dici debuerit: quis non inueniet? Sed tu ciuitatẽ in monte poſitam vides. Ut autem in mõte ponitur: inuenta eſt. Ipſa eſt enim ouis illa que perierat. Et reuera fratres eccl'ia catholica eſt: que iã illuſtrata eſt: quis ergo eã nõ videt? Qñ latebat: quis eam inueniebat? Sicut em̃ iam dicta eſt ipſa ciuitas: ita ⁊ ouis quã perditam queſiuit paſtor. Ipſe paſtor mons eſt: ouis ergo in humeris eius ciuitas eſt in mõte. Facile eſt eam videre collocatã in monte. Quomõ aũt eam inuenires cum lateret inter vepres ⁊ ſpinas vtiq͂ delictorũ ſuorũ? Ibi eaz queſiſſe magnũ: ibi inueniſſe mirabile eſt: hec ouis difficilis: cõmendat̃ inuentio: cum dicit̃: Mulierem fortem quis inueniet: id eſt eccleſiã. Quis nõ videt eam iam a chriſto inuentã: iam eminentẽ: iam cõſpicuam: iam glorioſam: iam ornatam: iam lucidam: ⁊ vt cito explicẽ toto terrarũ orbe diffuſam? Mulierẽ iſtã eccleſiã qui queſiuit et inuenit: chriſtus agnoſcit̃. Et poſtq͂ eam inuenit: non ſolũ mõ de ſpinis peccatorũ ſuorũ eripuit: ſed etiã lapidibus p̃cioſis ornauit. Ideo de ipſa dicit̃: Precioſior eſt lapidibus precioſis. Uolo aliud cõmendare charitati veſtre: quãtum capitis: quãtuz timeo: quãtũq͂ timere debetis de his lapidibus p̃cioſis. Sunt in eccleſia lapides p̃cioſi ⁊ ſemper fuerunt docti ſcꝫ abũdantes ſciẽtia ⁊ eloquẽtia ⁊ omni inſtructiõe legis. Precioſi plane iſti lapides ſunt: de ipſis fuit cyprianus: de ipſis fuit ambroſius: ⁊ ceteri eorum ſimiles. Ex eorum numero quidã errauerũt ab ornatu huius mulieris.

Matth.18.

C

## In eadẽ dominica: Homelia de eo qꝺ ſcriptum eſt in euangelio ſm̃ Lucam: Dixit ieſus ad quoſdã q̃ in ſe confidebãt ⁊c. que habetur inter ſermones de Uerbis dñi. xxxvi.

Luce.18.

## Dominica duodecima: De reddẽdis decimis: Sermo I

Sermo CC.XIX.

A

Propitio chriſto fratres chariſſimi iã ppe ſunt dies in quibᵒ meſſes colligere debeamus: ⁊ ideo gratias agẽtes deo qui dedit: de offerendis: imo reddẽdis decimis cogitemᵒ. Deus em̃ qui dignatus eſt totũ dare: decimã a nobis dignatur repetere: non ſibi ſed nobis ſine dubio pfuturã. Sic em̃ p pphetam ipſe pmiſit dicẽs: Inferte inquit omnẽ decimã i horreis meis vt ſit cibus in domo mea: ⁊ pbate me in his dicit dñs. Si nõ aperuero vobis cataractas celi et dedero vobis fructũ vſq͂ ad abũdantiã. Ecce pbauimus quomodo nobis decime magis q̃ deo pficiant. O homies ſtulti quid mali imperat deus vt nõ merear audiri? Sic em̃ dicit: Primitias aree tue ⁊ torcularis tui non tardabis offerre mihi. Si tardius dare peccatum eſt: quãto peius eſt nõ dediſſe? Et iterũ dicit: Honora dominũ deũ tuum de tuis iuſtis laboribus: deliba ei de fructibus iuſticie tue vt repleant̃ horrea tua frumento: vino quoq͂ torcularia tua redundabunt. Non pſtas hoc gratis: qꝺ cito recipies magno cũ fenore. Queris forte cui pficiat qꝺ deᵒ accipiat reddituᵒ? Queris iterum cui pficiat qꝺ paupibus dat̃? Si credis tibi proficit: ſi dubitas pdidiſti. Decime fratres chariſſimi tributa ſũt egentium aiarũ. Redde ergo tributa pauperibus: offer libamina ſacerdotibus. Qꝫ ſi decimas non habes fructuum terrenorũ: q̃ habet agricola: q̃cũq͂ te paſcit ingeniũ: dei eſt: ⁊ inde decimas expetit vnde viuis: De militia: de negocio et de artificio redde decimas. Aliud enim p terra dependimus: aliud p vſura vite penſamus. Redde ergo homo: q̃a poſſides: redde q̃ naſci meruiſti. Sic em̃ dicit dominus: Dabũt ſinguli redemptionẽ animarũ ſuaruz: ⁊ nõ erũt in eis morbi neq͂ caſus. Ecce habes in ſcripturis ſanctis cautiones dñi tui p quas tibi pmiſit: q̃ ſi decimas dederis: nõ ſolũ abũdantiã fructuũ recipies: ſꝫ etiã ſanitatez corporis conſequeris. Replebunt̃ inquit aree tue frumento: vino quoq͂ torcularia tua redundabũt: ⁊ nõ erunt in eis morbi neq͂ caſus. Cum em̃ decimas dando et terrena ⁊ celeſtia poſſis munera pmereri: quare p auariciã duplici bñdictione te fraudas? Audi ꝗ indeuota mortalitas. Noſti: q̃ dei ſunt cuncta que percipis: ⁊ de ſuo nõ accõmodas rerũ omniũ conditori? Non eget dominus deus: nõ premiũ poſtulat ſed honorẽ: nõ de tuo aliquid exigit qꝺ refundas: Primitias rerum et decimas dignat̃ petere ⁊ negas auare? Quid faceres ſi nouem partibus ſibi ſumptis: tibi decima reliquiſſet? Qꝺ certe iam factũ eſt cum meſſis tua pluuiarum bñdictione ſubtracta ieiuna defecit: ⁊ vindemiã tuam aut grando pcuſſit: aut pruina decoxit. Quid auide ſuputas? Nouem

16.q.1.decime

Malachie.3.

Exo.22.

16.q.1.decim.

Prouer.3.

B

16.1.q.decime

Ubi.s.

16.q.1.decime

Prouer.3.

16.q.1.decime

C

tibi partes retracte ſunt: quia decimā dare
noluiſti. Conſtat quidē qꝺ ipſe nō dederis:
16.q.1.decime ſed tamen deus exigit. Hec enim eſt domini
iuſtiſſima cōſuetudo: vt ſi tu illi decimā non
dederis: tu ad decimā reuoceris. Scriptum
eſt eñ: Hec dicit dñs: Quia decima agri tui
ꝑmitie terre vobiſcū ſunt. Vidi aūt ꝰ fallere
me exiſtimaſtis: intuo in theſauris veſtris ꝛ
16.q.1.decime in domibus veſtris erit direptio. Dabis im-
Malachie.3. pio militi: qꝺ nō vis dare ſacerdoti. Conuer-
timini quoq; ad me dicit dñs omnipotens:
vt aperiā vobis cataractas celi: ꝛ effundam
vobis benedictionē meā deſup: ꝛ non corrū-
pam fructꝰ terre veſtre: neq; languebit vitis
in agro veſtro: ꝛ beatos vos dicent oēs gen
16.q.1.decime tes. Benefacere deus ſemp paratus eſt: ſed
hominū malicia ꝓhibetur: Quia a domino
deo ſibi dari vult omnia: et non vult ei que
poſſidere videt offerre. Quid ſi diceret deꝰ:
Meus eſt homo quē feci: mea eſt terra quā
colis: mea ſunt et ſemina que ſpargis: mea
animalia que fatigas: mei ſūt imbres ꝛ plu-
uie: ꝛ ventoꝝ flāmina mea ſunt: meuſ eſt ſo-
lis calor. Et cum omnia mea ſint elementa
viuendi: tu qui manus accōmodas: ſolā de-
cimā merebaris. Sed qꝛ pie nos paſcit omi-
potens deus: ampliſſimā tribuit munus la-
borāti mercedē: ſibi tantū decimā vendicās:
D nob oia cōdonauit. Ingrate fraudator ac ꝑ-
fide: diuina te voce cōuenio. Ecce annus iā
finitus eſt: redde domino pluenti mercedē.
Redime te homo dum viuis: redime te ipſe
dum potes: Redime inq̃ te dum ꝑcium in
manibus habes: redime te: nedum te mors
auara ꝯuenerit: ꝛ vitā ſimul ꝛ premiū ꝑdas.
Sine cauſa hoc dimittis vxori: que forſitan
alterū habebit maritū. Sine cauſa hoc ma-
rito dimittis mulier: quia aliā cupit habere
vxorem. Fruſtra parētibus ac ꝓpinquis cu-
rā tuā iniūgis: nemo te poſt mortē tuā fide-
lit redimet: qꝛ i vita tu te redimere noluiſti.
Depone iā auaricie ſarcinā de ceruicibꝰ tuiſ:
cōtemne crudeliſſimā dominā q̃ dū te iugo
duriſſimo ꝯmit: iugū chriſti ſuſcipere nō per
mittit. Sicut eñ iugū auaricie in infernū ꝓ-
mere: ita iugū chriſti in celū leuare cōſueuit.
16.q.1.decime Decime enim ex debito requirunt: ꝛ qui eas
dare noluerit: res alienas inuaſit: Et quāti
pauperes in locis vbi ipſe habitat illo deci-
mas nō dante: fame mortui fuerint: tantorū
homicidiorū reus ante tribunal eterni iudi-
cis apparebit: qꝛ a dño paupibus delegatam
ſuis vſibus reſeruauit. Qui ꝯ ſibi aut ꝓmiū
cōparare: aut peccatorū deſiderat indulgen
tiā ꝓmereri: reddat decimā: ꝛ de nouē ptibꝰ
ſtudeat elemoſynā dare paupibus: ita tñ vt
quicqd excepto victu mediocri ꝛ veſtitu ra-
tionabili ſupfuerit nō luxurie reſeruet: ſed i
theſauro celeſti p elemoſynā pauperū repo-
nat. Quicqd eñ nobiſ deus plus q̃ opus ē
dederit: nō nobis ſpecialiter dedit: ſꝫ p nos
alijs erogādū trāſmiſit: qꝺ ſi nō dederimus
res alienas inuaſimus.

## In eadem dñica: De eo qꝺ ſcriptū eſt i pſalmo: Deus manifeſte veni- et ꝛc. Sermo II

Ps.49
Sermo CC.XX.

A D exhortādas mētes charitatis ve-
a ſtre: pauca de ꝑſenti pſalmo que do-
nat dominus: gratāter accipite. De
dño noſtro ieſu chriſto ꝓphetatū eſt in iſto
pſalmo: vbi audiuimus ꝛ cantauimꝰ: Deus Ps.49.
manifeſte veniet: deꝰ noſter nō ſilebit. Ipſe
eñ dominus chriſtus: deus noſter: filiꝰ dei:
Primo aduētu: venit occultus: Secūdo ad-
uētu: veniet manifeſtꝰ. Quādo venit occul-
tus: nō innotuit niſi ſeruis ſuis. Quādo ve-
niet manifeſtus: innoteſcet bonis et malis.
Quādo venit occultus: venit iudicandus.
Qñ veniet manifeſtꝰ: veniet iudicaturꝰ. De-
niq; tūc cum iudicaret ſiluit: ꝛ de ſilentio eiꝰ
ꝓpheta ꝓdixerat: Sicut ouis ad imolandū Eſa.53.
ductus eſt: ꝛ ſicut agnꝰ corā tondēte: ſic non
aperuit os ſuū. Sed deus noſter manifeſte
veniet: deus noſter ꝛ nō ſilebit. Nō quomō
ſiluit quādo iudicādus erat: ita ſilebit quā-
do iudicaturus erit. Et nūc nō ſilet: ſi ſit qui B
audiat. Sed dictū eſt: Tūc nō ſilebit quādo
vocem eius agnoſcent: ꝛ qui nō cōtemnūt.
Modo eñ quando dicunt ꝓcepta dei: qui-
buſdā in riſum veniūt. Et quoniā qꝺ ꝓmiſit
deus mō non oſtēdit: ꝛ qꝺ minat mō nō vi-
det: qꝺ ꝓcipit irridet. Modo eñ felicitatem
que dicit huiꝰ mundi: habent ꝛ mali. Infeli-
citatem que dicit mūdi huiꝰ: habent ꝛ boni.
Attendūt homies qui credūt ꝑſentia ꝛ non
credunt futura: qm̄ iſta bona ꝛ mala ꝑſentis
ſeculi ꝓmiſcue habent bonis ꝛ malis. Si di-
uitias optant: vident habere diuitias ꝛ peſ-
ſimos homies: ꝛ bonos homies. Vidēt etiā
ſi exhorrent pauptatē ꝛ miſerias huiꝰ ſeculi:
laborare i his miſerijs nō ſolū bonos ſꝫ etiā
maloſ: ꝛ dicūt i corde ſuo: qꝛ res hūanas deꝰ

nec reſpicit nec regit: ſed oĩo ĩ intimo quo/
dam mundi huius fundo dimiſit nos caſibꝰ
volui: nec aliquã ꝓuidentiã exhibet nobis:
Ac per hoc fit in illis cõtemptus ꝓcepti: q̃a
non vident maniſeſtationẽ iudicij. Uerũ ta/
men etiã modo debet quiſq; attendere: q̃a
quando vult deus reſpicit ⁊ iudicat. Ad ho/
ram autẽ non differt: q̃n vo vult differt. Et
vnde hoc? Quia ſi nunq̃ in ꝑſenti iudicaret
nõ eſſe crederet᷑: Si omnia in ꝑſenti iudica/
ret: nihil iudicio reſeruaret. Ad hoc enĩ mul/
ta ſeruant᷑ iudicio: ⁊ quedã in ꝑſentia iudi/
cant᷑: vt illi qui differunt᷑ timeant et conuer/
tant᷑. Non enĩ amat deus damnare: ſed ſal/
uare. Et ideo patiẽs eſt i malos: vt de malis
Ro.1. faciat bonos. Sic enĩ dicit apłus: Quia reue
labit᷑ ira dei ſup oẽm impietatẽ: ⁊ reddet deꝰ
vnicuiq; ſm opera ſua. Admonet autẽ ⁊ cor/
Ro.2. ripit hominẽ cõtemnentẽ: ⁊ dicit: An diuiti/
as bonitatis ⁊ longanimitatis contemnis?
Quis bonus eſt in te: quia longanimis eſt:
quia patiens eſt in te: quia differt te ⁊ nõ au
fert te: cõtemnis: et oĩo nullum iudiciũ dei
Ubi.s. putas: ignorans q̃ patientia dei ad penitẽ/
tiã te adducit? Tu autẽ ſm duriciam cordis
tui: theſaurizas tibi iram in die ire ⁊ reuela/
tionis iuſti iudicij dei: qui reddet vnicuiq;
C ſm opera ſua. Quicq̃d ergo homo facit mõ
in theſaurũ mittit: ſed neſcit quid colliget:
quomõ diuites qui in theſaurũ terre mittũt
quaſi ſciunt quid colligũt: ſed neſciũt cui col
ligũt. Quis enĩ poſſideat diuitias eoꝝ poſt
mortẽ ipſoꝝ ꝓrſus ignorant: ⁊ aliquãdo di/
uitie eoꝝ ad inimicos eorũ ꝑueniũt. Et ideo
ſe q̃ſq; fraudat nolẽs mãducare vt diteſcat:
vt alius de laboribus eius fluat ⁊ luxuriet᷑ ⁊
diſſoluat᷑. Quomõ ergo colligunt quidẽ ſci/
entes: ſed cui colligant neſciunt: Sic contra
in theſaurũ celeſtẽ boni quid colligãt ſciũt:
mali quid colligant neſciunt. Bonus enim
ponit in theſauro celeſti omnia opera miſe/
ricordie que fecit circa hoĩes quibꝰ ſubue/
nit: ⁊ ſcit q̃m fidelis eſt cuſtos: qui illi ſeruat
omnia que reponit. Et non ea videt: ſed de
theſauro ſuo certus eſt: quia neq; aliquid a
fure ſurripit᷑: neq; ab hoſte inuadit᷑: neq; ab
inimico ⁊ improbo ⁊ potẽte quaſi euicto tol/
lit᷑: ſed ſemꝑ manebit: quia a dño potentiſſi
mo cuſtodit᷑. Si enĩ pecunias homines fide/
li ſeruo cõmendant ⁊ ſecuri ſũt: miſe[r]cordias ſu/
as cõmendant potenti dño et ſollicti ſunt?
Nouerunt ergo: q̃ quicquid reponũt: totũ
ibi ſaluũ eſt: qui fideles ſunt: potentie domi
ni ſui fidem iungũt. Credunt enĩ q̃ ſeruat: ⁊
ſueniũt qd ſeruat. Nam ⁊ homĩes qui pecu/
niam colligunt: nũquid vident arcã ipſam:
vt in arca pecuniã ſemꝑ colligũt ⁊ mittunt:
aut infodiunt ⁊ ſeruant? Nõ vident: ⁊ tamẽ
quaſi cõſcientia eoꝝ ſcit: quia ibi eſt in loco
illo vbi poſuerũt. Et forte iam fur tulit: ⁊ va
nus gaudet qui inaniter reſeruauit. In the/
ſauro autem celeſti ſi quid poſuerimus: ⁊ de
domini cuſtodia ſecuri ſumus: ⁊ oĩo furem
nullũ patimur: nec damnũ aliquod ſuſtine/
mus. Mali vo ⁊ ipſi mittunt᷑: vt in theſau/
ro oĩa mala opera ſua ſeruet illis deus. Hoc
eſt qd dixit apłus: Theſaurizas tibi iram in
die ire iuſti iudicij dei. Sꝫ q̃m ſeruat᷑ quicq̃d
mali faciũt: et neſciunt. Ubi venerit deꝰ nr̃ D
manifeſtus ⁊ nõ ſilebit: cõuocabit ad ſe oẽs Ps.49.
gentes: ſicut dicit in euangelio: ⁊ ſeparabit:
quoſdam ponens ad dexterã: quoſdam ad
ſiniſtram: et incipit iam tractare theſauros
vtroꝝq;: quid q̃ſq; poſuit vt inueniat. Ue/ Matth.25.
nite benedicti inquit patris mei: ad eos qui
ſunt ad dexteram: ꝑcipite regnum qd vobis
paratũ eſt ab initio mũdi. Regnũ celoꝝ: re/
gnum ſempiternũ: ſocietatem cum angelis:
eternã vitam: vbi nullus oritur: neq; morit᷑
hoc ꝑcipite. Quando enĩ opera veſtra in the
ſaurũ mittebatis: regnum celoꝝ amabatis.
Percipite regnũ qd vobis paratũ eſt ab ini
tio mũdi. Etiã oſtẽdit illis theſauros ſuos:
Eſuriui et dediſti mihi mãducare. Sitiui et Ubi.s.
potaſtis me. Nudus erã: ⁊ veſtiſtis me. Ho/
ſpes fui: et adduxiſtis me. In carcere fui: et
veniſtis ad me. Eger fui: ⁊ viſitaſtis me. Et
reſpondent illi: Domine: quando te vidimꝰ
in his neceſſitatibꝰ conſtitutũ: ⁊ miniſtraui/
mus tibi? Et ille: Quando vni ex minimis
meis feciſtis: mihi feciſtis. Quia ergo quan/
do vni ex minimis meis feciſtis: mihi feciſti:
ꝑcipite qd miſiſtis: poſſidete qd emiſti. Mi/
hi enĩ ſeruatori ideo credidiſtis. Deinde cõ/
uertet ſe ⁊ ad illos qui ſunt a ſiniſtris: ⁊ oſtẽ/
det illis theſauros ſuos inanes operis boni:
Ite inquit i ignẽ eternũ: qui paratus ẽ dia/ Matth.25.
bolo ⁊ angelis eius. Eſuriui et non dediſtis
mihi mãducare. Aut ſi aliquid inueniſtis in
theſauro iſto: aut aliquid miſiſtis: cogitate
⁊ reddet᷑ vobis. Sed nunq̃ te inquiũt ipſi vi
dimus eſurientẽ. Et ille: Quando vni ex mi
nimis meis nõ feciſtis: nec mihi feciſtis. For
te enĩ ideo mihi nõ faciebatis: q̃ me in terra

ambulare nō videbatis. Tam mali eſtis: vt ſi videretis ſicut iudei crucifigeretis. Hodie em̄ mali homies qui conant̄ ſi fieri poſſet nō eſſe eccl'ias vbi illis ꝑdicent̄ ꝑcepta dei: nōne et ipſum chriſtū occiderent ſi in terra viuentem inuenirent? Sed audebunt dicere: quaſi illi qui neſciat cogitationes hominū: Dñe: quando te vidimus eſurientē? Et ille: Quando vni ex minimis meis non feciſtis: nec mihi feciſtis. Minimos meos: egentes poſuerā vobis in terrā: Ego tanq̄ caput dicet: in celo ſedebā ad dexterā patris: ſed mēbra mea i terra laborabāt: mēbra mea in terra egebant: Mēbris meis ſi daretis: ⁊ ad caput perueniſſet qd̄ daretis. Et ſi ſciretis quia minimos meos egentes quādo vobis in terram poſui: laturarios vobis inſtitui: q̄ opa veſtra in theſaurū meū portarēt. Et nihil in eorū manibus poſuiſtis: ꝓpterea apud me nihil inueniſtis. Tūc ergo nō ſilebit ſed ap-
E parebit: ideo dictum eſt: Nō ſilebit. Modo autē dicit illud lector de codice: ⁊ cōtemnit̄. Dicit illud de ore ſuo tractator aut diſputator epiſcopus: et irridet̄. Nūquid ſic irrideri habet: quando ab ipſo iudice potentiſſimo
2. Cor. 5. Eph. 6. dicit̄: Unuſquiſq; recipiet qd̄ fecit: ſiue bonum: ſiue malū? Tūc dicturi ſunt homines ſera ⁊ infructuoſa penitētia: O ſi poſſemus iterū viuere: ⁊ qd̄ cōtempſimus audire ⁊ facere. Tunc dicent illi quos ex aduerſo cōſtituent iniquitates eorum: ſicut dicit̄ in libro
Sap. 5. ſapientie: Quid nobis ꝓfuit ſuperbia: ⁊ diuitiarū iactantia quid cōtulit nobis? Tranſierunt omnia ſicut vmbra. Uidetis quia penitebit eos: ſed iſta penitentia cruciabilis nō ſanabilis. Uis habere vtilem penitētiā? Modo habe. Si em̄ modo habueris: corrigeris. Cū correctus fueris: fundet̄ illic theſaurus tuus vbi colligebantur mala opera tua: ⁊ implebit̄ alius theſaurus: vbi bona opera tua colligant̄. Sed forte cōuerſus ad dominum: ſtatim morieris: opera tua nulla forte inuenient̄ i illo theſauro. Plane ibi in-
Luc. 2. uenies opera tua: q̄ ſcriptū eſt: Pax in terra hominibus bone voluntatis. Deus non annotat facultatem: ſed coronat voluntatē. Scit quia voluiſti et non potuiſti: ſic te annotat quaſi feceris qd̄ voluiſti. Ergo opus ē vt cōuertaris: ne differendo ſubito moriaris: ⁊ omnino nihil inueniat̄ quod in ꝑſenti habeas et in futuro poſſideas: Conuerſi ad dominū ⁊c. Amen.

Dominica tertiadecima: de eo qd̄ ſcriptum eſt: Deponentes mendacū loquimini veritatē vnuſquiſq; cū ꝓximo ſuo ⁊c. Sermo I Eph. 4.

Sermo CC.XXI.

A

Modo fratres chariſſimi cū diuina lectio legeret̄: audiuimus apoſtolū dicentē: Deponētes mendaciū loquimini veritatē vnuſquiſq; cum proximo ſuo. Eph. 4. Nemo ita cogitet cum chriſtiano loquēdam veritatē et cū pagano mendaciū: Cum ꝓximo tuo loquere veritatē. Proximus eſt oīs homo: ꝓximus tuus ille eſt qui tecū natus eſt ex adam ⁊ eua. Oēs ꝓximi ſum⁹ ratione natiuitatis: et alter alteri frater. Illa ſpe celeſtis hereditatis ꝓximū tuū debes putare omnē hominē etiā anteq̄ ſit chriſtian⁹. Nō em̄ noſti qualis futurus ſit apud deū aliq̄ſ quem rides: idolum adorantē: conuertet̄ vt adoret deū: fortaſſis religioſius q̄ tu qui eū pauloante ridebas. Multi qui vident̄ chriſtiani male agendo: et in malo opere pſeuerando: ab eccleſia excludendi ſunt. Multi q̄ foris eſſe vident̄ ita credituri ſunt ⁊ in bono opere ꝑmanſuri vt in eternū ſocient̄ eccleſie. Et ideo nec illi ſupbiant: nec iſti deſperent: q̄ q̄ futura ſūt ſcire nō poſſum⁹. Omnē igit̄ hominē chriſtianū putem⁹ nō ſolū conditōe mortalitatis hūane qua in terra eadē ſorte deuenimus: ſed etiam ſpe illius hereditatis q̄ nō ſcimus quid futurū ſit. Qui em̄ iude⁹ eſt: hereticus: aut paganus: forte ſicut dictū eſt: per miſericordiā dei cōuertet̄ ad deū: vt inter ſanctos primū locū hr̄e mereat̄. Iraſcimini et nolite peccare. Si ꝓpterea iraſceris B ſeruo tuo q̄ peccauit: ne tuipſe pecces iraſce tibi. Sol nō occidat ſup iracundiā veſtram: Ibi. 5. intelligit̄ quidē ſm̄ tempus fr̄es chariſſimi: q̄ ⁊ ſi ex ipſa hūana cōditione ⁊ infirmitate mortalitatis quā portam⁹: ſurrepat ira chriſtiano: nō debet diu tenere ⁊ fieri pridiana. Eijce illam de corde anteq̄ occidat lux iſta viſibilis: ne te deſerat lux inuiſibilis: ſed et alter meli⁹ intelligit̄: q̄ noſter ſol iuſticie et veritatis chriſtus: nō iſte ſol qui adoratur a paganis ⁊ manicheis: et videt̄ etiā a peccatoribus: ſed ille alius cui⁹ virtute anima humana illuſtrat̄: ad quem gaudēt angeli. Nō ergo occidat ſol iſte ſuper iracundiā tuam: id eſt non deſeret chriſtus mentē tuam: quia non vult deus habitare cum iracundia tua. Occideris autē tu ab iracūdia tua: quia ira

cũ inueterauerit fit odiũ: cum factum fuerit
1.Joh.3. odiũ iam homicida es. Oĩs eñ qui odit fra
trem ſuũ: homicida eſt: ſicut dicit Johãnes
1.Joh.2. aplus. Item ipſe dixit: Omnis qui odit fra/
trem ſuũ: in tenebris manet. Nõ mirũ ſi ille
C manet in tenebris a quo occidit ſol. Ad hoc
Matth.8. ptinet forte qd audiſtis etiã in euãgelio: Pe
riclitabaꝛ nauigiũ in ſtagno ꝛ dormiebat ie/
ſus. Nauigam⁹ i hac vita q̃ſi p qddã ſtagnũ
ꝛ vent⁹ eſt: ꝛ pcelle nõ deſunt temptationũ:
vnde hoc fit niſi qꝛ dormit in te ieſus? Si nõ
in te dormiret: trãquillitatẽ haberes intrin/
ſecus. Quid eſt autẽ qꝫ in te dicitꝛ dormire
ieſus: niſi quia fides tua q̃ eſt de ieſu ſopita
eſt i corde tuo? Quid facies vt libereris? Ex
Ibi.8. cita ieſum ꝛ dic: Magiſter perim⁹. Euigila/
bit ille: id ẽ rediet ad te fides tua: ꝛ manebit
tecũ in ęternũ. Euigilante chriſto ſi tẽpeſtas
illa immerſerit: nec opleuerit nauem tuam.
Jam fides tua impabit ventis ꝛ fluctibus ꝛ
D nõ tranſiet piculũ. Fratres ſępe dixim⁹: ſępe
dicemus: ꝛ q̃diu vixerim⁹ dicere debemus:
qꝛ eccleſia tpis hui⁹ ꝛ paleam habet ꝛ frumẽ/
tum: nemo q̃rat expellere totã paleã niſi tpe
ventilatiõis: nemo ante temp⁹ deſerat areã:
ne dñ forte nõ vult peccatores ſuſtinere: ꝑter
aream inuẽtus ꝑus ab auib⁹ colligatꝛ q̃ in/
grediatꝛ in horreũ. Quomõ aũt fratres dica/
mus: attendite: Grana cũ cęperint triturari
inter paleã ſe nõ iam tangũt: ꝛ quaſi non ſe
nouerũt: qꝛ intercedit medio palea. Et qui/
cũqꝫ longius attẽdit areã: paleã ſolũmõ pu/
tat: niſi diligẽtius intueatꝛ: niſi manũ porri/
gat: niſi ſpũ oris: id eſt flatu purgante diſcer
nat: difficile puenit ad diſcretionẽ granorũ.
Hęc ſilitudo ad illũ ptinet qui cum pfecerit
putat qꝫ ipſe ſolus ſit bonus. Hęc cogitatio
3.Reg.19. frẽs etiã heliã temptauit cũ dixit: Prophe/
Ro.11. tas tuos occiderũt: altaria tua ſuffoderũt: ꝛ
ego remãſi ſolus ꝛ quęrunt animã mã. Sed
q̃d dicit illi reſpõſum diuinũ? Reliqui mihi
ſeptẽ milia virorũ: q̃ non curuauerũt genua
ante baal. Noli inquit te putare ſolũmodo:
adhuc ſeptem milia ſunt: quid te ſolũmodo
E putas? Intẽdat ergo mecũ ſanctitas veſtra
ꝛ aſſit miſcdia dei. Audite breuiter. Quiſqꝫ
adhuc malus eſt: nõ putet neminẽ bonũ eẽ.
Quiſqꝫ bonus eſt: non putet ſe ſolũmodo
eſſe. Tenete hoc: Ecce repeto. Uidete quia
dico: quiſquis malus eſt: interrogans con/
ſcientiã ſuam non arbitretꝛ neminẽ eſſe bo/
num. Quiſquis bon⁹ eſt: non arbitretꝛ ſe ſo/
lũmodo eſſe bonum. Et non timeat bonus
imixtionem maloꝝ: quia veniet tempus vt
ſeparentꝛ mali a bonis. Interim ſicut dictũ ẽ:
Qui boni ſũt: ſuſtineant malos. Qui mali
ſunt: imitentꝛ bonos. Nec boni in ſuperbiã
erigantꝛ: nec mali periculoſa deſperatiõe frã/
gantꝛ. Modo enim q̃ boni ſunt poſſunt deũ
offendere: ꝛ qui mali ſunt ſi cito ſe emẽdaue
rint poſſunt dei miſericordiã pmereri. Cum
vo de hac luce diſceſſerimus: nec bonus po/
terit vnq̃ malus fieri: nec malus q̃ eſt ad bo
nitatẽ venire. Hęc ergo fratres chariſſimi ſa/ F
lubriter cogitantes: pro ſalute animę noſtrę
non ſimus ſurdi ad illud qd nos dñs miſe/
ricorditer puocat dicens: Nolite tardare cõ Eccli.5.
uerti ad dominum: nec differatis de die in
diem. Et iterũ: Quęrite dominũ deũ dũ in/ Eſa.55.
ueniri poteſt: inuocate eum dũ ppe eſt. Ille
enim qui eum dũ inueniendi tempus eſt nõ
quęſierit: in ęternũ inuenire nõ poterit. Sic
ergo cum dei adiutorio agere ſtudeamus vt
pcepta ꝛ mandata domini noſtri magis no/
bis piant de ſequacitate remediũ: q̃ de trãſ/
greſſione iudiciũ: pſtante eodem dño noſtro
qui cũ deo patre ꝛ ſpũſancto viuit ꝛ regnat
deus in ſecula ſeculorũ: Amen.

## In eadem dñica: de beato Job: et de eo qd ſcriptũ eſt in pſalmo: Can/tate et exultate et pſallite in cithara et voce pſalmi ꝛc. Sermo II

Ps.97.
Sermo CC.XXII.

A Beatus Job frẽs dilectiſſimi de quo
nobis heſterna lectio recitata eſt: tã
ſanctus fuit vt in illo cõpleretꝛ illud
qd in pſalmo ſpũſanct⁹ dixit: Pſallite dño Ps.97.
in cithara: ꝛ voce pſalmi. Non vocẽ ſolã ſed
opera aſſumite: vt nõ tantũ cantem⁹: ſed et
manib⁹ opemur. Qui cãtat ꝛ operatꝛ: pſallit
i pſalterio ꝛ cithara. Qui pſallit i pſalterio:
diuina de cęlo verba canit. Qui aũt operatꝛ
manib⁹: humana opera pficit. Extẽde man⁹
et da pauperi: nudum veſti: hoſpitio recipe
pegrinum. Sed cũ facis: pie et hilariter fac.
Recole illi te facere: qui dicturus eſt: Eſuri/ Matth.25.
ui ꝛ dediſtiſ mihi mãducare. Uidete qualia B
organa adiũgatꝛ i ſilitudinib⁹. In tubis in/
quit ductilib⁹. Beatus iob frẽs dilectiſſimi
ita dei ſpũ plenus erat: vt velut ductilis tu/
ba laudes domini dulciter decantaret. Sic
enim de talibus ſonitus eſt: In tubis pdu/ Ps.97.
ctilibus ꝛ in voce tubę cornee. Ductiles grec

ſūt tube: ⁊ tundēdo ꝑducūt. Quō eñ ꝑducū-
tur? Quū maloꝝ hoīm ꝑſecutionē patimur:
ſi patienter omnia ſuſtinemus: ⁊ nunꝗ̄ con-
tra diſpenſationē dñi murmuram⁹: vapulā-
do erimus tube ductiles ad laudē dñi ꝑdu-
cte: ſi cum tribulatione ꝓficimus. Tribula-
tio tunſio eſt: ꝓfectus ꝑductio ē. Tuba du-
ctibilis erat beat⁹ iob: qui a diabolo ꝑcuſſus
tantis dānis: orbitate etiā filioꝝ afflictus: i
nullo cōtra dñm murmurauit. Tunſiōe illa-
tante tribulatiōis: factus eſt tuba ductilis.
Ergo audiam⁹ ſi ipſa tuba bñ ſonuit. Audi:
Job.1. Dñs dedit dñs abſtulit: ſic dño placuit ita
C factū ē: ſit nomē dñi bñdictū. Videte fratres
quō ⁊ ꝗ̄ diligēt ſonuit: ꝗ̄ ſuauē ſonū dedit.
Nec hꝯ ſolū ſufficit: niſi adhuc tūdat. Dat⁹ ē
autē in poteſtatē ſathane: vt caro ꝑcuteret.
Percuſſus eſt: cepit putreſcere: ita vt eū ſca-
tentes globi vermiū exararēt. Ipſe tñ bea-
tus iob quālibet eſſet iuſtus: nō tñ fuit ſine
peccatl. Neqꝫ eñ melior erat ſancto iohāne
1.Job.1. euāgeliſta q̄ ait: Si dixerim⁹ q: pctm̄ nō ha-
bemus: ipſi nos ſeducimus. Per illā eñ cru-
deliſſimā pēnā: minuta peccata purgabāt.
Quā rē etiā ipſe intelligēs: deo grās refere-
bat: ⁊ negligētiaꝝ ſuaꝝ q̄ſi viſſim⁹ iudex nō
Job.2. molli lintheo: ſ3 teſta radebat ſaniē fluentē.
Ex omnib⁹ tñ bonis ſuis: ſola ei a diabolo
mulier reſeruat. Suppoſita ē vxor eua: qua-
ſi ad ſeductōe3. Hoc erat neceſſariū: vt vxor
ei reſeruaret. Equidē nō ad ſolatiū mariti: ſ3
ad miſteriū diaboli. Suggeſſit mulier blaſ-
phemiā: ſed iob nō obtemperat ſed recuſat.
Gen.3. Euā adā in paradiſo nō repulit: repulit iob
euā in ſterquilinio. In ſtercore ſedebat iob
cū flueret vermib⁹ atqꝫ putreſceret: ſed me-
lior iob vulnerib⁹ plenus in ſtercore ꝗ̄ adā
īteger ī ꝑadiſo. Equidē adhuc vxor ſua eua
erat: ſed iā ille adā nō erat. Quid ḡ dixit mu-
Job.2. lier? Blaſphema deū ⁊ morere. Ecce audiui-
mus quomō tundit tuba iſta. Percuſſit eu3
diabol⁹ a capite vſqꝫ ad pedes graui vulne-
re: ⁊ putreſcens vermib⁹ ſedebat in ſtercore.
D Audiuim⁹ quēadmodū tunſus eſt: tube hu-
ius ductilis vocē dulcē ſi placet audiamus.
Abi.3. Reſpōdit eñ vxori: Locuta es inq̄t q̄ſi vna
ex inſipiētibus mulierib⁹: Si bona ſuſcepi-
mus de manu dñi: mala quare nō tolerem⁹?
O ſonū forte: o ſonū dulcē: Quē nō dormi-
entē excitet ſonus iſte? Quē nō excitet ꝓſum-
ptio in dño: vt aduerſus diabolū ſecurus ꝓ-
cedat in ꝓliū: ⁊ nō ſe ſuis virib⁹ obtecturus:
ſed dei auxilio ꝓtegendus? Ipſe eñ adiuto-
riū dedit: qui eū temptari ꝑmiſit. Nō enim
tunderet diabolus de ſeipſo: nihil eñ facere
poterit: niſi qđ diſpenſatio diuina ꝑmiſerit.
De illi⁹ eñ diaboli pena futura: ꝓpheta cō-
memorans ait: Cōtritus eſt malleus vniuer- Hiere.50.
ſe terre. Malleū vniuerſe terre: diabolū vo-
luit intelligi. De ipo malleo in manu dñi po-
ſito: id eſt in poteſtate dei: tundunt ducti-
les tube: id eſt anime ſancte: vt reſonent dei
laudes. De iſto malleo ⁊ iuſtus tundit ⁊ pec- E
cator. Ille vt ꝓbetur: ille vt puniat. Aut cer-
te vt iuſtus augeat in bonis: ⁊ peccator cor-
rigat a malis. Sub iſto eñ malleo ī manu:
id eſt in poteſtate dñi cōſtituto: tundunt nō
ſolū hūiles ſed et ſupbi. Sed humiles ꝑdu-
cunt: ſupbi cōminuunt vt vitꝝ. Una eadēqꝫ
tunſio bonos ꝑducit ad gloriā: malos redi-
git in fauillā: vt impleat in eis illud qđ ſcri-
ptū eſt: Et erit tanꝗ̄ puluis quē ꝓijcit ven- Ps.1.
tus a facie terre. De ipſo eñ malleo quotiēs
aīe ſancte deo diſpēſante vel ꝑmittēte tun-
dunt: in nullo murmurant: in nullo penitus
ꝯtradicūt: magi hūiliter velut ductilis tuba
ꝓclamāt: Juſtus es dñe: ⁊ iuſta iudicia tua: Ps.118.
Adhuc minus patimur ꝗ̄ meremur: Et hec
quidē dicūt anime ſancte. Anime vo ſupbe
et peccatis noxie: quotiens aliqua aduerſi-
tate pulſant: rebelles cōtra dominū murmu-
rare ꝓſumunt dicētes: Deus quid tibi feci?
Quare tanta patior mala? Quib⁹ in cōſciē-
tia reſpōdet diuia iuſticia: Bene dicis: o de⁹
quid tibi feci? Verū eſt: q: nihil mihi feciſti:
ſed totū tibi. Si eñ aliqd boni feciſſes: mihi
feceras: Cū vo peccata et crimina cōmiſiſti:
tibi oia feciſti: nō mihi. Et q: quecūqꝫ ſemi- F
nauerit homo: hec ⁊ metet: nō eſt iniuſtū qđ Gal.6.
ſpinas ⁊ tribulos peccatoꝝ colligat qui ne-
quiciā ſemiauit. Nos vo fratres chariſſimi
audiam⁹ apoſtolū dicentē: Seminemus qđ Abi.3.
bonū eſt ad omnes: maxime ad domeſticos
fidei. Timeamus ne forte ſi in carne ſemina-
mus: ſꝫm apoſtolū: de carne metamus corru-
ptionē: ſed ipſo atteſtante ſeminem⁹ in ſpū
vt de ſpiritu metamus vita3 eternā: ad quā
nos dominus ſub ſua ꝓtectione ꝑducat: cui
eſt honor ⁊ imperiū in ſecula ſeculoꝝ: Amē.

## In eadē dominica: De bono pa-
## tientie: Sermo III

Sermo CC.XXIII. A

V Irtus animi quę patiētia dicit: tam
magnū dei donū eſt: vt etiā ipſiꝰ qui
nobis eam largit: qui malos vt cor/
Ca.1. rigant expectat: patientia ꝓdicet. Ita ꝗuis
deus nihil pati poſſit: patiētia vō a patiēdo
nomen acceperit: patientē tamē deū nō mō
fideliter credimus: verūetiā ſalubriter confi/
temur. Sed dei patiētia qualis ⁊ quāta ſit:
quē nihil patientē nec tamē impatiētē: imo
etiā patientiſſimū dicimꝰ: verbis explicare
quis poſſit? Ineffabilis eſt ergo illa patien/
tia: nō tamē nulla: ſicut zelus eius: ſicut ira
eius: ⁊ ſi quid huiuſmodi eſt. Nā ſi tanꝗ no
ſtra iſta cogitemꝰ: in illo nulla ſūt. Nihil em̄
horū nos ſine moleſtia ſentimus. Abſit aūt
vt impaſſibilē dei naturā ꝑpeti vllam mo/
leſtiā ſuſpicemur. Sicut autē zelat ſine aliq̄
liuore: iraſcit ſine aliqua ꝑturbatione: miſe/
ret ſine aliquo dolore: pęnitet eū ſine alicuiꝰ
ſuę prauitatis correptiōe: ita eſt patiēs ſine
vlla paſſiōe. Nūc itaqꝫ hūana patiētia quā
capere poſſumꝰ ⁊ habere debemꝰ: cuiuſmo/
di ſit: quātū dn̄s tribuit ⁊ quātū patit breui
B tas p̄ſentis ſermonis expediat. Patientia
Ca.2. homis q̄ recta eſt atqꝫ laudabilis ⁊ vocabu/
lo digna virtutis: ea ꝓhibetur qua ęquo aīo
mala toleramus: ne aīo iniquo bona deſera
mus: per quę ad meliora ꝑueniamus. Qua/
propter impatiētes dū mala pati nolūt: nō
efficiunt vt a malis eruant: ſed vt mala gra/
uiora patiant. Patientes autē qui mala ma
lunt non cōmittendo ferre: ꝗ nō ferendo cō/
mittere: ⁊ leuiora faciūt quę ꝑ patientiā pa/
tiunt: et peiora euadunt quibꝰ ꝑ impatien/
tiā mergerent. Bona vō ęterna ⁊ magna nō
ꝑdunt: dū malis tēporalibꝰ breuibuſqꝫ non
Ro.8. cedūt: Qm̄ nō ſunt cōdignę paſſiones huiꝰ
temporis: ſicut apoſtolus dicit: ad futuram
gloriā quę reuelabit in nobis. Et iterū ait:
2.Cor.4. Qd̄ eſt temporale leue tribulationis noſtrę:
in incredibilem modū ęternę glorię pondus
C operat nobis. Intueamur itaqꝫ charisſimi
Ca.3. quāta in laboribꝰ ⁊ doloribus homines du/
ra ſuſtineant ꝓ rebus quas vitioſe diligūt:
⁊ quantū ſe his feliciores fieri putant: tanto
infelicius cōcupiſcunt. Quāta ꝓ falſis diui/
tijs: quāta pro vanis honoribus: quāta pro
ludicris affectiōibꝰ ꝑiculoſiſſima ⁊ moleſtiſ/
ſima patientiſſime tolerant. Pecunię ⁊ glo/
rię cupidos videmus: vt ad deſiderata ꝑue/
niāt: adeptiſqꝫ nō careāt: ſoles: imbres: gla/
cies: fluctꝰ ⁊ ꝓcelloſiſſimas tēpeſtates: aſpe/
ra et incerta belloꝝ: immanium plagarum
ictus ⁊ vulnera horrenda nō ineuitabili ne/
ceſſitate: ſed culpabili volūtate ꝑferre. Ve/
rum hę licitę quodāmodo videntur inſanię.
Nāqꝫ auaricia: ambitio: luxuria: et varioꝝ D
oblectamēta ludorū: niſi ꝓpter illa facinus Ca.4.
aliquid admittat: ſiue flagitium qd̄ legibus
ꝓhibet humanis: putant ad innocētiā ꝑti/
nere: imo etiam qui ſine fraude cuiuſqꝫ aut
ꝓ habenda vel augenda pecunia: aut ꝓ adi/
piſcendis vel retinendis honoribus: aut in
agone certando ſeu venando: ſeu theatricū
aliqd̄ plauſibiliter exhibendo: magnos la/
bores doloreſqꝫ ꝑtulerit: parū eſt qd̄ popu/
lari vanitate nulliſqꝫ rep̄henſiōibꝰ cohibet:
ſed inſuꝑ extollit laudibus: Qm̄ laudat: ſi/ Pſ.9.
cut ſcriptū eſt: peccator in deſiderijs animę
ſuę. Vis em̄ deſideriorū facit tolerantiā la/
borū ⁊ dolorū: et nemo niſi ꝓ eo qd̄ delectat
ſponte ſuſcipit ferre qd̄ cruciat. Sed iſtę vt
dixi cupiditates ꝓpter q̄s explēdas q̄ eis fla
grāt m̄lta dura ⁊ acerba patientiſſime ſuſti/
nēt: licite eſtimāt legibuſqꝫ ꝯceſſę. Quid ꝙ E
etiā ꝓ apertis ſceleribꝰ nō vt ea puniāt ſ; vt ꝑ/ Ca.5.
petrent: multa homies grauiſſima ꝑferunt?
Nōne de quodā nobiliſſimo patrię parrici/
da ſęculariū lraꝝ loquūt auctores: ꝙ famē:
ſitim: frigus ferre poterat: eiuſqꝫ erat corpꝰ
patiens inedię: algoris: vigilię: ſupra ꝗ cui/
ꝗ credibile eſt? Quid de latronibus dicam:
quoꝝ oēs cū inſidiant viatoribus: noctes
ꝑpetiunt inſomnes: atqꝫ vt trāſeuntes exci
piant innocētes: ſub qualibet cęli aſperita/
te nocentē animū corpuſqꝫ defigunt? Qui/
dam vō eoꝝ inuicē torqueri ꝓhibent: ita vt
exercitatio cōtra pęnas nihil diſtet a pęnis.
Non em̄ tantū fortaſſis excruciant a iudice
vt a dolētibus veritas inquirat: quātum a
ſuis ſocijs vt a patientibꝰ nō prodant. Mi/
randa eſt potius ꝗ laudāda patientia: imo
nec mirāda: nec laudanda quę nulla eſt: ſed
miranda duricies: neganda patientia. Nihil
autem illic iure laudandū: nihil vtiliter imi/
tandum. Tantoqꝫ rectius maiore ſupplicio
dignū iudicaueris animū: quanto magis vi/
tioſus odit inſtrumenta virtutū. Patientia
comes eſt ſapientię: nō famula cōcupiſcen/
tię. Patientia amica eſt bonę cōſcientię: nō
inimica innocentię. Cum ergo videris quē/ F
ꝗ patienter aliquid pati: noli continuo lau/ Ca.6.
dare patientiā: quā non oſtendit niſi cauſa
patiendi. Quādo illa bona eſt: tūc iſta vera

eſt. Quando illa nō polluit̃ cupiditate: tūc
a falſitate iſta diſtinguit̃. Cum vō illa tenet̃
crimine: tūc multū huiᵒ errat̃ in nomīe. Nō
eñ ſicut oēs q̄ ſciūt ſunt pticipes ſciētie: ita
oēs qui patiunt̃ ſunt pticipes patiētie: ſed q̄
paſſiōe recte vtunt̃: hi patiētie veritate lau/
G dant̃: hi patiētie munere coronant̃. Verūta
Ca.7. mē cū p libidinibᵒ vel etiā ſceleribᵒ: cū deni/
q̄ pro iſta tēporali vita ac ſalute multa ho/
mines horrēda mirabilit̃ ſufferūt: ſatis nos
admonēt quāta ſufferēda ſint p vita bona:
vt etiam poſtea poſſint eē eterna: ⁊ ſine vllo
tpis termīo: ſine vtilitatis vllius detrimēto
Luce.21. vera felicitate ſecura. Dñs ait: In vr̃a patiē
tia poſſidebitis aīas vr̃as. Nō ait: villas ve
ſtras: laudes vr̃as: luxurias vr̃as: ſ3 aīas ve
ſtras. Si ergo tanta ſuffert aīa vt poſſideat
vnde pereat: quanta debet ſufferre ne peat?
Deinde vt illud dicā qd̄ culpabile non eſt: ſi
tanta ſuffert p ſalute carnis ſue inter manᵒ
ſecantiū ſiue vrentiū medicoꝝ: quāta debet
ſufferre inter furores quorūlibet inimicorū:
cū medici ne corpus moriat̃ p penas corpori
conſulant: inimici aūt penas ⁊ mortē corpis
cōminando vt anima ⁊ corpᵒ in gehenna oc/
cidat̃ impellant: q̄q̄ ⁊ ipſi corpori tūc puidē
tius cōſulat̃: ſi tēporalis ſalus eiᵒ p iuſticia
cōtemnat̃: ⁊ pena vel mors eiᵒ patientiſſime
p iuſticia ſufferat̃? De corpis q̄ppe redēptiōe
Ro.8. q̄ in fine futura ē loquit̃ aplus vbi ait: Et ipi
in nobiſmetipſis ingemiſcimus adoptionē
filiorū dei: expectātes redēptiōe3 corpis nr̄i.
Ibi.s. Deinde ſubiūxit: Spe eñ ſalui facti ſumus:
Spes aūt q̄ videt̃ nō eſt ſpes. Qd̄ eñ videt
qs: qd ſperat? Si aūt qd̄ nō videmᵒ ſperamᵒ
H p patientiā expectamᵒ. Cū ergo torquēt ali/
Ca.8. qua mala: ſed nō extorquēt opera mala: nō
ſolū aīa p patientiā poſſidet̃: verūetiā cum
p patientiā corpᵒ ipſum ad tempus affligit̃
vel amittit̃: in eternā ſtabilitatē ſalutēq̄ re/
ſumit̃: ⁊ ei p dolorē ⁊ mortē inuiolabilis ſani
tas: ⁊ felix imortalitas cōparat̃. Unde ⁊ do/
minᵒ ieſus ad patientiā exhortās martyres
ſuos: etiā ipſiᵒ corporis integritatē futuram
ſine cuiuſq̄ nō dicā membri ſed capilli amiſ/
Luce.21. ſione pmiſit: Amen dico vobis inquit capil
Eph.5. lus capitis veſtri non peribit: Ut qm̄ nemo
vnq̄: ſicut aplus dicit: carnē ſuam odio ha/
buit: magis homo fidelis p patientiā q̄ per
impietatem pro ſtatu ſue carnis inuigilet: et
future incorruptiōis ineſtimabili lucro quā/
talibet eius pn̄tis damna compēſet. Par/
tim tamē ea vtitur animus in ſeipſo: partim
vō in corpore ſuo. In ſeipſo vtit̃ patientia:
quando illeſo et intacto corpore aliquid qd̄
nō expediat vel nō deceat facere aut dicere:
quibuſlibet aduerſitatibus aut feditatibus
rerum ſeu verborū ſtimulis incitat̃: ⁊ patien
ter mala omnia tolerat: nec ipē mali aliquid
opere vel ore cōmittat. Per hanc patientiā I
ſuſtinemᵒ etiā cū corpore ſani ſumᵒ: qd̄ inter Ca.9.
huiᵒ ſeculi ſcādala beatitudo noſtra differt̃:
Inde dictū eſt qd̄ paulo ante cōmemoraui:
Si qd̄ nō videmᵒ ſperamus: p patientiā ex/ Ro.8.
pectamus. Hac patientia ſanctᵒ dauid cōui/ 2.Reg.16.
tiantis opprobria tolerauit: ⁊ cū facile poſſet
vlciſci: nō ſolū non fecit: verū ⁊ aliū p ſe do/
lentem cōmotūq̄ compeſcuit: ⁊ poteſtatē re
giam magis adhibuit phibendo q̄ exercen
do vindictam. Neq̄ tūc eius corpus aliquo
morbo affligebat̃ aut vulnere: ſed humilita/
tis tempus agnoſcebat̃ ac ferebat̃ voluntas
dei: pter quā patientiſſimo animo amari/
tudo cōtumelie bibebat̃. Hāc patientiā dñs Matth.13.
docuit: quādo cōmotis zizaniorū pmixtiōe
ſeruis volentibus ea colligere: dixit reſpon/
diſſe patrēfamilias: Sinite vtraq̄ creſcere
vſq̄ ad meſſem. Oportet eñ patiēter ferri:
qd̄ feſtināter non oportet auferri. Huius et
ipſe patientie prebuit ⁊ demonſtrauit exem/
plū: qd̄ ante paſſionem corporis ſui diſcipu
lum priuſq̄ oſtenderet traditorem ptulit fu/ Joh.12.et 13.
rem: ⁊ ante experimentū vinculoꝝ ⁊ crucis ⁊
mortis: labijs eius doloſis nō negauit oſcu/ Matth.26.
lum pacis. Hec omnia ⁊ ſi qua alia ſunt que
cōmemorare longū eſt: ad eū patientie mo/
dum ptinent: quo animus non ſua peccata
ſed quecūq̄ extrinſecus mala patiēter ſuſti/
net in ſeipſo ſuo prorſus corpore illeſo. Aliᵒ K
eſt autē patientie modus quo idemipſe ani Ca.10.
mus quecūq̄ moleſtia ⁊ grauia in ſui corpo/
ris paſſionibus perfert: non ſicut ſtulti vel
maligni homines pter adipiſcenda vana
vel ſcelera perpetranda: ſed ſicut a domino Matth.5.
diffinitū eſt pter iuſticiam. Utroq̄ modo
ſancti martyres certauerūt. Nam ⁊ impiorū
opprobrijs ſaturati ſunt: vbi animus a cor/
pore intacto quaſdam veluti plagas ſuas
integer ſuſtinet: ⁊ in corporibus vincti ſunt: Heb.11.
incluſi ſunt: fame ac ſiti affecti ſunt: torti
ſunt: excecti ſunt: dilaniati ſunt: incenſi ſūt:
trucidati ſunt: ⁊ pietate immobiles ſubdide
runt deo mentē cum paterent̃ in carne: quic/
quid exquirenti crudelitati venit in mentē.

Maius ſane patientię certamen eſt: quādo
non viſibilis inimicus perſequēdo atq; ſęui/
endo viget i nefās: qui palam ⁊ aperte ante
cōſentiēte vincat: Sed ipſe diabolus q̄ etiā
per filios infidelitatis tanq̄ ꝑ ſua vaſa filios
lucis inſequit: per ſeipſum occultus impu/
gnat: ſęuiendo inſtans vt contra deum fiat
L aliquid vel dicat. Talem illum iob ſanctus
Ca.11. expertus eſt: vtraq; temptatiōe vexat⁹: ſed
in vtraq; ſtabili patiētię robore ⁊ armis pie/
tatis inuictus. Nam prius illeſo corpore cū/
Job.1. cta quę habebat amiſit: vt animus aute ſuę
carnis cruciatū ſubtractis rebus quas ma/
gnipendere homines aſſolent frangeret: et
aduerſus deum loqueret aliquid: his amiſ/
ſis ꝓpterq; illū dolere putabat: Percuſſus
etiā omniū ſubita orbitate filiorū: vt quos
ſingillatim ſuſceperat ſimul perderet: tanq̄
eorum numeroſitas non vnde fęlicitas orna
retur extiterit: ſed vnde calamitas augeret.
Ubi autē iſta ꝑpeſſus in deo ſuo manſit im
mobilis: eius affixus eſt voluntati: quē non
poſſet amittere niſi propria voluntate: et ꝓ
his quę perdidit eum qui abſtulit tenuit: in
quo inueniret qđ nunq̄ periret. Neq; enim
ille abſtulerat qui nocendi habuit volunta/
M tem: ſed ille qui dederat poteſtatē. Aggreſ/
Ca.12. ſus eſt inimicus ⁊ corpus: nec ea quę homi/
ni extrinſecus inerant: ſed ipſum iā hominē
Job.2. in qua potuit parte ꝑcuſſit. A capite vſq; ad
pedes ardebant dolores: ſcatebāt vermes:
ſanies defluebat: manebat i putrido corpo/
re animus integer: horrendoſq; cruciat⁹ car
nis cōtabeſcentis inuiolata pietate ⁊ incor/
rupta patientia ꝑferebat. Aderat vxor nec
ferebat opem aliquā viro: ſed in deum blaſ/
phemiam ſuggerebat. Etenim eam diabo/
lus cum etiam filios abſtuliſſet tanq̄ no/
cendi peritus reliquerat: qui quātum eſſet
neceſſaria temptatori: iam in eua didicerat:
ſed modo alterum adam quem per mulierē
caperet non inuenerat. Cautior fuit iſte in
doloribus: q̄ ille in nemoribus. Ille victus
eſt in delitijs: iſte vicit in pęnis. Conſenſit
ille oblectamentis: non ceſſit iſte tormen/
tis. Aderant amici non vt in malis conſola/
rent: ſed vt mala ſuſpicarent. Neq; enim eū
qui tanta patiebat innocentem eſſe crede/
bant: nec tacebat eorum lingua qđ illius cō/
ſcientia non habebat: vt inter immanes cru
ciatus corporis: etiā falſis animus cederet
opprobrijs. At ille ſuſtinēs in carne dolores
ſuos: coniugis corripiebat inſipientiā: ami/
cos docebat ſapientiam: ſeruabat vbiq; pa/
tientiam. Hunc intueant qui ſibi ingerunt N
mortē quando quęrunt ad vitam: ⁊ ſibi au/ Ca.13.
ferendo ꝓſentem: abnegant ⁊ futuram. Qui
ſi ad chriſtū negandum vel aliquid contra
iuſticiam faciendū ſicut veri martyres coge/
rent: omnia potius patienter ferre: q̄ ſibi im
patienter mortem inferre debuerunt. Qđ ſi
fugiendorum malorum cauſa recte fieri poſ/
ſet: iob ſanctus ſe ipſe perimeret: vt tanta
mala in rebus ſuis: in filijs ſuis: in membris
ſuis diabolicę crudelitatis effugeret. Non
autē fecit. Abſit enim vt in ſe cōmitteret ipſe
vir ſapiens: qđ nec mulier ſuggeſſit inſipi/
ens: quia ⁊ ſi ſuggeſſiſſet: merito et hic illud
audiſſet qđ audiuit ſuggerēdo blaſphemiā:
Locuta es tanq̄ vna ex inſipientibus muli/ Job.2.
eribus: Si bona ꝑcepimus de manu domi/
ni mala nō ſuſtinemus? Et ipſe quippe pa/
tientiam ꝑdidiſſet ſiue blaſphemando ſicut
illa voluerat: ſiue ſe interficiendo qđ nec illa
auſa fuerat dicere: moreretur: atq; eſſet iter
illos de quibus dictū eſt: Ue his qui ꝑdide/ Eccl.2.
runt patientiā: ⁊ augeret potius q̄ euaderet
pęnas: qui poſt ſui corporis mortem ſiue ad
blaſphemorū ſiue ad homicidarū ſupplicia
raperet. Si enim parricida eo ſceleratior eſt
q̄ quilibet homicida: quia non tm̄ hominē
verū etiā ꝓpinquum necat: in ipſis parrici/
dis quanto ꝓpinquiorem quiſq; peremerit:
tanto iudicat immanior: ſine dubio peior eſt q
ſe occidit: quia nemo eſt homini ſeipſo pro/
pinquior. Quid ergo miſeri faciunt: qui cū
⁊ hic ſibimet ingeſtas ⁊ poſtea nō ſolum im
pietatis aduerſus deum: ſed etiā ipſi⁹ quā
in ſe exercuerunt crudelitatis luant debitas
pęnas: inſuꝑ quęrunt ⁊ martyrū glorias: cū
etiā ſi pro vero chriſti teſtimonio ꝑſecutionē
paterent: ⁊ ſe interficerent ne aliquid a pſe/
cutoribus paterent: recte illis diceretur: Ue Eccl.2.
his qui ꝑdiderunt patientiā? Quomō enim
iuſto premiū patientię reddit: ſi ⁊ impatiēs
paſſio coronat? Aut quomō innocens iudi/
cabit cui dictum eſt: Diliges ꝓximū tuum Matth.22.
ſicut teipſum: ſi homicidiū cōmittit in ſeipſo
qđ cōmittere prohibet in ꝓximo? Audiant O
ergo ſancti de ſcripturis ſanctis ꝑcepta pa/ Ca.14.
tientię: Fili accedens ad ſeruitutē dei: ſta in Eccl.2.
iuſtitia ⁊ timore: ⁊ ꝓpara animā tuam ad tē/

ptationem. Deprime cor tuum ⁊ ſuſtine: vt creſcat in nouiſſimis vita tua. Omne qđ tibi ſupuenerit accipe: ⁊ in dolore ſuſtine: ⁊ i humilitate tua patientiã habe: Quoniam in igne probat aurum et argentum: homines vero receptibiles in camino humiliationis.
Prouer.3. Heb.12. Et in loco alio legitur: Fili ne deficias in diſciplina domini: neq̃ fatigeris: cum ab illo increparis. Quem enim diligit domin⁹ corripit: flagellat autem omnẽ filium quem recipit. Quod hic poſitum eſt: filium quem recipit: hoc i ſupradicto teſtimonio eſt: homines receptibiles. Hoc eñ iuſtũ eſt: vt qui de priſtina felicitate paradiſi ꝓpter cõtumacẽ delitiarũ appetentiã dimiſſi ſumus: p humilem moleſtiarũ patientiã recipiamur. Fugaces mala faciendo: reduces mala patiendo.
P Sed vera patientia quę hui⁹ ẽ nomine digna virtutis: querẽdũ eſt vnde ſumat. Sũt Ca.15. enim qui eam tribuant virib⁹ volũtatis humanę: nõ quas habent ex diuino adiutorio: ſed quas ex libero arbitrio. Error aũt iſte ſuperbus eſt. Eorũ eſt enim qui abundant: de Pš.122. quib⁹ dicit in pſalmo: Opprobuũ eis q̃ abũdant: et deſpectio ſupbis. Non eſt ergo iſta Pš.9. patientia pauperũ: quę non perit in ęternũ. Hi eñ pauperes: ab illo eã diuite accipiunt Pš.15. cui dicit: Deus me⁹ es tu: qm̃ bonorũ meorũ nõ eges. A quo eſt omne datũ optimũ: ⁊ Jacobi.1. omne donũ pfectũ: Ad quẽ clamat ęgen⁹ et pauper qui laudat nomen eius: et petendo: Pš.70. querẽdo: pulſando dicit: Deus meus eripe me de manu pctõris: et de manu legis p̃tereuntis ⁊ iniqui: qm̃ tu es patientia mea domine: ſpes mea a iuuentute mea. Iſti sũt q̃ abundant et egere ad dominũ dedignant: ne ab illo accipiãt verã patiẽtiã: de ſua falſa Pš.13. glorian tes: conſiliũ inopis volunt cõfundere: qm̃ dñs ſpes ei⁹ eſt. Nec attendũt cũ homines ſibi ⁊ ſuę: id eſt humanę volũtati tantũ tribuũt: in illud ſe incurrere qđ ſcriptum Hiere.17. eſt: Maledictus homo: qui ſpẽ ſuã ponit in homine. Unde etiã ſi eis cõtingat vt aliqua dura ⁊ aſpera vel ne diſplicea nt hominibus vl' ne grauiora patiant: vl' ſibi placẽdo amãdoq̃ p̃ſumptionẽ ſuã eadẽ ipſa ſupbiſſima voluntate ſuſtineãt: hoc illis dicendũ eſt de patiẽtia: qđ de ſapiẽtia beat⁹ iacob⁹ aplus Jacobi.3. dicit: Nõ eſt iſta patiẽtia de ſurſum deſcendens: ſed terrena: aialis diabolica. Cur eñ non ſit ſupborũ falſa patientia: ſicut ſupborũ falſa ſapientia? A quo eſt autẽ vera ſapientia: ab illo eſt ⁊ vera patiẽtia. Huic eñ cãtat ille ſpũ pauper: Deo ſubiecta eſt anima Pš.61. mea: qm̃ ab ipſo eſt patientia in ea. Sed reſpondent ⁊ loquunt dicẽtes: Sicut volũtas Q Ca.16. hominis ſine vllo dei adiutorio virib⁹ liberi arbitrij tã multa grauis ⁊ horrẽda pfert ſiue in animo ſiue i corpore: vt mortalis vitę huius ⁊ peccatoꝝ delectatione pfruat: cur non eodẽ mõ eadem ipſa volũtas homis eiſdẽ viribus liberi arbitrij nõ ad hoc ſperans ſe diuinit⁹ adiuuari: ſed ſibi naturali poſſibilitate ſufficiẽs quicq̃d laboris vel doloris ingerit pro iuſticia ⁊ vita ęterna patientiſſime ſuſtinet? An vo inquiũt idonea eſt iniquoꝝ volũtas deo nõ adiuuãte: vt ſe ipi in cruciatibus ꝓ iniqtate: et anteq̃ ab alijs crucient exerceant: idonea ẽ volũtas mora vitę huius amantiũ vt deo nõ adiuuãte inter atrociſſima ⁊ longa tormẽta in mendacio pſeuerent: ne ſua facinora cõfitentes iubeant occidi: ⁊ nõ eſt idonea iuſtorũ voluntas niſi ei vires deſup ſuggerant quaſlibet pęnas vel ipſius decore iuſticię vel ęternę vitę amore pferre? Qui hęc dicunt: nõ intelligũt queq̃ R iniquorũ tanto eſſe ad quęcũq̃ mala pferen Ca.17. da duriorem: quanto in eo maior eſt cupiditas mũdi: ⁊ queq̃ iuſtorũ tanto eſſe ad quęcũq̃ mala pferenda fortiorem: quanto in eo eſt maior charitas dei. Sed cupiditas mundi initiũ habet ex arbitrio voluntatis: progreſſum ex iocũditate voluptatis: firmamẽmentũ ex vinculo conſuetudinis. Charitas Ro.5. autem dei diffuſa eſt in cordibus noſtris: nõ vtiq̃ ex nobis: ſed per ſpiritũſanctum qui datus eſt nobis. Proinde ab illo eſt patientia iuſtorum: per quem diffundit charitas eorum. Quam charitatem laudans atq̃ cõmendans apoſtolus: inter cętera eius bona dixit eam ⁊ cuncta ſufferre. Charitas inquit 1.Cor.13. magnanima eſt. Paulopoſt ait: Omia tolerat. Quanto ergo maior eſt in ſanctis charitas dei: tanto magis ꝓ eo qđ diligitur: Et quanto maior eſt in peccatoribus cupiditas mundi: tantomagis pro eo qđ cõcupiſcitur omnia tolerant. Ac per hoc inde eſt patientia vera iuſtorũ: vnde eſt i eis charitas dei. Et inde eſt patientia falſa iniquorum: vnde eſt in eis cupiditas mũdi. Propter qđ dicit Johãnes apoſtol⁹: Nolite diligere mundũ: 1.Joh.2. nec ea quę in mundo ſunt. Si quis dilexerit

mundũ: dilectio patris nõ eſt in ipo: q2 omẽ
qḋ i mũdo ẽ: cõcupiſcẽtia carnis ẽ ⁊ cõcupiſ-
centia oculoꝝ: ⁊ ambitio ſeculi: que nõ eſt a
patre: ſed ex mũdo eſt. Hec igit̃ cõcupiſcẽtia
que nõ eſt ex patre ſed ex mũdo: quanto fue
rit in homine vehemẽtioꝛ ⁊ ardentioꝛ: tanto
fit quiſq̨ pro eo qḋ concupiſcit omniũ mo-
leſtiarum doloꝛũq̨ patientioꝛ. Idcirco ſicut
ſupra diximus: nõ eſt iſta patientia de ſurſũ
deſcendens: patientia vo pioꝛum de ſurſum
Jacobi.1. eſt deſcẽdens a patre luminũ. Itaq̨ illa ter-
rena eſt: iſta celeſtis. Illa animalis: iſta ſpiri
talis. Illa diabolica: iſta deifica: qm̃ concu-
piſcentia qua fit vt peccantes omnia ꝑtina-
citer patiant̃: ex mũdo eſt. Charitas autem
qua fit vt recte viuentes omnia foꝛtiter pa-
tiantur: ex deo eſt. Et ideo illi falſe patiẽtie
poteſt ſine adiutoꝛio volũtas humana ſuffi
cere: tanto durioꝛ quanto cupidioꝛ: ⁊ eo tole
rabilius mala ſuſtinens quo ipſa ſit peioꝛ.
Huic autẽ que vera patientia eſt: ideo volũ
tas humana niſi deſuper adiuta ⁊ inflãma-
ta nõ ſufficit: quia ſpũſſanctus eſt ignis ei⁹:
quo niſi accenſa diligat impaſſibile bonũ:
S ferre nõ poteſt qḋ patitur malũ. Sicut enim
Ca.18. diuina teſtant̃ eloquia: Deus charitas eſt: ⁊
1.Joh.4. qui manet in charitate: in deo manet ⁊ deus
in eo. Quiſquis ergo cõtendit haberi poſſe
dei charitatẽ ſine dei adiutoꝛio: quid aliud
contendit niſi habere deum poſſe ſine deo?
Quis autẽ hoc dicat chriſtian⁹: qḋ null⁹ au-
deat dicere inſanus? Exultãs ergo apud apo
ſtolũ vera: pia fideliſq̨ patientia dixit in oꝛe
Ro.8. ſanctoꝛum: Quis nos ſeparabit a charitate
chriſti? Tribulatio: an anguſtia: an perſecu-
tio: an fames: an nuditas: an periculum: an
Ps.43. gladius? Sicut ſcriptũ eſt: Quia propter te
moꝛtificamur tota die: deputati ſum⁹ ſicut
oues victime. Sed in his omnib⁹ ſupuinci-
mus ꝑ eum q̃ dilexit nos. Deinde ſequit̃ et
Ro.8. adiungit: Certus ſum eñ: quia neq̨ moꝛs
neq̨ vita: neq̨ angelus: neq̨ principatus:
neq̨ poteſtates: neq̨ preſentia: neq̨ futura:
neq̨ altitudo: neq̨ profundũ: neq̨ creatura
alia poterit nos ſepare a charitate dei que ẽ
Ro.5. in chriſto ieſu dño noſtro. Hec ẽ illa charitas
dei q̃ diffundit̃ in coꝛdib⁹ nr̃is: nõ ex nobis:
ſed ꝑ ſpm̃ſanctũ q̃ datus eſt nobis. Maloꝝ
aũt cõcupiſcẽtia ꝓpter quã in eis ẽ falſa pa-
1.Joh.2. tiẽtia: nõ eſt ex patre: ſic dicit apls iohes: ſ;
T ex mũdo eſt. Hic dicit ⁊ aliqs: Si ex mũdo ẽ
Ca.19. cõcupiſcẽtia maloꝝ ꝑ quã fit vt mala oia ꝓ

eo q̃ ab illis cõcupiſcit̃ ꝑferant: quõ ex eoꝝ
dicit̃ voluntate? Quaſi vo nõ ⁊ ipſi de mũ-
do ſiut cum ab eis diligit̃ mũdus: deſerẽtes
eũ ꝑ quẽ factus eſt mũdus. Seruiũt eñ crea Ro.1.
ture: potius q̃ creatoꝛi: qui eſt bñdictus in
ſecła. Siue itaq̨ mũdi vocabulo iohes apls
dilectoꝛes ſignificauerit mũdi: volũtas que
ex ipſis eſt vtiq̨ ex mũdo eſt: ſiue mũdi no-
mine celũ ⁊ terrã ⁊ quecũq̨ in eis ſunt: hoc ẽ
vniuerſã cõplexus ſit creaturã: volũtas ꝓ-
culdubio creature q̃ nõ eſt creatoꝛis ex mun
do eſt. Propter qḋ talib⁹ dñs dicit: Vos de Joh.8.
deoꝛſum eſtis: ego de ſurſũ ſũ. Vos de hoc
mũdo eſtis: ego nõ ſũ de hoc mũdo. Aplis
autẽ dicit: Si de mũdo hoc eſſetis: mũdus Joh.15.
qḋ ſuũ erat diligeret. Sed ne ſibi ampli⁹ ar-
rogarent q̃ eoꝝ mẽſura poſcebat: et hoc qḋ
eos nõ eſſe dixit ex mũdo: nature putarent
eſſe nõ gratie: Quia vo inqt: De mũdo nõ
eſtis: ſed ego elegi vos de mundo: ꝓpterea
odit vos mũdus: Ergo de mũdo erant. Nã
vt et de mũdo nõ eſſent: electi ſũt de mũdo.
Hanc aũt electionẽ non ꝓcedentiũ in bonis V
operibus meritoꝛũ: ſed electionẽ gratie de- Ca.20.
monſtrans apſus ſic inquit: Et in hoc tẽpo- Ro.11
re reliquie ꝑ electionẽ gratie ſalue facte ſũt.
Si aũt gr̃a: iã nõ ex operib⁹: alioqn gr̃a iã
nõ eſt gr̃a. Hec eſt electio gratie: q2 oĩa bona
merita ꝓueniunt̃ hũana. Si eñ vllis bonis
meritis dat̃: iam nõ gratis donat̃ ſed debita
reddit̃: ac ꝑ hoc nõ vero nomie gr̃a nũcupa-
tur: vbi merces: ſicut idẽ dicit aplus: nõ im- Ro.4.
putat̃ ſm gratiã ſed ſm debitũ. Si autẽ vt
vera ſit gratia: id eſt gratuita: nihil inuenit ĩ
homine cui merito debeat̃: qḋ bñ intelligit̃
et i eo qḋ dictũ eſt: Pro nihilo ſaluos facies Ps.55.
eos: ꝑfecto ipſa dat merita: nõ meritis dat̃.
Preuenit ergo etiã fidẽ: ex qua omnia bona
opera incipiũt. Juſtus eñ: ſicut ſcriptũ eſt: Abacuc.2.
ex fide viuit. Poꝛro aũt gratia nõ ſolũ adiu- Ro.1.
uat iuſtũ: verũetiã iuſtificat impiũ. Et ideo
etiã cum adiuuat iuſtũ et videt̃ eius meritis
reddi: nec ſic deſinet eſſe gratia: qm̃ id adiu-
uat qḋ ipſa ẽ largita. Propt̃ hanc itaq̨ gra-
tiam que cuncta bona merita humana ꝓce-
det: non ſolum chriſtus ab impijs occiſus ẽ: Ro.5.
verũetiã ꝓ impijs moꝛtu⁹ ẽ. Et anteq̨ moꝛe-
retur non vtiq̨ iuſtos ſed iuſtificandos ele-
git aplos: qb⁹ ait: Ego vos de mũdo elegi. Joh.15.
Quibus eñ dixit: De mũdo nõ eſtis: ne pu
tarẽt ſe nunq̨ fuiſſe de mũdo: mox addidit:
Sed ego vos de mũdo elegi. Profecto vt de

mũdo nõ eſſent: ipſius i eos electione colla
tũ eſt. Quocirca ſi ꝑ ſuã iuſticiã nõ ꝑ gratiã
eius eligerent: nõ de mũdo electi eſſent: qm̃
de mũdo iam non eſſent ſi iam iuſti eſſent.
Deinde ſi ꝓpterea ſunt electi: quia iam iuſti
erant: ipſi priores iã dominũ elegerant. Quis
enim poteſt eſſe iuſtus: niſi eligẽdo iuſticiã?
Ro.10. Finis aũt legis chriſtus ad iuſticiã omi cre-
1.Cor.1. denti: Qui factus ẽ nobis ſapiẽtia a deo et
iuſticia ꝛ ſanctificatio. Ipe eſt ꝙ nr̃a iuſticia.
X Unde ꝛ antiqui iuſti ante incarnationẽ ver
Ca.21. bi: in hac fide chriſti: ꝛ in hac vera iuſticia qȝ
eſt nobis chriſtus: iuſtificati ſunt: hoc credẽ-
Eph.2. tes futurũ qȝ nos credimꝰ factũ: Gratia ſal-
ui facti ꝑ fidẽ: nõ ex ſeipſis ſed dei dono: nõ
ex operibus ne forte extollerent. Bona quippe
opera eoꝝ nõ ꝓuenerũt miſericordiã dei: ſed
ſecuta ſunt. Ipſi quippe audierũt: ipſi ſcripſe
rũt longe anteꝙ chriſtus veniſſet in carne:
Exo.33. Miſerebor cui miſertus ero: et miſericordiã
ꝓſtabo cui miſericors fuero. E quibꝰ dei ver
Ro.9. bis: tanto poſt aplus paulꝰ diceret: Igitur
nõ volẽtis neqꝫ currẽtis: ſed miſerẽtis ẽ dei.
Ipſoꝝ etiã vox eſt longe anteꝙ chriſtus ve-
Ps.58. niſſet in carne: Deus meus: miſericordia eiꝰ
ꝓueniet me. Quomõ autẽ poſſent alieni eſſe
a fide chriſti: quorũ charitate etiã nobis pre-
nũciatus eſt chriſtꝰ: ſine cuiꝰ fide quiſqꝫ mor-
taliũ nec fuit: nec eſt: nec eſſe aliquãdo pote
rit iuſtus? Si ergo iã iuſti a chriſto eligerent
apli: prius illum ipſi elegiſſent: vt iuſti eligi
poſſent: ſine illo iuſti eſſe poſſent. Sed nõ
Job.15. ita factũ ẽ. Ipſe quippe illis ait: Nõ vos me
elegiſtis: ſed ego vos elegi. Unde dicit apo
1.Joh.4. ſtolus iohãnes: Nõ qȝ dilexerimꝰ deũ: ſed
y quia ipſe dilexit nos. Qȝ cũ ita ſit: quid eſt
Ca.22. homo vtens in hac vita ꝓpria volũtate an-
teꝙ eligat ꝛ diligat deũ: niſi iniuſtus et im-
piꝰ? Quid eſt inꝙ homo aberrãs a creatore
creatura: niſi creator eius memor ſit eius: et
eligat eum gratis ꝛ diligat gratis: quia non
põt eligere vel diligere: niſi ꝑus electus dile
ctuſqꝫ curetᷣ: q cecitate eligenda nõ cernit: et
languore diligẽda faſtidit? Sed forte qs di-
cat: quõ deꝰ ꝑus eligit ꝛ diligit iniquos aut
iuſtificat: cũ ſcriptũ ſit: Odiſti dñe oẽs opan
tes iniqtatẽ. Quõ putamꝰ: niſi miro ꝛ ineffa
bili mõ? Et tñ etiã nõ poſſumꝰ cogitare: qȝ
medicꝰ bonꝰ egrotũ ꝛ odit ꝛ diligit. Odit em̃
quia egrotat: qui diligit ita vt egritudinem
Z pellat. Hec ꝓpter charitatẽ dicta ſint: ſine q̃
Ca.23. in nobis nõ põt eſſe vera patiẽtia: qꝛ in bo-
nis charitas dei eſt q̃ tolerat oĩa: ſic in malis 1.Cor.13
mũdi cupiditas. Sed hec charitas ꝑ ſpiritũ Ro.5.
ſanctũ eſt in nobis: q datꝰ ẽ nobis. Unde a 157
quo nobis eſt charitas: ab illo eſt patientia.
Mundi autẽ cupiditas qñ patiẽter ſuſtinet
onera cuiuſlibet calamitatis: gloriatᷣ de viri-
bus ꝓprie volũtatis: tanꝙ de ſtupore mor-
bi: non de robore ſanitatis. Inſania eſt iſta
gloriatio: nõ eſt patiẽtie ſꝫ demẽtie. Volun-
tas iſta tanto videtᷣ patiẽtior acerboꝝ malo
rũ: quãto ꝛ auidior tẽporaliũ bonoꝝ qꝛ ina-
nior ꝛ eternoꝝ. Qȝ ſi eã exagitat ꝛ inflãmat
fallacibꝰ viſis ꝛ ſuaſionibꝰ imundꝰ ꝛ diabo-
licus ſpũs: ꝛ maligna cõſpiratiõe ſociatꝰ effi
cit hoĩs voluntatẽ vel errore dementẽ: vel
appetitu cuiuſlibet mũdane delectatiõis ar-
dentẽ: quecũqꝫ videntᷣ intolerabilia mirabi-
liter ſuſtinere. Nõ tñ ideo etiã volũtas mala &
ſine inſtigatiõe alteriꝰ imundi ſpũs: ſicut vo Ca.24.
lũtas bona ſine adiutorio ſctĩſpũs nõ põt
eſſe. Nã eſſe poſſe voluntatẽ malã etiã ſine
aliquo ſpũ vel ſeducẽte vel incitante in ipſo
diabolo ſatis oſtenditᷣ: qui ꝑ nullũ aliũ dia-
bolũ ꝓpria volũtate factus diabolꝰ inuenitᷣ.
Volũtas itaqꝫ mala ſiue cupiditate rapiatᷣ:
ſiue timore reuocetᷣ: ſiue leticia diffundatᷣ: ſi-
ue triſticia cõtrahatᷣ: atqꝫ in his omibꝰ ꝑtur-
bationibꝰ animi quecũqꝫ ſunt: alijs vel alio
tp̃e grauia cõtemnat ꝛ ꝑferat: põt ꝛ ſine alte
rius ſpũs inſtinctu ſeipſã ſeducere: et defectu
a ſuperioribus in inferiora lapſando: quanto
iocũdius eſtimauerit qȝ adipiſci appetit vel
amittere metuit: vel adeptum gaudet: vel
amiſſum dolet: tantũ tolerabilius ꝑferre qȝ
ſibi minꝰ ẽ ad patiendũ ꝙ illud ad fruendũ.
Quicqd em̃ illud eſt: ex creatura eſt: cuiꝰ no-
ta voluntas eſt. Quodãmodo em̃ familiari
cõtactu atqꝫ cõnexu ad experiendã eiꝰ ſuaui
tatẽ adiacet amanti creature amata creatu-
ra. Volũtas aũt creatoris de q̃ ſcriptũ ẽ: Et 2 Ca.25.
torrente voluptatis tue potabis eos: longe Ps.35.
alteriꝰ generis ẽ. Neqꝫ em̃ ſic nos creatura ẽ.
Niſi ꝙ amor eiꝰ detᷣ inde nobis: nõ eſt vnde
eẽ poſſit in nob. Ac ꝑ hoc volũtas bona q̃ dili-
gitᷣ deꝰ i homie nõ põt eſſe: niſi in q̃ deꝰ ope- Phil.2.
ratᷣ ꝛ velle. Hec igitᷣ volũtas bona: id eſt vo-
lũtas deo fideliter ſubdita: volũtas ſancti-
tate ſupni ardoris accẽſa: volũtas q̃ diligit
deum ꝛ ꝓximũ ꝓpter deum: ſiue amore de
quo reſpondit aplus petrus: Dñe tu ſcis qꝛ Joh.21.
amo te: Siue timore: de quo dicit apoſtolus
paulus: In timore et tremore veſtrã ipſorũ Phil.2.

ſalutē operamini: Siue gaudio: de quo dic:
Ro.12. Spe gaudētes: i tribulatiōe patiētes: Siue
triſticia: quā ſe dixit habuiſſe magnā ꝑ fra-
tribꝰ ſuis: Quecūqꝫ amara ⁊ aſpa ſufferat:
1.Cor.13. charitas dei eſt que oīa tolerat: que nō diffun-
Ro.5. dit in cordibus noſtris niſi ꝑ ſpm̄ ſanctū qui
AA datus eſt nobis. Unde nequaqꝫ dubitante
Ca.26. pietate: ſicut charitas ſancte amantium: ita
patientia pie tolerantiū dei donū eſt. Neqꝫ
eñ ſcriptura fallit aut fallit̃: que non ſolum
in veteribus libris habet huiꝰ rei teſtimonia
Pſ.61. cū deo dicit̃: Patiētia mea tu es: et ab ipſo
eſt patientia mea: Et vbi alius ꝓpheta dic:
accipere nos ſpm̄ fortitudinis: verūetiā in
Phil.1. apoſtolicis litteris legitur: Quia vobis da-
tū eſt ꝓ chriſto nō ſolū vt credatis in eū: ſed
vt etiā patiamini ꝓ eo. Nō ꝗ quaſi de ꝓprio
faciat animū elatū: qđ ſibi audit eſſe dona-
tū. Si quis autē nō habens charitatē que ꝑti-
Eph.4. net ad vnitatē ſpūs ⁊ vinculū pacis: quo ca
tholica eccl'ia cōgregata cōnectit̃: in aliquo
ſchiſmate cōſtitutus: ne chriſtū neget patit̃
tribulationes: anguſtias: famē: nuditatē: ꝑ-
ſecutionē: ꝑicula: carceres: vincula: tormen-
ta: gladiū vel flammas: vel beſtias: vel ipſā
crucē timore gehennaꝝ ⁊ ignis eterni: nullo
modo iſta culpāda ſunt: imo vero hic laudā-
da patiētia eſt. Nō eñ dicere poterimꝰ me-
lius ei fuiſſet vt chriſtū negādo nihil eorum
pateret̃ que paſſus eſt cōfitendo: ſed exiſti-
mandū fortaſſe tolerabilius ei futurum ꝗ̄ ſi
chriſtū negādo cūcta illa vitaret: vt illud qđ
1.Cor.13. ait apl's: Si tradidero corpꝰ meū vt ardeā:
charitatē aūt nō habeā: nihil mihi ꝓdeſt: ni
hil ꝓdeſſe intelligat̃ ad regnū celorū obtinē
dū: nō ad extremi iudicij tolerabilius ſuppli-
BB ciū ſubeundi. Sed merito ꝗ̄ri poteſt: vtrū
Ca.27. iſta patiētia donū dei ſit: an viribꝰ tribuen-
da ſit volūtatis hūane: qua quiſqꝫ ab eccle-
ſia ſeꝑatus nō ꝑ errore qui eum ſeꝑauit: ſed
ꝑ veritate ſacramēti ſeu verbi que apud eā
remāſit timore penaꝝ eternaꝝ penas patit̃
tēporales. Cauendū eſt eñ ne forte ſi dei do
nū iſtā patiētiā dixerimꝰ: hi quibꝰ ineſt etiā
ad regnū dei ꝑtinere credant̃. Si autē donū
dei eſſe negauerimꝰ: cogamur fateri ſine ad-
iutorio ⁊ munere dei in volūtate homīs eſſe
poſſe aliqđ boni. Neqꝫ eñ hoc non eſt bonū
vt credat eterno ſupplicio ſe eſſe puniendū ſi
negauerit chriſtū: vt pro iſta fide qualecūqꝫ
ſuppliciū ꝑferat humanū. Proinde ſicut ne-
gandū non eſt etiā hoc eſſe donū: ita intelli-
gendū eſt alia eſſe dei dona filioꝝ illius hie-
ruſalem que ſurſum libera eſt mater noſtra. Gal.4.
Hec ſūt eñ quodāmodo hereditaria in quibꝰ CC
ſumꝰ heredes dei: coheredes autem chriſti. Ca.28. Ro.8.
Alia vero ꝗ̄ poſſunt accipe etiā filij cōcubina-
rū: quibꝰ iudei carnales ⁊ ſchiſmatici vel here-
tici cōparant̃. Quis eñ ſcriptū ſit: Ejice an Gen.21.
cillā ⁊ filiū eiꝰ: Neqꝫ eñ heres erit filiꝰ cōcubi
ne cū filio meo iſaac: Et abrae dixit deꝰ: In
iſaac vocabit̃ tibi ſemē: Qđ ſic ē a aplo inter- Ro.9.
ꝑtatū: vt diceret: id ē nō ꝗ filij carnis hi filij Gal.4.
dei: ſed filij ꝓmiſſionis deputant̃ in ſemine:
vt intelligeremꝰ ſemē abrahe ſm̄ iſaac ꝓpt̃
chriſtū ad dei filios ꝑtinere ꝗ ſūt corpus chri
ſti ⁊ mēbra: id eſt eccl'ia dei vna: vera: germa-
na: catholica: tenens piā fidē: nō eā que ꝑ elati
onē vel ꝑ timorē: ſed eā que ꝑ dilectionē ope Gal.5.
rat̃. Tamē etiā filios cōcubinaꝝ quādo a fi-
lio ſuo iſaac diuiſit abrahā: nōnulla eis largi-
tus ē munera: ne relinq̄rent̃ oīno inanes: nō
vt tenerent̃ heredes. Sic eñ legimꝰ: Dedit Gen.25.
aūt abrahā omnē cenſū ſuū iſaac filio ſuo: et
filijs cōcubinarū ſuarum dedit abrahā mu-
nera: ⁊ diuiſit eos ab iſaac filio ſuo. Si ꝗ filij
ſumꝰ libere hierl'm: alia dona exheredatoꝝ:
alia intelligamꝰ heredū. Hi eñ heredes ſūt
quibꝰ dicit̃: Non eñ accepiſtis ſpm̄ ſeruitutis Ro.8.
iterū in timore: ſed accepiſtis ſpm̄ adoptio-
nis filioꝝ: in quo clamamꝰ: abba pater. Clame DD
mus ꝗ ſpū charitatis: ſed donec veniamꝰ ad Ca.29.
hereditatē in qua ſemꝑ maneamꝰ: liberali amo
re ſimus: nō ſeruili timore. Patiēter clame-
mus ꝗ̄diu pauperes ſumus: donec illa heredi
tate ditemur. Magna quippe inde pignora
accepimꝰ qđ ad nos ditādos paupꝰ factꝰ eſt
chriſtus: quo in ſupernas diuitias exaltato:
miſſus eſt qui ſancta deſideria nr̄is cordibus
inſpiraret ſpūſſanctꝰ. Hoꝝ pauperū adhuc
credētiū nondū ꝯtēplantiū: adhuc ſperātiū
nondū tenentiū: adhuc deſiderio ſuſpirātiū
nōdum felicitate regnātiū: adhuc eſuriētiū
⁊ ſitientium nōdum ſatiatorum. Horū ergo Pſ.61.
pauperū patientia non peribit in eternum:
non quia ⁊ illic patientia erit vbi qđ toleret̃
non erit: ſed nō ꝑibit ſicut dictū eſt: quia infru
ctuoſa nō erit. Fructū aūt habebit eternū:
ideo nō ꝑibit in eternū. Quiſqs aūt laborat
inanit̃: cū eū ſpes fefellerit ꝓpt̃ quā labora-
bat: merito dic: Perdidi tantū laborē. Quiſ
quis vero ad ſui laboris ꝓmiſſa ꝑuenerit: gra
tulās dicit: Non ꝑdidi laborem meū. Dicit̃
ergo labor nō periſſe: nō quia manet ꝑpetuus:

ſed qꝛ nõ eſt inaniter fuſus. Sic ꝛ patientia pauperũ chriſti ſed ditandorũ heredũ chriſti nõ peribit in eternũ: nõ qꝛ ꝛ illic patiẽter ferre videbimur: ſed qꝛ ꝑ his que hic patienter ꝑtulimus eterna beatitudine ꝑfruemur. Nõ dabit finẽ ſempiterne felicitati: qui donat tẽporalẽ patientiã volũtati: qꝛ vtrũqꝫ munus donate donatũ eſt charitati.

## Item in eadẽ dñica: Homelia de eo qđ ſcriptum eſt in euangelio ſcḿ Lucã: Beati oculi qui vident ⁊cͤ. ꝗ habetur inter ſermones de Verbis domini .xxxvij. Et in libro Quinquaginta homeliarũ .xxxviij.

Luce.10.

Sermo CC.XXIIII.

## Dñica quartadecima: De beato Job: Sermo I

A

Ꝑ Romptiorẽ me ad loquẽduꝫ veſtra ſanctitas ꝓmonet: etiã dudũ de ſcripturis inſinuata omni cũ deuotione dicẽdi fiduciã tribuit: quẽ deus gratãter vobis audire mõſtrauit. Sic nos veſtra ſanctitas de Job dicentẽ accipiat: vt audire ſe tãqꝫ ruſticũ credat. Nõ fuco sermões infectos dicere arbitretur: qui illiꝰ magiſterio ſimpliciter dicere ꝑfitetur. Aduerſus iob diabolus pugnam impetrauit: cuiꝰ filios ruina cũ extingueret: factꝰ ẽ poſt diuitias iops: poſt familias ſolus: poſt numeroſam ſobolẽ nullius pater: patrimonio naufragꝰ: in corpore edaces penas vno robore fidei ſuſtinebat. Diuitie in inopiã ceciderunt. Hic noua expgiſcitur nuditate: nullꝰ fuit ꝓximus: qꝛ rata eſt miſeris amicitia. Corporis ſanitas vulneribus imutatur: Gaudiũ in dolorẽ conuertitur: nullus artus ꝙ nõ flagellis valitudinũ agitetur. Deniqꝫ ſub ſterquilinio iacuit ꝑclara iuſticia: et cũ vulnerata caro ꝓbaretur in mẽbris: incolume pectus ſeruabat interiꝰ. Nihil erat a capite vſqꝫ ad pedes qđ non affligeret pena.

Job.1.

B Undiqꝫ circũuallãtibus penis ſtetit: ꝛ vnde feruebat diaboli inuidia: inde ſumpta eſt fatigata victoria. In corpore torquebatur: ꝛ ſpũ ꝓbabatur. Vermibus corpus inquietis doloris tolerabat geminata ſupplicia: quem fluxe carnis putredinẽ ꝑdurabat fecunda calamitas: nõ noctibus quies: nõ diebus requies. Torquebatur: ꝛ orabat. Aliud poſtulabat hoſtis: aliud ꝑcabatur vociferatio ꝯfeſſoris. Diſſolutis neruis saniei ꝓfluuiũ aſperior teſta radebat: atrox cruciatꝰ mutabat. Regeo nõ agnoſcebat: ꝛ cõfoſſum corpus in ſtercore recũbebat. In naufrago corpore incolumis iuſticia tutatur: ꝛ periclitãtibus membris: auctori vulnerũ pectus ſeratur. Omnia excepto ſpiritu occupauerat hoſtis. Non fuit qui reciprocũ redderet munus mercedibꝰ: delicata matrona in alienis domibus ſeruit: que imperare cõſueuerat. Ubi poſt ſolis occaſũ diurna ſupplicia dure tranſigebat: quietẽ expectabat: ꝛ fatigatis matrona digitis: ſuccedentẽ diem lachrymãtibus oculis deducebat. Orbata in merore filiorũ mulier locatur vt ſeruiat: nec ad lachrymas vacat. Adhuc matrona iã vidua: vbiqꝫ mercẽnaria: nuſqꝫ domia: nec ſterilis: nec mater vteri ſui laniatus defſet. Ecce inquit marite que pateris: dic aliquid aduerſus deum ꝛ morere. Peccauit ſola ꝗ viro miſericordiã denegabat: obliuiſci vxorẽ iob in filijs didicerat: ꝛ omnibus membris fluens: ſolus animꝰ fideliter repugnabat. Bellator mũdi in vno viro torquetur

C

Job.2.

D dũ torquet et pena reuertitur in auctorẽ. Ecce inquit dñs tradã illũ tibi: animã illiꝰ tantũmodo cuſtodi. Secure pugnat: ꝙ hoſte metuẽte ſeruatur. Sic hoſtis furebat vt timeret: infigit dolorẽ crudelitas: ꝛ deficit in ſuis viribus. Pena fugata reuertitur ſanitas: ꝛ cicatricibus felicior redditur medicina. Celeriꝰ curat dñs qꝫ vulnerarat inimicꝰ. In gaudia gemitus migrauere: ꝛ in foſſis vulnerũ numerabantur monumẽta victorie. Propter iob regina: ꝓpter quem ꝛ mercẽnaria. Duplici regrediturꝫ fenere: vt amiſſa poſſent duplo recipere.

Ibi.5.

## In eadem dominica: De beato Job: Sermo II

Sermo CC.XXV.

A

N lectiõe que nobis lecta eſt fratres chariſſimi: audiuimus qꝫ glorioſiſſimus dei athleta contra hoſtem callidiſſimũ admirabiliter ꝑliatus ſit: et ſcḿ qđ apoſtolus ait: Spectaculũ deo ꝛ angelis eiꝰ ꝛ hominibus: dignũ non ſine ingenti admiratiõe audire: ꝛ quodãmodo oculis fidei videre meruimus. Vidimus beatũ Job non ſolum cõtra felicitatẽ mũdi: ſed etiã contra paupertatẽ ꝛ aſperrimos dolores: et contra filioꝝ orbitatẽ fortiter ꝛ feliciter dimicantẽ. Qui cũ eſſet diues: nullũ ꝯtemptũ habuit. Cũ penuriã pateretur: neminẽ blaſphemauit:

1.Cor.4.

nec cõtra dei diſpenſationẽ murmurare pre-
Job.31. ſumpſit: ſed locuples dicebat: Domus mea
omnib⁹ viatoribus patuit: et de velleribus
ouiũ mearũ calefacti ſunt humeri infirmorũ.
Poſtea vero cum paupertate premeretur: in an-
Job.1. guſtijs loquebat: Dñs dedit dño abſtulit: ſi
cut dño placuit ita factũ eſt. Et fortiter col-
luctatus eſt diabolus: ſed athletã dei ſupa-
re nõ potuit. Immanes ſuſcitauit fluctus:
et firmiſſimã petrã cõmouere nõ valuit. Ma-
chinatiões ſuas adhibuit: et turrim validiſ-
ſimã nõ proſtrauit. Arborẽ cõcuſſit et decutere
poma nõ valuit. Et ramos quidẽ cõfregit:
ſed radici nihil nocuit. Parietẽ perforauit: ſed
theſaurũ auferre nõ potuit. Theſaurũ autẽ
dico nõ auri et argenti: ſed fidem iuſti. Hunc
enĩ eius theſaurũ diabolus diripere feſtina-
bat: quãdo eum omni facultate nudatũ pla-
B ga intolerabili cruciabat. Vidiſti augmen-
tari fluctus: vidiſti petrã firmiſſimã: vidiſti
turrim inexpugnabilẽ: vidiſti deũ glorifica-
tum et diabolũ confractũ: Et quali nomie hũc
iuſtũ appellem: ignoro. Athletã eũ vocẽ? Sed
precellit tantarũ copia coronarũ. Petrã eum
dicã? Sed firmiorẽ video. Militẽ appellabo?
Sed robuſtiorẽ cerno cõſtantia. Turrim eũ
nominabo? Sed eminet ſapientia. Arborẽ
eũ dicã? Sed decorior inuenit. Fructũ illũ
appellẽ? Sed precioſior demonſtrat. Theſaurũ
eum nomiabo? Sed copioſior eſſe dinoſcit.
Et quali vocabulo appellẽ ſanctũ illũ nõ in-
uenio. Audiãt hec diuites: audiãt hec pau-
peres quẽadmodũ hic beatus vir i diuitijs
ſuis et felicitate benignus diſpenſator exti-
tit diuitiarũ: et in tẽptatione paupertatis pa-
tienter et fortiter tolerauit. Vides igit non
eſſe impoſſibile diuitẽ eſſe in operibus bo-
nis: et pauperẽ per patientiã egeſtatis poſſe eẽ
C beatũ. Nolo mihi dicas: quia paupertatẽ ti-
meo. Paupertatem times: et peccatũ non me-
tuis? Nolo timeas paupertatẽ: ſed iniquitatẽ
time: que mater eſt tormẽtorũ. Dñs a teſti-
Matth.25. pendiũ poſtulat: et dare ei nõ vis. Cũ enim
audis eũ dicentẽ: Qdiu feciſtis vni ex mini-
mis iſtis: vtiq ſi tribuas paupi chriſto fene-
ras. Si cõtrahis a paupe manũ tuam: quõ
et qua fiducia in illa die et tu a dño miſericor-
diã poſtulabis? Nõne arguet te dicens: Vi-
diſti me nudum et non operuiſti: eſurientẽ et
nõ paſti? Quid tu ad hec reſpondebis: et
quã veniam deprecaberis? Nõne cõſcientia
tua reum te faciet et obmuteſces? Et tu qui-

dem multis et precioſis vel exquiſitis delitijs
interdũ vſq ad crapulã ſatiaris: et pauperi
vnde eſuriem repellat vel cibũ ſimplicẽ diſſi-
mulas erogare. Veſtibus etiã nimiũ precio-
ſis indutus incedis: et pauperi nudo nec vi-
liſſimũ tribuis veſtimentũ. Domũ tuam in
omi pompa cõponere vel ornare cõtendis:
forſitan nec in angulo eius peregrinũ vel pau-
perẽ recipis. Sed qui talis eſt: cũ ei irreuoca-
bilis aduenerit finis: ſi penitentia nõ ſubue-
nerit: perget ad inferos nudus bonis operib⁹:
remanente domo cũ omni ornatu ſuo in te-
ſtimoniũ auaricie ſue. Vnuſqſq enĩ pretereũ-
tium dicet: Hec domus illius fuit raptoris:
predonis: auari. Quãtas viduas afflixit: quã-
tos orphanos denudauit: quantos miſeros
fecit: vt hanc domũ tantis expenſis de iniq-
tate queſitis regeret. Sed dicit aliqs: Nobi- D
lis ſum et in honore conſtitutus. Nobilita-
tem nemo reprehendit: de iſtis dignitatibus
nemo diſputat: que a deo bene hominibus
cõcedunt. Diuites ergo in honoribus cõſti-
tuti ſi iuſte et caſte et miſericorditer vixerint:
reprehẽdere nemo debet. Illi vero dolẽdi ſũt et
lugẽdi: q inflati ſupbia dignitatũ: putant ſe
imortales cũ ipſa dignitate futuros: et nõ cõ-
ſiderant condtionẽ ſuã qi de terra ſunt et in Gen.3.
puluerẽ redigent: et pro parua leticia vite hui⁹
ſi tamẽ leticia vel vita dicẽda ẽ: ppetua ſuſti-
nebunt tormẽta. Attendis pauperẽ et deſpi-
cis: et nõ recogitas qm homo eſt ſicut et tu.
Homo chara et amica poſſeſſio dei: hõ cuius
cauſa firmatũ eſt celum: et extenſum eſt ma-
re: fundata eſt terra: propter quem ſol oritur
et occumbit: luna creſcit et deficit: aſtra micã-
tia ſurgunt. Tu ne ergo cõtemnis hominẽ pau-
perẽ: propter quẽ deus talia et tanta cõſtituit?
Ad extremũ vt adhuc amplius dicã: propter
quem dei filius humanã carnem aſſumpſit:
opprobria et flagella ſuſtinuit: crucẽ ptulit et Matth.27.
flagelli amaritudinẽ ſenſit: mortẽ guſtauit:
ad inferna deſcẽdit: et eos qui a diabolo de-
tinebant obnoxij ſanguinis ſui precio libera-
uit. Ecce quanta et qualia hũano generi pie-
tas diuina conceſſit. Videte ergo ſi iuſtũ eſt
vt a nobis paup quiſq deſpiciat: cui tot be-
neficia pietas diuina largit? Amemus ergo
fratres chariſſimi et nõ deſpiciam⁹ pauperes
vel peregrinos: ne nos ille deſpiciat qui propter 2.Cor.8.
nos pauper factus eſt cũ eſſet diues. Cõſide- E
rate fratres et diligẽter attẽdite: quia ab ini-
tio nullũ pauperem deſpicere voluit deus.

Nam ſicut in ſcripturis diuinis frequēter et
diligēter audiſtis: vt ſuperbiā ⁊ vanitatem
mundi reprimeret deus: nō elegit rhetores:
nō eloquētes: nō conſules: nō diuites: non
potentes: quibus verbi ſui ſecreta cōmitte-
ret: ſed aut opiliones: ſicut patriarchas ⁊ be
1.Reg.16. atū dauid: aut piſcatores ſicut beatū petrū
Matth.4. 1.Cor.1. vel reliquos apl'os: vt ꝑ infirma deſtrueret
fortia: ⁊ ꝑ humilia excelſa ⁊ ſupba deijceret.
Amemus ergo pauperes: vt cum illis partē
Matth.11. habere poſſimus qui dixit: Diſcite a me q̄a
mitis ſum ⁊ humilis corde. Nā quia genus
humanū ꝑ ſupbiā mortale vulnꝰ acceperat:
chriſtus medicamentū hūilitatis exhibuit.
Noli ergo deſpicere humilē pauperē: qui cū
ſibi paup ſit: facere te diuitē poteſt. Qui em̄
diuites ſunt: imitent̄ beatū iob hūiliter lar-
gas elemoſynas facientē. Non extollant̄ in
ꝓſperis: etſi ſiniſtrū aliquid dn̄o ꝑmittente
ꝑtulerint: non deprimant̄ aduerſis: ⁊ in nul-
lo contra dei iudicia murmurantes: ſed hu-
mili ⁊ pia cōſcientia cum beato iob dicant:
Iob.1. Dominus dedit dn̄s abſtulit: ſicut domino
placuit ita factū eſt: ſit nomen domini bene-
dictum: cui eſt honor ⁊ imperiū cum patre et
ſpūſancto: in cuncta ſecula ſeculoꝝ: Amē.

Item in eadem dn̄ica Homelia
de eo qđ ſcriptum eſt in euangelio
Luc.17 ſm̄ Lucam: Et factum eſt dum iret
ieſus in hieruſalē: tranſibat per me-
diam ſamariā ⁊c̄. que ſumpta eſt ex
libro.ij. de queſtionibꝰ euangelio-
rū.ca.iiij. Et ex ſermonibꝰ factis ad
fratres in heremo.xxxij.

Sermo CC.XXVI. Dominica quintadecima: De be-
ato Tobia: Sermo I

A

b Eatus Tobias qui panem ſuū no-
uerat frangere eſurienti: mercedem
celerem mercēnaris ꝑparat laboran
ti. Patient̄ lectione ꝑcepta que nup eſt reci-
tata: admirabamur patris filijq₃ tractatuꝫ:
queadmodum angelus monet: quem eſti-
mabant terrenū ſub celeſti gloria mercenna
rium. Ad hoc enim cecitatis incurrit exitiū:
vt angelū ſuſciperet medicū: qui diuinis fa-
Tobie.12. cibus inceſus ſic anhelauit: Honeſta eſt ora-
tio cum ieiunio et elemoſyna. Oratio iuſti:
clauis eſt celi. Aſcendit ꝑcatio: et deſcendit
dei miſeratio. Licet alta ſit terra: altū celuꝫ:
audit tn̄ deus hominis linguā: ſi mundā ha-
beat conſcientiā. Cum ſenſibus loquit̄: ſi ſit
ſolus noſter gemitus. Sufficit auribus im-
ber oculorum: fletus citius audit q̄ voces.
Oratio inuidi: ſolet de auribus ꝓpulſari.
Erat patris ⁊ filij anima vna: dum eſſet pro- B
prietas membrorū erat illis ſingularis ger-
manitas animorū. Fili inquit dimittamus Tobie.12.
iſtum hominē adijcientes ad mercedē placi-
tam: quia nobis multa opere ſuo cōtulit bo-
na. Et filius relato tractatu alloquit̄ patrē:
Pater: nūquid nā iſti tam benedicto opera-
rio merces tm̄ placita debet penſari: cuius
bonus ducatus nō poteſt eſtimari? Parum
illi honoris reddemus: ſi eius meritis men-
ſuram figamus. Nūquid ipſe id tantū exhi-
buit qđ placuit? Hoc placuerat: vt mihi regi
onē ⁊ virum cui argentū cōmendaſti demō-
ſtraret. Primo iter quaſi celeſte carpens: et
mihi ⁊ tibi parauit neceſſariū de piſce colly-
riū: Me deduxit: argentū recepit: ſarā mihi
vxorem deſpōſauit. Mercede placita tantū
eſt dignus: qui mihi tanq̄ celeſtis extitit pa
ranymphus: ⁊ qđ plus ē bone pater oculoꝝ
tuorū maculas albugine detracta curauit: ⁊
totā domū noſtrā illuminatis oculorū tuo-
rum lampadibus illuſtrauit? Clarius modo
vides: quia te videntem aſpicis. Nonne iſte
optime pater dignus eſt media ſubſtantia?
Iſte talis ductor atq₃ ꝓuiſor: medicus atq₃
cuſtos: vt dixi: medie ſubſtātie quā ipſe me-
cum ꝑtulit accipiat portionē: qui mihi duca
tu ſuo tantā ꝓbuit pietatē. Placet bono pa- C
tri ſapientis filij reſpōſio. Rogare cepit mer Ibi.8.
cēnariū: vt mercedis ſue ſumat effectū. Fra-
ter inquit accipe qđ tuū eſt: ⁊ tunc vade ſal-
uus. Recipe mercedē tuam: quia ꝓbuiſti mi
hi e filio meo bonam miſericordiā. Tolle vt
dixi mediā ſubſtantiā quā cum meo filio re-
portaſti: nam gratia quā tibi debemus non
poteſt ponderari. Cōtinuo angelus gaudet
de cogitata mercede: qui miſſus fuerat gra-
tis facere pietatem. Tobis inquit vel tobia
quid de mea mercede ſatis ſuperflue cogita-
tis? Habete qđ vobis donauit pater ille ce-
leſtis: Ego miniſter ſum curationis: ille eſt
auctor ſanitatis. Neſcitis cuius mercēnarij
ope perfrui meruiſtis. Defunctos captiuita-
tis ſepelire nō timuiſti tobis: aſcenderūt ad
dominū opera tua: quia relicto prandio red
didiſti mortuū ſepulture. Ego domino me-
dullata intuli ſacrificia ꝓ venerabili ſepul-

tura: ego directus ſum operarius fori celeſtis. Mortuũ ſepeliſtis: et mortis aculeum nõ timuiſtis. Ipſe ſepultus: ꝓ vobis voce tacita ꝓclamauit. Probationis fuerat cecitas oculorũ: vnde patientia tua clarius meriſſet de celeſtibꝰ ornamentũ. Ego ſum raphael: vnꝰ ex ſeptē angelis qui aſſiſtimꝰ ante claritatē dei. Nõ indigeo fructu hũane mercedis: diuitem me facit cõuerſatio maieſtatis. Diues eſt ille qui me miſit: gratis iuſſit impēdi: qui gratis ipſe cõceſſit. Nec ipſum honorem gratiarũ mihi deputetis: q2 nihil meis viribus Tobie.12 ꝑcepiſtis: Deũ benedicite ⁊ illi cõfitemini: ⁊ D ipſũ glorificate: q2 vobiſcũ fecit bona. Subito patefacto myſterij celeſtis honore: voce raphaelis angeli attoniti: tobis ⁊ tobias collapſi in terrã ꝓruerũt: vocē tremulã penituſ occultarũt: quia vocem inſolitã audierunt. Quid meruiſtis pater tobis filiuſq; tobia? Mercennariũ habere celeſtem: ⁊ tanꝗ operarium locare terreſtrem? Celauit vobis an- Tobie.5. gelus nomen: Azarias ſum inquit ananie magni filius: ⁊ non dixit: Ego ſum raphael angelus. Celauit in primo nomine dignitatem: ne faceret locatori terrorē. Si enī diceret: Ego ſum angelus: nõ eſſet tobie mercennarius. Seruata eſt dignitas nominis: vt poſtremo magnitudo clareſceret dignitatis. Uidete chariſſimi quãtũ ſit elemoſyne meritũ. Angelũ meruit habere operariũ. Uidetis quãtum ꝓficit mortuos ſepelire: vt oblatio eius ꝑ angelũ raphaelē ad celeſtē aſcen- Tobie.12. deret maieſtatē. Uidetis quia elemoſyna a morte liberat: et ipſa purgat peccata. Facit purgationē oculorũ: liberat a tenebris peccatorꝫ. Tobis via ſua deducit᷑: Sara tot viris ꝯtriſtatã ꝑ angelũ matrimonio copulat᷑.

## Sermo CC.XXVII. In eadem dominica: De faciēdis elemoſynis: Sermo II

A f Aciendis elemoſynis fratres chariſſimi: charitatē veſtram admonui et cõſiliũ dare ꝓſumpſi. Et licet apud plures deo inſpirante profecerit admonitio noſtra: timeo tamē ne ſint aliqui q̃ aut minꝰ faciant ꝗ poſſint: aut nec forte faciant. Sed dicit aliquis: Pauper ſum: ideo elemoſynã dare non poſſum. Et nullus ſe pauper excuſare poſſet: dominus ⁊ ſaluator noſter pro Matth.10. calice aque frigide mercedē ſe redditurũ eſſe promiſit. Dicis ergo: Pauper ſum. Si nihil amplius habes in ſubſtantia tua ꝗ tibi aut in victu aut veſtitu rationabili aut mediocri ſufficiat: ſola tibi poteſt bona voluntas ſufficere. Sed rogo te: diligenter conſcientiam tuam interroga: ne forte aliquotiens ꝑ ebrietatem perdas quod ꝑ elemoſynã dare potueras: ne forte ꝑ gulam ſtudeas in terra conſumere qđ per elemoſynã debueras in celuꝫ recõdere: Ne forte delitias ꝓparando ornamenta ad luxuriam comparando: nõ habeas quod ꝓ remedio anime tue poſſis pauperibus erogare. Et cum precioſe veſtes noſtre a tineis ſoleant deuorari: pauperes nec vilia veſtimenta merent᷑ accipere. Si ergo iſta omnia impedimēta non aggrauant animã noſtrã: ⁊ hoc ſolum habemus qđ nobis vel noſtris ſufficere poſſit: non apparebimuſ rei ſi elemoſynam pauperibus nõ erogamꝰ. Si x͛o vt iã dictũ ē: frequēter luxuria deuorat qđ miſericordia in celo theſaurizare potuerat: corrigamur dum tempus eſt: ⁊ quod huc uſq; aut non fecimuſ: aut forte minus ꝗ oportuit fecimus: implere totis viribus ſtudeamus. B Et ideo o anima chriſtiana que mecũ audis ⁊ legis: adiuua te conſilio ſanctiſſimi danielis. Daniel.4. Sic enim ait: Conſiliũ meũ accipe et peccata tua elemoſynis redime. Qđ cõſilium ſi non libenter audieris: ad celum ſine cauſa pulſabis. O anima que intra carneos et fragiles parietes habitas: vigila: ora: pete: quere: pulſa. Matth.7. Uigila inquã petendo: ora querendo: pulſa operando. Uigilanti tibi et petenti: reſpondet dominus: Ecce aſſum. Eſa.43. Si tranſieris per ignem tecum eſt dominus tuus: ⁊ flamma non ardebit in te: qa ſicut aqua extinguit ignem: ſic extinguit elemoſyna peccatum. Si ergo aperueris pauperibus manus tuas: chriſtꝰ tibi aperiet ianuas ſuas vt paradiſi poſſeſſor introeas. Si forte putas qđ finis mundi tardius veniat: vel tuum conſidera finem. Ecce paulatim deficit mundus: ſubtrahunt᷑ omnia bona que fuerant: et accedunt mala que non erant. Quotidie quod ꝓdixit dei ſermo completur: ⁊ nec ſic homo mutatur. Accipe ergo conſilium: dum in manibus tuis habes ꝓcium tuum. Dona tibi de tuo dum tuum eſt: quia fragile eſt quod tenes: et ceterorum eſt quod attendis. Conſidera quale pro te precium dederit dominus tuus: Sanguinem fudit. C Charum te habuit: quem tam charo precio comparauit. Lucæ.16. Diuitis purpurati fuge

frater exemplū: cuius canes pauper lazarus
ſuis vulneribus pauit: ⁊ micas cadentes de
menſa diuitis non accepit. Sed poſt non
longū temporis interuallū: mutatę ſunt
vices. Pauper beatitudinem emit mendi-
citate: et diues ſupplicium facultate. Ille in
abrahę gremio ab angelis eleuatur: diues
do ad inferni ꝓfunda perducit. De quo lo-
co vidit diues pauperem: imo iam pauper
diuitem. Deſiderat guttam: qui negauerat
micam. Hęc ergo cogitent diuites: qui facul
tatibus ſuis ſe redimere nolunt: ne ſimilia
patiantur. Diues fuit ille de quo nūc loqui-
mur: Sunt ⁊ hic diuites ad quos nūc loqui-
mur. Unius ſunt nominis: caueant ne ſint
vnius conditionis. Ergo inter diuitē pur-
puratum ⁊ lazarum vlceroſum mutatę ſunt
vices. Diues perdidit qđ habebat: pauper
cępit eē qđ nō erat. Diues ille in ſeculo apo
thecas plenas reliquerat: ⁊ in inferno guttā
ardens petebat ⁊ impetrare nō poterat. At-
tedite fratres. Totum diuitis corpus flam-
mis gehennę cōſumit: ⁊ ſola lingua ampli⁹
cruciatur. Ideo ſine dubio in lingua maio-
rem ſentit ardorem: quia per eam ſupbe lo-
quendo cōtempſerat pauperem. Ipſa enim
lingua ꝗ noluerat dicere vt elemoſyna pau-
peri donaret: grauius gehennę flāmis exu-
Ubi.s. ritur. Clamauit enim ⁊ dixit: Pater abrahā
mitte Lazarum vt intingat digitum ſuum
⁊ refrigeret linguam meā. O diues qua fron
te queris guttam: qui noluiſti porrigere mi-
cam? Iuſte nunc exigeres ſi dediſſes. O mū
di bona: apud inferos mala. Acceſſerunt ad
ſeruitium diuitis ignes: ⁊ ad obſequium ſę-
ui tortores. Patitur duros tartarorum mi-
niſtros. Torquetur ⁊ clamat: O iuſte ⁊ inte-
ger iudex vel ſcđm peccata mea compenſen-
tur ſupplicia iſta: vel contra ſpacia annorum
meorum quibus habui bona: mala recipiā:
aut certe in duplum vel quadruplum. Cur
per tot milia annorū me teneri iubes in flā-
ma? Peccatorū meorum ſum nexibus alli-
gatus ne fugiam. Per momenta compun-
gor vt doleā. Sęuit in me ignis ⁊ nō parcit:
cruciat et reſeruat: nec totum eſt qđ punit:
O cui ſęuum eſt quod ignoſcit. Poſt illas la-
mētabiles voces: potuit ei ſine dubio reſpō
deri: Quid faciam tibi? Elemoſynas non fe
ciſti: quę peccatorū tuorum pęnas extingue
rent. Clamauit tibi ſcriptura ⁊ non audiſti:
propheta non tacuit: apoſtolus ꝑdicauit:
euangeliū tonuit. Annunciatū eſt ſupplicū
impiorū: iuſtorum pręmiū eſt repromiſſum.
Tu vmbras et nebulas ſęculi huius tenere
tē credens: diuina ꝑcepta velut inanes fa-
bulas reſpuiſti. Interueniant pro te pau-
peres: et quicquid petieris dono. Sed iu-
ſto iudicio vicem tibi reddo: Quia iudiciū Iacobi.2.
ſine miſericordia ei qui non fecit miſericor-
diam. Nō tibi poterit pręſtare iuſticia mea:
niſi quod merentur opera tua. Sine cau-
ſa mortuus in poteſtate aliena poſitus cla-
mas: qui eo tempore quo potuiſti cum me
videres in paupere cęcus eras. Fratres mei E
manu dei formati: magno mecum precio
comparati: audite conſilium domini dei no
ſtri: implete deſiderium pontificis veſtri:
vt cum ipſo accipiatis hęreditatem in re-
gno patris veſtri. Ex ſeruo factus es ami-
cus. Contemne qđ natus es: fac tibi vicem
cum chriſto. Quare non accipiat partem de
ſubſtātia tua: qui tibi pręmia ꝑparauit ęter-
na? Quare non accipiat vel decimū: q cōtu-
lit totum? Contra terrenum patrimonium:
deus offert cęlum. Sic enim ait: Venite be- Matth.25.
nedicti ꝑcipite regnum: quia eſuriui ⁊ dedi-
ſtis mihi manducare. Tunc vos ſi modo ele
moſynas largiter fideliterqꝫ facitis: fęliciter
dicere poteritis: Domine quando te vidi- Ubi.s.
mus eſurientem: ⁊ miniſtrauim⁹ tibi? Quid
eſt hoc fratres? Conuenit fidelis debitor: et
creditores excuſant? Tūc vobis reſpōdebit
pater: dominus ⁊ amicus: cum quo feciſtis
cęleſte cōmertium: Qdiu feciſtis vni ex mi-
nimis meis: mihi feciſtis. Nonne ego quę
accipit terrena: accepi? Cęleſtia reddam: da
bo ęternum pręmiū: ⁊ ad partem dexteram
regnum. Non quia non peccaſtis: ſed quia
peccata veſtra elemoſynis redemiſtis. Ro-
go vos fratres vt iſta recipiant i animis ve-
ſtris: ⁊ ita proficiat pereginis: vt ante tribu-
nal ęterni iudicis ⁊ mihi ꝓ benigna admo-
tione venia: ⁊ vobis pro elemoſynarū largi
tate ęterna gloria tribuatur: pręſtante do-
mino noſtro ieſu chriſto: cui eſt honor cum
patre et ſpiritusancto in ſecula ſeculorum:
Amen.

## Item in eadem dominica: Home lia de eo qđ ſcriptū eſt in euangelio ſm Mattheum: Nemo poteſt duo bus dominis ſeruire ⁊c. quę habet li.ij. de ſermone dñi in mōte. ca.xv.

Matth.6.

Sermo C.XXVIII. **Dominica ſextadecima: de Judith Sermo I**

A

Non ſufficit mortalis eloquentia iu-
ſtorum omnium orationes eximias
atq; triumphos grauidaſq; referre
virtutes: quas omnipotens deus dedit eis
quibus ſolet conferre victoriam: qui viros
ac feminas vigere ꝑmiſit: qui et flammã ca-
mini refrigerio diſperſit: ꝛ inſidioſos exerci-
Judith.2. tus capite ſublato nudauit. Nam cũ holo-
fernes ille filiorum iſrael: imo ſui capitis ini
micus exterarũ gentium ſibi ius vendicaret
atq; obſidione armis ignibus quoq; pugna
ret: nec non ꝛ multarũ gentium campos ca-
nis meſſibus oneratos in cinerem paſcente
flamma conuerteret: iudith ſanctiſſima cu-
ius ꝑcibus patuit celum: oratiõis arte arma
victricia fabricauit: quibus aduerſa cõflige-
ret: ꝛ paueſcentes viros femina vindicaret.
Judith.7. Squalebat ciuitas: obſidione barbare feri-
tatis. Ita eñ vniuerſa languebãt vt in ma-
nibus hoſtium iam tradi cõmodius iudica-
rent ꝙ pernicioſe famis populatione vexa-
B ri. Ecce iudith poſt ꝑcem et ſaccum: poſt ci-
Judith.10. nerem ad cultus puellares redit: ſpes om-
niũ populorũ procedit: ſollicitos populos
reddituram ſecuros ſua ſapientia conſolaꝛ: ꝗ
promittens victoriam quam omnis natio
miraretꝛ: portam ſibi paululum remotis obi
cibus poſtulat aperiri. Prodijt ſecura vni⁹
puelle comitatu cõtenta: et hoſtium ſecuris
greſſibus ꝑperauit in caſtra. Intra muros
ſollicita fuit: ſecura fit dum ad timenda per-
uenit. In qua feminis inſidioſe pulchritudi-
nis nouitatem hoſtilis exercitus vehemen-
ter expauit: vt in eius obſequio vires amit-
terent: arma ꝓijcerent: ꝛ colla curuarẽt. De-
ducitꝛ ad ꝓtorium ſubiectis ordinibus fraus
holofernis: et lugentis victoria ciuitatis.
Quã cũ videret holofernes ſolut⁹ ẽ ſenſib⁹:
animã cum capite perditurus. Jacuit enim
decus iuuenum mulieris vultu captiu⁹:
licuit mulieri exarmare iuuenes: ꝛ debellare
victores: ſollicitam defendere ciuitatem: et
barbarum ſubuertere bellatorem. Decepit
ſincerã corruptũ: fefellit caſta pollutum: pu-
dica perimit adulterum: ſobria iugulat ebri-
oſum. Illa enim tam barbaros animos in-
ſidioſi ſui vultus fraude confuderat: vt eum
ligaret multarum arte fabularum: vt redde-
ret inter exercitus victum: et inter arma ca-
ptiuũ. Paratꝛ conuiuiũ regi: iudith intereſſe C
Judith.12. iubetur. Illa conſentit vt vincat: accedit ad
cõuiuiũ: nihil de cibis aut de poculis hoſtiũ
guſtatura: que ſuis vtenſilibus voluit eſſe
contenta. Quis ille bellator armorũ tam ca
ſtiſſime femine male ſanus attẽderet vultũ:
illa tñ q̃re venerat de eius capite cogitabat:
quo ſublato defectis ciuib⁹ ſbueniret: ꝛ mul-
Judith.13. ta capita tuereꝛ: defenderet: vindicaret. At
vbi conuiuij ſagina fines exceſſit: et grauis
calicibus ſomnus ſucceſſit: vidẽs iudith ini-
mici corporis inclinatas ebrietate ceruices:
ſurgens ipſi⁹ cruentum arripuit collum: co-
mam quoq; barbari capitis manu occupa-
uit: domine inquit cõfirma brachium meũ.
Et percuſſit tertio in collo eius: ꝛ amputauit
caput eius. Exiens foras tradidit puelle ca-
put holofernis: ꝛ miſit illud in perã. Et poſt
puſillũ exiuit foras quaſi ad orationẽ ſm cõ-
ſuetudinem. Ecce caſtitas. Orationis fauo- D
re caſtitas ꝓpudorem ꝓprium ſeruauit inta-
Judith.14 ctum ꝛ quietum: decepitq; alienum. Jacet
incluſum cadauer: et iam foris eſt caput. Cũ
palmifera caſtitate iudith ad ciues ſollicite
feſtinat: nec prohibeꝛ regreſſu: cui quaſi ad
orationem ante ire fuerat cõceſſuꝫ. Jam re-
cipit attonita ciuitas tante victricis reditus
triumphales: iam luctus conuertunꝛ in gau
dium: iam porte pleniſſima ſecuritate pan-
dunꝛ: iam pendet muris victoribus caput.
Omnis erat in ciuitate victoria: ꝛ i hoſtilib⁹
caſtris tremor erat ꝛ fuga. Judith in ciuita-
te cuꝫ ſecuris ſecura. Ubi enim aſſiduis pul
ſatur orationibus celum potentia ſemꝑ cal-
catur armorum. Ecceglorioſe femine caſtita
tem ſeruauit oratio: ꝛ hoſtem ſeruare nõ po
tuit multitudo. Lugentem ciuitatem vna
femina valuit vindicare: ꝛ tantus exercitus
regem nõ potuit cuſtodire.

**In eadem dominica: de Judith: Sermo II** Sermo. CC.XXIX

A

Quiẽſcũq; bellic⁹ rumor terribili fa-
ma crebreſcit: aut horriſono tubarũ
clangore vel rauciſono eris cantu in-
crepuerit letiferum murmur: feminis ac de-
bilibus formidoloſa imago mortiſ occurrit:
intrepida virorũ fortium pectora ſolent lau-
dis amore flagrare: atq; bellica forte vbi fu-

neſto imbre denſati ꝑlian tes mortifera obumbratione texerint partes conſertas ſub ſtridulo telorum curſu euentu iam errantes letifero: ꝓcipiti ardore triumphales propinquant ad palmas: Judith bellator animus alienum pectus obſedit. Jlla abiecta formidine feminarū: victoriam in periculis querens: nec mortē in periculis timuit: nec ambiguitatem formidauit. Cum igitur bethulie menia holofernes hoſtili obſidione calcaret: ⁊ auertēs tractus aquarum: prima indiceret certamina ſiccitatem: iudith flens ſui coniugis federa acerbo diſcidio rupta lugubri lamentatione ſeruabat. Que vt reperit captiuande ciuitatis inducias poſtulatas: mox ei priuatum dolorem congeminauit ciuitatis cōmunis dolor. Que exorata cōſurgens abluit aqua corpus ſuum: imponens ſibi ornamentū: pendulas aureas diuitias ſuſpendit: ⁊ manibꝰ lapillatos circulos ſplēdentes induxit: fluentes ſinus purpuree veſtis gemmato collegit pectore: caſto vultu prius dimicatura ꝙ̄ ferro. Moniliū tela pudori ſemꝑ aduerſa hoſtem ferire didicerunt. Gentis ſue vindex ſumpſit ornamen torū arma: non de bello nuptias ſubitura: ſed de ciuitate bellatrix ꝓcedit ſponſa. Nec fuit leuitas ornatus: qui ad homicidium tanti capitis aptabatur. Pergit diuino ſpiritu ducta: ⁊ ſingularis ancille ſolatio contenta. Species cuſtodit que blandit̄: ⁊ ne violenter pudicitia cuſtodita ledatur: holofernem alloquitur: vt deſiderium inane concipiat̄: Ego inquit ancilla tua: miſit me dominus deus facerem in qua mirabit̄ omnis qui audierit eam: quoniā ancilla tua deum celi obſeruo: et nunc ibo per noctem ⁊ orabo ad dominū celi: et nunciabit mihi quando faciet hec: et ducam te per mediam iudeam et ponam ſedē tuā in media ciuitate: ⁊ canis nō mutiet lingua ſua contra te: quoniā hec mihi oſtenſa ſunt a domino. Non docuit pudica mentiri: non intelligentibus dixit: perfecit actibus quod ꝓmiſit. Dum regi alto ſermone imaginarijs verbis blanditur: bellator animus laſciuia ſoluit̄: in amore armorum torpēt vires innumerabiles militū: luxu regifico nuptiarum pompa nullo nubente conſtruitur: cuncti ebrietate ſoluunt̄. Non delicata matrona pugnauit: ſed ſopor tibi querſ feriaſ ꝓparauit. Conſtructo thalamo conſcitatur ad ducem ꝓnū amore: victum ſomno: eliſum virū i ſtratu: bellatoris crines implicuit pulchritudine digitoꝝ: poſt teneritudinē fuſi ebeni capulum querit. Mucro matronā nō terruit ſꝫ armauit: q̄ ita pugnauit. Coruſcus enſis caput abſtulit hoſti: ꝑſoluit̄ in patrijs menibus victoria ſuſpendit̄. Armis ſtupentibus cunei denſant̄: prepoſtero ordine triumphant. Sequit̄ bellum: vino fuſi: ſoluti ſomno: in certamē nec clamore ꝓuocante conſurgunt: tegunt̄ armis coruſcātibus montes. Quid alienigena fremis? Quid bella componis? Quid aciem paras habens quem in cubiculo queras? Omnem varium furoris impetū retine: tantū vobis reliquimus ducem: agnoſcendā partem habemꝰ in porta pendentē. Tantā animus de deo ſuſcepit largitatem: quātam credulitas ſibi poterit vendicare.

Judith.7. — B — Judith.10. — Judith.11. — C — Judith.13.

## Item in eadem dominica: Homelia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm̄ Lucam: Jbat ieſus in ciuitatem que vocat̄ Naym ⁊c̄. que habet̄ inter ſermones de Verbis domini. xliiij. Luc.7.

## Feria quarta de eo qđ ſcriptum eſt in euangelio ſm̄ Mattheū: Cum veniſſet ieſus ad turbas acceſſit ad eum ⁊c̄. Et de ieiunio et oratione: Sermo I

Matth.17. Sermo CC.XXX.

A Aduerſus demonum nequiciam que a nobis dominus arma oſtendit debemus vtiq̄ retinere. Hoc ait genus in nullo eijcitur niſi oratione ⁊ ieiunio. Hec cum plena fide exercent̄: pietas eſt. Pietas autem ad omnia vtilis eſt: ꝓfeſſionē habens vite preſentis et future. Jnſpiciamus ergo vtiliter orationis fructus et ieiunij: qa ipſa ſunt arma aduerſus improbas cogitationes. Jeiuniū purgat mentē: ſubleuat ſenſum: carnem ſpiritui ſubijcit. Jeiuniū cor facit contribulatum ⁊ humiliatū qđ deus non ſpernit. Jeiuniū cōcupiſcentie nebulas diſpergit: libidinum ardores extinguit: caſtitatis verum lumen accēdit. Jeiunium verboſitatem non amat: diuitias ſupfluitatem iudicat: ſuperbiam ſpernit: humilitatē cōmendat: preſtat homini ſeipſum intelligere qđ ē infirmum ⁊ fragile: atq̄ dum ita ſe intelligit imbecillem: aptiorem virtutē dei adiutorem

Matth.17. — 1.Timoth.4. — Ps.50.

querit ꝛ accipit. Querit aūt per frequentes
B orationes: ꝛ obſecratiões. Oratio quidem refectio eſt ieiunioꝝ: aduocat gratiam ſpiritusſancti. Oratio duritiā cordis mollit: auſteritatē temperat: ieiuniū dulcificat. Sicut eñi ſine potu nō eſt plena refectio: ſic ꝛ ieiunium ſine oratione non poteſt animam perfecte nutrire. Quid autem oratio niſi aſcenſio anime de terreſtribus ad celeſtia: inquiſitio supernorū: inuiſibiliū deſideriū? Abeat diſcenſio ſecularium morū quibus premitur meno humana quotidie. Oratio cōiunctio ſpirituiſancto: ſi tamen orationi intētus ſit
Pſ.62. animꝰ: ſicut clamat propheta: Sitiuit in te anima mea q̄ multipliciter tibi ꝛ caro mea: Quid autē ſitiendū eſt ſequitur: Ut videat virtutem. Credite mihi ſi ad videndam plenam virtutem dei: plene ſitiant anime humane ſubſtantie: nec faſtidio victa diſſimulet: replebiť a dipe ꝛ pinguedine ſpiritali. Et ſitiens illam dei viſitationem ſenſu proprio cū fide clamabit: Adheſit anima mea poſt te: ſuſcepit me dextera tua. Ieiunium inertiam tollit de anima: impedimēta carnalia auferet. Oratio vero perſeuerans iūgit deo atq̄ ita gaudens aſſiſtere ſe domino gloriatur. Adherēs autem anima mea dño incipit ſecuritatem habere ꝛ libertatē: nec pauores ſuſtinet timoris. Suſcepta anima tanto patrocinio dextere dei: quomodo poterit noceri ab aliqua poteſtate? Sicut ſcriptū eſt: qđ nemo illud rapit de manu patris: hoc preſtat ieiuniū: hoc preſtat oratio.

## Sermo CC.XXXI. Dominica decimaſeptima de Ebrietate vitanda: Sermo I

A Licet ꝓpitio chriſto fratres chariſſimi credā vos ebrietatis malum velut inferni foueam expaueſcere: ꝛ nō ſolum ipſi non velitis amplius bibere: ſed nec alios adiurare vel cogere plus q̄ oportet accipere: tamē non poteſt fieri niſi ſint aliqui negligentes qui ſobrij eſſe non velint: Vos qui ſemper cōuiuia ſobria exhibetis nolite ad noſtram iniuriam reuocare: quia nobis neceſſe eſt aliquos ebrioſos arguere. Cum enim fratres chariſſimi ebrietatis malum ſit graue vitiū et deo odibile: ita ꝑ vniuerſum mundū a pluribus in conſuetudinē miſſum eſt: vt a b illis qui dei ꝓcepta cognoſcere nolunt: iam nec putetur nec credať eſſe peccatū: intantū vt in cōuiuijs ſuis irrideāt eos qui minus bibere poſſunt: ꝛ per inimicā amicitiam adiurare homines non erubeſcūt vt potū amplius accipiant q̄ oportet. Qui enim alterum cogit vt ſe plus q̄ opus eſt bibendo inebriet: minus malū ei erat ſi carnē eius vulneraret gladio q̄ animā eius ꝑ ebrietatem necaret. Et quia corpora noſtra terrena ſunt: quomō pluuia nimium grandis ꝛ B diuturna ſi fuerit: terra infundiť et in lutum reſoluiť vt nulla ī ea cultura poſſit fieri: Sic ꝛ caro noſtra quādo abundantiori potu fuerit inebriata: nec ſpiritalem culturā accipere: nec fructus anime neceſſarios poterit exhibere. Et ideo quomodo omnes homines ſufficientē pluuiam ī agris ſuis accipere deſiderant: vt et culturam valeant exercere et de fructuum vbertate gaudere: ita ꝛ in agro corporis hoc tm̄ deberēt bibere qđ oportet: ne per nimiā ebrietatem ipſa corporis terra velut in paludem conuerſa: magis vermes et ſerpentes vitiorū generare: q̄ fructus bonorum operum poſſit afferre. Omnes enim ebrioſi tales ſunt: quales paludes eſſe videntur. Qđ enim in paludibus naſcať: nō ignorat charitas veſtra: totum qđ ibi naſciť: nullum fructum habere cognoſciť. Naſcunť ibi ſerpentes: ſanguiſuge: Naſcunť ibi rane et diuerſa genera vermiū: que magis horrorē poſſunt generare q̄ aliqđ qđ ad victum ꝓficiat exhibere. Iſte enim herbe vel arbores que aut in ipſis paludibus aut circa ripas earum naſci ſolēt: nihil vtilitatis habere videnť: intantū vt in annis ſingulis incendio cōcremenť. Videte quid de ebrietate naſcitur igni ꝓparatur. Tales eñi ſunt ſicut iam C dixi omnes ebrioſi: quoꝝ prandia ducunť vſq̄ ad noctem: quoꝝ cenas lucifer videt: qui ſtare non poſſunt: etiā cum videnť eſſe ieiuni: quorū ſenſus tardi: graues: obtuſi ꝛ quodāmodo iam ſepulti. Denique in ipſa frequēter ebrietate nec ſeipſos nec alios recognoſcunt: nec ambulare valent: nec ſtare: dicere aliquid vel audire qđ ad rationē pertineat oino non poſſunt. Frequēter etiā vſq̄ ad vomitū ingurgitare ſe nō erubeſcūt ꝛ ad menſuras ſine menſura bibere. Maiora eñi pocula ꝓuidenť: certa bibendi lege contendiť: qui poterit vincere laudem mereť ex crimine. Inde lites ꝛ rixe naſcunť: inde diuerſis ꝛ horrendis ſaltationibus membra torquenť: inde adulteria ꝛ nōnunq̄ homicidia

ppetrant. Et quotiens nimiũ potum acci-
piũt: tanq̃ i paralyſim reſoluti dũ ſuis pedi-
bus ambulare non poſſunt: fediſſima latera
aliorũ manibus portant ad lectum. Et ẽ in
illis oculoꝝ caligo: vertigo: fatigatio ꝛ dolor
capitis: ſuffuſio vultus: membrorũ omniũ
tremor: anime ac mentis ſtupor. In talibus
Prouer. 23. implet qð ſcriptũ eſt: Cui ve: cui tumultus:
cui ire: cui rixe: cui ſine cã vulnera: cui ſuffo-
ſio oculoꝝ? Nõne his qui morant in vino: ꝛ
eis qui inueſtigant vbi potus fiũt ꝛ ſtudent
D calicib⁹ epotãdis. Sed illi qui tales eſſe vo-
lunt miſerabiliter ſe excuſare conant: dicen-
tes: Ingratũ habeo amicũ meũ ſi quotiens
illum ad conuiuiũ reuocauero: potũ ei quã-
tum voluerit ipſe non dedero. Et non ſit ti-
bi amicus: qui te deo vult facere inimicũ: q
ꝛ tuus ꝛ ſuus eſt inimicus. Si ꝛ te ꝛ aliũ in-
ebriaueris: habebis hoiem amicũ: habebis
deum inimicũ. Et ideo ſapienter cõſidera ſi
iuſtum ſit vt te a deo ſepares: dum te ebrio-
ſo cõiungis. Ad extremũ tu eum noli adiu-
rare: noli cogere: ſed i poteſtate illius dimit-
te: vt quãtum ſibi placuerit bibat ꝛ ſi ſe in-
ebriare voluerit vel ſolus pereat ꝛ non am-
bo pereatis. O infelicitas generis humani
q̃ multi inueniunt q ebrioſos ꝛ luxurioſos
ampli⁹ q̃ oportet cogũt bibere: ꝛ ante oſtiũ
pauperibus petentibus vel vnum calicem
diſſimulãt dare: nec attendũt: quia illud qð
luxurioſis videt ingerere: chriſtus in pau-
Matth. 25. peribus deberet accipere qui dixit: Qð feci-
ſtis vni ex minimis meis: mihi feciſtis. Sed
qui tales ſunt quando alios in nimio potu
ſepeliũt: pauperi elemoſynã petenti dicũt:
vade vade iuante: ꝛ dabit tibi deus: ꝛ vtiq̃
dũ ambulauerit homo ei daturus eſt. Quid
eſt ergo qð dic: vade iuante ꝛ dabit tibi de⁹
niſi vade ad illum hominẽ qui habet deuz:
quia daturus eſt deus? Ac ſic ore ſuo ipſe cõ-
fitet apud ſe deum non eſſe quo inſpirante
E poſſit erogare pauperibus. Rogo fratres
chariſſimi diligẽter: attẽdite ꝛ videte: quia
quãdo animalia ducunt ad aquam vbi ſa-
tiauerunt ſitim ſuam: etiam ſi ſupra aquam
ipſaz diutius teneant repleta ſiti bibere no-
lunt omnino: nec poſſũt. Cõſiderent ebrio-
ſi ſi non peiores animalib⁹ iudicandi ſunt.
Cum enim animalia amplius q̃ eis opus ẽ
bibere nolunt: illi ꝛ duplum ꝛ triplum q̃ eis
expedit potum accipiunt. Et vnde triũ aut
quattuor dierum refectionẽ potuerãt ratio-
nabilem habere: vno die cum grandi pecca-
to contendunt perdere potius q̃ expendere
propter inuidiam aut ebrietatem: atq̃ vti-
nam potum tñmodo pderent et non etiam
ipſi perirẽt. Quãtũ mali in ſe habeat ebrie- F
tas: rex magiſtrũ piſtorum cruci appendi fe- Gen. 40.
cit propter inuidiam aut ebrietatem. Popu-
lus autẽ iudeorũ de quo ſcriptum eſt: Sedit Exo. 32.
populus manducare et bibere ꝛ ſurrexerunt
ludere: poſtq̃ vinum plus q̃ oportebat ac-
cepit: idola ſibi fabricari fecit: ꝛ i honore ipo-
rũ idolorũ cepit frenetico choros ducere mo-
re: diuerſis ſaltatiõibus membra torquere.
Herodes quoq̃ vbi nimio vino cõcaluit: ad Matth. 14.
vnius puelle ſaltationẽ ſanctũ iohannẽ ba-
ptiſtam interfecit. Quid adhuc de ebrietatis
malo naſcat: ſpũſſanctus per ſalomonẽ te-
ſtatur dicens: Vinũ inquit ꝛ mulieres apo- Eccl. 19.
ſtatare faciũt a deo ſapiẽtes: ꝛ arguunt ſen-
ſatos. Et iterum: Ne intuearis vinum quã- Prouer. 23.
do flaueſcit: cũ ſplẽduerit in vitro color ei⁹.
Ingredit eñ blande ꝛ in nouiſſimo morde-
bit vt coluber: ꝛ quaſi regulus venena diffũ-
det. Oculi tui videbũt extraneas: et cor tuũ
loquet puerſa. Paulus etiã apoſtolus con-
tra ebrietatis malum nos admonet dicens:
Nolite inebriari vino in quo ẽ luxuria. Ite- Eph. 5.
rum atq̃ iterum quid mali in ſe ebrietas ha-
beat: eis qui illam diligunt ſanctarũ ſcriptu-
rarũ teſtimonijs euidenter oſtendimus. In
ſalomone ſcriptum eſt: Qui amat vinum et Prouer. 21.
pinguia non ditabit. Et iterum: Noli regi- Prouer. 31.
bus dare vinum: quia nullũ ſecretuz eſt vbi
regnat ebrietas: ne forte bibant ꝛ obliuiſcã-
tur iudiciorũ dei: ꝛ mutant cauſam filiorum
pauperum. Item hic ait: Operarius ebrio- Eccl. 19.
ſus non locupletabit. Et iterum: Vinum ſi Eccl. 31.
bibas moderate eris ſobrius. Itẽ illic: Vi- Ubi. s.
num in iocũditatẽ creatum eſt: non in ebrie-
tatẽ ab initio. Exultatio anime et corpis vi-
num moderate potatũ: ꝛ ſanitas corporis ꝛ
anime. Vinũ multũ potatum: ebrietatis ani-
moſitas: imprudẽtis offenſio: minorans vir-
tutẽ ꝛ faciens vulnera. Sed quãdo iſta ſug- G
gerimus forte iraſcunt contra nos ꝛ murmu-
rant ebrioſi: ꝛ q̃uis non deſint qui iraſcunt:
deo tamẽ propitio multi erunt qui libenter
ſalubre conſiliũ audientes: de iſto tam gra-
ui peccato per dei miſericordiã liberabunt.
Ipſi tñ q ꝯtra coalumnã et amicã ſuã ebrie-
tatẽ loquẽtib⁹ iraſcunt: libera a nobis voce
audiãt: qꝛ quicũq̃ ebrioſus penitẽtiã de ipa

non egerit ſed vſqꝫ ad mortem ſuam in ipſa
ebrietate ꝑmãſerit: in ęternum profecto pe/
ribit: quia non mentitꝰ ſpũſſanctus: per apo
1.Cor.6. ſtolũ dicens: Necqꝫ ebrioſi regnum dei poſſi/
debũt. Et ideo quicũqꝫ ſunt ebrioſi: melius
faciunt vt non nobis ſed ſibi potius iraſcan
tur: ⁊ cum dei adiutorio de luto fecis ſe excu
tiant: vel de cloaca ebrietatis: dum adhuc
tempus pęnitendi eſt feſtinent quanta poſ/
ſunt celeritate deo auxiliante conſurgere: et
totis animę viribus cum ꝓpheta ſupplican/
Ps.68. tes domino dicant: Eripe me de luto vt nõ
Ibi,s. inhęream. Et illud: Non me demergat tem/
peſtas aquę: necqꝫ abſorbeat me profundum
necqꝫ vrgeat ſup me puteus os ſuum. Ebrie/
tas eñ quaſi inferni puteus quoſcũqꝫ ſuſce/
perit niſi digna ſubuenerit pęnitẽtia: ⁊ emẽ/
datio fuerit ſubſecuta: ita fortiter ſibi vendi
cat vt eoſdem ipſos de inferni tenebroſo pu
teo ad charitatis vel ſobrietatis lucem redi/
re ſine pęnitentia non ꝑmittit. Sed hic ante
omnia intelligere et ſcire debemus: quia nõ
vna die efficiuntꝰ homines ebrioſi: ſed cum
paulatim adiurantibus et cogentibus cru/
deliſſimis inimicis potiuſqꝫ amicis: per ſin/
gulos dies ſingulos ſibi aut binos calices
ad potum conſuetudinariũ addunt. At vbi
hoc in vſum miſerint: ita eos ipſius ardor
ebrietatis occupat vt illos ſemper ſitire com
H pellat. Sed qui ſe de hoc malo deſiderat li/
berare: quomõ ſibi interuallo dierum potũ
addendo ad ebrietatis tenebras puenit: ita
paulatim ſubtrahendo ad ſobrietatis lucẽ
redeat. Qui ſi ſemel totum qð ampliꝰ acci
piebat ſubtraxerit: vbi nimia ſiti cęperit ex/
ardeſcere cum grandi amaritudine clamat
⁊ dicit: Malle ſe mori qꝫ ſibi bibendi vel in/
ebriandi conſuetudinẽ tollere: Nec attendit
qꝫ tolerabilius erat illi i carne mori qꝫ in ani/
ma per ebrietatem interfici. Et ideo vt nec
ardorem nimiũ patiatur: ⁊ de tam graui ma
lo quod patitur libereꝰ: ſicut iam dictũ eſt:
per interualla dierum ſibi aliquid de nimie/
tate potus ſubtrahat quouſqꝫ ad rationabi
lem bibendi conſuetudinẽ redeat. Qui hoc
ita vt diximus ꝑ partes ſubducere voluerit:
⁊ de ebrietate liberabitꝰ: et illam intolerabi/
I lem pęnam non patietꝰ. Ergo fratres chariſ/
ſimi dũ hęc ſuggero: me abſoluo apud deũ.
Quicũqꝫ me audire cõtempſerit: ⁊ ad bibẽ/
dum pronus fuerit: vel in cõuiuio ſuo alios
adiurare vel cogere voluerit: et pro ſe et pro
illis i die iudicij reus erit. Et quia qð peius
eſt: aliqui etiam clerici qui hoc deberẽt pro/
hibere: ipſi cogũt bibere aliquos plus qꝫ ex
pedit. Amodo incipiant ⁊ ſeipſos corrigere
et alios caſtigare: vt cum ante tribunal xpi
venerint: nec de ſua nec de aliorũ ebrietate
incurrant ſuppliciũ. Sed magis dũ ⁊ ipſi ſe
emendãt ⁊ alios caſtigare non ceſſant: per/
uenire ad ęternum pręmium mereanꝰ. Et il
lud ante omnia rogo: ⁊ per tremendũ diem
iudicij vos adiuro: vt quotienſcunqꝫ vobis
inuicẽ cõuiuia exhibetis: illã fędam cõſuetu
dinem per quã grandi menſura ſine menſu/
ra tres homines aut volentes aut inuiti ſo/
lebãt bibere: tanqꝫ venenum diaboli de ve/
ſtris cõuiuijs reſpuatis: quia iſta infęlix cõ/
ſuetudo adhuc de paganorũ obſeruatione
remanſit. Et quicũqꝫ hoc in ſuo cõuiuio aut
alieno fieri acquieuerit: diabolo ſe ſacrifi/
caſſe nõ dubitauerit. De qua bibitione non
ſolum anima occiditꝰ: ſed etiã corpus debili
tatꝰ. Sed credo de dei miſericordia qꝫ ita vo/
bis inſpirare dignabitꝰ: vt tã lugendũ ⁊ etiã
erubeſcendum malũ ita vobis in horrorem
veniat: vt illud nunqꝫ fieri permittatis: ſed
quod in illa ebrietate periturũ erat: in pau/
perũ refectionẽ proficiat: pręſtante domino
noſtro Jeſu chriſto: Qui cum patre ⁊ ſpiri/
tuſancto viuit ⁊ regnat deus in ſecula ſęcu/
lorum: Amen.

## In eadem dominica de ebrietate vitanda: Sermo. II

Sermo CC.XXXII.

A F Requenter charitatem veſtram: fra
tres chariſſimi: paterna pietate am/
monui: vt ebrietatis malum tanqꝫ
inferni foueam vitare vel fugere deberetis.
Et licet apud plures ꝓficeret caſtigatio: qꝫ
multi tñ ſunt qui nec deum timent: nec eos
qui honeſti ſunt vel ſobrij reuerenꝰ ⁊ tamẽ
bibunt vt interdum neceſſe habeant viſce/
ra nimio potu plena ꝑ vomitum relaxare:
et tanqꝫ fractę ⁊ naufragę naues: ita ipſius
ebrietatis fluctibus fatigantur vt nec vbi
ſunt recognoſcant: ⁊ dicere aliud uel audire
quod ad rationem pertinet omnino nõ va/
leant. Illud vero quale eſt qð ipſi infelices
ebrioſi qñ ſe nimio vino ingurgitant ident
⁊ vituperant eos qui rõnabiliter hoc tñ qð
ſufficit bibere volũt: dicẽtes eis: Erubeſcite
et verecundia ſit vobis: quare non poteſtis

bibere quãtum nos. Dicunt eñ eos nõ eſſe
viros. Et videte miſeriã ebrioſorũ. Se dicũt
eſſe viros qui in ebrietatis cloaca iacent: et
illos non dicunt eſſe viros qui honeſte ⁊ ſo/
brie ſtant. Jacẽt ꝓſtrati ⁊ viri ſunt: ſtant ere
cti ⁊ viri non ſunt? Victor ebrietatis vitupe
rat: ⁊ victus ebrietate laudat. Irridet ſobriꝰ
qui et ſe ⁊ alios poteſt regere: et nõ irridetur
imo non plangit ebrioſus qui nec ſe nec ali-
B os poteſt agnoſcere. Solent ebrioſi ita ſe ex/
cuſare velle vt dicant: pſona potens me coe
git vt amplius bibam: ⁊ in cõuiuio regis nõ
Pſ.140. potui aliud facere. Ad excuſandas excuſa-
tiones in peccatis iſta ꝓtendimus: ⁊ qđ im/
plere nolumus non potuiſſe nos dicimus.
Nolle in culpa eſt noſtra et nõ poſſe pꝛęten/
dit. Etiam ſi ad hoc veniret: vt tibi diceret:
Aut bibas aut morieris: melius erat vt caro
tua ſobria occideret ꝙ ꝑ ebrietatem anima
moreret. Sꝫ excuſatio iſta falſo obijcit. Ipſi
enim reges ⁊ quicũꝙ ſunt alij potentes: qa
deo ꝓpitio ⁊ chriſtiani ſunt ⁊ prudẽtes ⁊ ſo-
brij: ⁊ toto corde deum timẽtes: ſi te viderẽt
definiſſe vt eis nõ acquieſcas pro timore dei
iebriari: ſi tibi ſb hora videant iraſci: poſtea
ꝓ te in grandi admiratione ſuſcipiunt di-
centes: Quãtum cum illo egimus: quantis
eum minis ⁊ terroribus fatigauimꝰ: et tamẽ
nunꝙ cum a ſobrietate ſeparare potuimus.
Nam ⁊ deus qui te videt per eius amorẽ in
ebriari non velle: ipſe tibi gratiã etiã illorꝫ
dabit qui te vt amplius biberes videbant
hortari cogere. Nemo dicat fratres chariſſi-
mi: ꝙ in iſtis temporibus martyres nõ ſint:
quotidie martyres fiunt. Martyr eñ teſtis
interpretat. Quicũꝙ ḡ ꝓ veritate teſtimo/
niũ dederit: ⁊ omnes cauſas cum iuſticia in/
dicauerit: quicquid ꝓ teſtimonio veritatis
vel iuſticię ꝓtulerit: totũ ei dominus ꝓ mar/
tyrio computabit. At ſic et ille qui ebrietati
reſiſtit: ſi cũ dei adiutorio pſeuerare volue/
rit: ⁊ ꝓ ipſa ille aliquas ꝓtulerit tribulatio/
nes: omnia ei dominus ad martyrij gloriaꝫ
C reputabit. Velim tamẽ ſcire fratres chariſſi/
mi: cuꝫ dominus habet plures ſeruos ſi vel
vnum ex illis velit fieri ebrioſum. Sine du/
bio nullus tam malus qui hoc voluerit ali-
quãdo aut velit. Et qua fronte: qua conſciẽ/
tia qui ſeruũ non vult habere ebrioſum: ipſe
vult ebrioſus fieri? Ecce de donis dei tu ha/
bes ſeruum: ⁊ te habet deus ſeruum: quali/
ter vis vt tibi ſeruiat ſeruus tuus: taliter et
tu ſeruire deo tuo debes. Dic mihi rogo te ſi
iuſtum tibi videtur vt tu habeas ſeruum ſo-
brium: ⁊ deus habeat ebrioſum: ac ſic te di/
gnum iudicas: cui ſeruus ſobrius ſeruire de
beat? Hęc ergo fratres chariſſimi diligenter
attendite ⁊ conſiderate: quia non eſt iuſtum
vt faciamus deo qđ nolumus nobis fieri.
Forte dices: Quomõ deo facio qđ mihi fie/
ri nolo? Aut quõ tibi non placet ſeruũ ebri/
oſum habere: et tu non vis ſobrius deo ſer/
D uire? Ideo enim chariſſimi tanta infęlicita/
te ſe inebriant homines: quia putant ebrie/
tatem: aut paruum: aut nulluꝫ peccatũ eſſe.
Sed pro iſta ignorãtia maxime ſacerdotes ĩ
die iudicij reddituri ſunt rationẽ: ſi cõmiſſis
ſibi populis: quę vel quanta mala de ebrie/
tate naſcũt aſſidue noluerint ꝑdicare. Qui
ergo credit ebrietateꝫ eſſe paruum peccatũ:
ſi ſe non emẽdauerit: ⁊ pro ipſa ebrietate pę/
nitentiaꝫ non egerit cum adulteris ⁊ homi/
cidis ęterna ſine remedio illum pęna crucia
bit: ſm illud quod ipſi bene noſtis beatum
apoſtolũ prędicaſſe: Neꝙ inquit fornicarij: 1.Cor.6.
neꝙ idolis ſeruiẽtes: neꝙ molles: neꝙ maſ/
culorum cõcubitores: neꝙ auari: neꝙ adul/
teri: neꝙ ebrioſi regnum dei poſſidebunt.
Videte ebrioſos cum fornicatoribus ⁊ ido/
lis ſeruientibus: ⁊ maſculorũ concubitoribꝰ
⁊ adulteris iunxit: Et illud: Nolite inebriari Eph.5.
vino in quo eſt luxuria. Et ideo definiat ac
deliberet vnuſquiſꝙ apud ſe ebrietatẽ gra/
ue eſſe peccatũ: et tũc aut nunꝙ aut difficile
eum ebrietas poterit ſuperare. Cuꝫ eñ non
ſolum in futuro ſęculo propter ebrietatem
torquẽdi ſunt homines: ſed etiam in pſenti
per ipſam ebrietatem multis frequenter in/
firmitatibus fatigant vel morbum corporis
timeant qui de animę ſuę ſalute non cogi/
tant: Oculorum ſuffuſionem atꝙ caliginẽ:
capitis vertiginem et membrorũ tremorem
expaueſcant qui inferni ſupplicia non formi/
E dant. Et hęc quidem non ſolum laicis: ſed
etiaꝫ clericis dicimus: quia quod peius eſt:
multi ſunt etiam maioris ordinis clerici:
qui cum alijs ſobrietatis bonum deberent
iugiter ꝑdicare: non ſolum hoc non faciũt:
ſed etiam et ſe alioſꝙ inebriare non erubeſ/
cunt nec metuunt. Sed agnoſcant ⁊ doleãt
quicũꝙ tales ſunt: quia ſi ſe noluerint emẽ/
dare: ⁊ pro ſe et pro alijs neceſſe eſt eos ęter/
na ſupplicia ſuſtinere. Illud vero quale eſt ꝙ
iam trãſacto cõuiuio expleta ſiti cũ amplius

bibere non poſſint nec debeant: tunc quaſi
nouelli: quaſi ꝛ qui ipſa hora ſuperuenerint
diuerſis nominibus incipiunt bibere: non
ſolum viuorum hominū ſed etiam angelo-
rum ꝛ reliquorū antiquoꝝ ſanctorū: eſtimā-
tes ꝙ maximū illis honorem impendant ſi
ſe in illorū nominibꝰ nimia ebrietate ſepeli-
ant: ignorantes ꝙ nullus tam graue iniuriā
ſanctis angelis vel ſanctis hominibꝰ agno-
ſcitur irrogare ꝙ̄ illi qui in eorum nominibꝰ
bibendo per ebrietates ſuas animas ꝓban-
F tur occidere. Sunt eñ aliqui qui ſola ex cau
ſa aliqua ſalſa cibaria ſibi ordinant fieri: vt
ꝑ ipſā ſalſitudinē nimia ſe poſſint ebrietate
obruere. Hec eñ ſi pagani qui deum igno-
rant faciunt: nec mirandū eſt: nec nimis do-
lendum: quia ꝛ in deo ſpem non habent: et
antiquā parentū ſuoꝝ ꝯſuetudinē ſeruant:
1. Petri. 2. Chriſtiani vo quos deus de tenebris duxit
ad lucem: de morte vocauit ad vitā: quibus
omnes ſcripturę clamant ebrietatē fugere:
ſobrietatē diligere: quare turpiſſimas illo-
rum ebrietates comitanť: de quorum pſidia
liberari per dei miſericordiaꝫ meruerūt? Et
ideo rogo ꝛ ꝑ tremendū diem iudicij vos ad
iuro: ꝛ vt quātum poteſtis ebrietatis malū
auxiliante deo fugiatis: ꝛ iā vobis incipiat
verecūdū eſſe qđ hucuſqꝫ gentibus ꝛ paga-
nis in ebrietatis turpitudine vos voluiſtis
ſiles exhibē. Et ideo qꝛ deo ꝓpitio illis diſ-
ſimiles eſtis i fide: ſimiles eſſe i ebrietate pe-
nitus nō debetis: Quia etiā ſi reliqua pecca
ta chriſtiani nō admittūt: ſola eos ſi frequēſ
fuerit ebrietas ꝛ emēdatio ac pęnitentia nō
ſubuenerit: in inferni profunda ꝑcipitat: ſm
1. Cor. 6. illud quod iam dictum eſt: Neqꝫ ebrioſi re-
gnū dei poſſidebūt. Sed dicet aliquis: Ego
regnum dei nolo: ęternā requiē tm̄ obtinere
deſidero. Nemo ſe decipiat fratres: Duo
enim loca ſunt: ꝛ tertius nō eſt vllis. Qui cū
xp̄o regnare non meruerit: cū diabolo abſqꝫ
G dubitatione vlla peribit. Ad extremum qui
amico ſuo nimiū ꝓpinat: in anima efficitur
inimicꝰ: corpus quoqꝫ eius debilitare ꝛ ani-
mā probatur occidere. Melius erat vt illud
qđ vna die plus eum bibere coegit ꝙ̄ expe-
dit: ꝑ duos aut tres dies ipſum amicū ad cō
uiuiū reuocaret ſuū: ꝛ vnde vna die eum ni-
miū bibendo debilitauerat: ipſum in alijs
diebus ſufficiente potu reficeret: nec potum
ille perderet: nec amicū deciperet. Aut certe
qđ eſt melius: quicquid nimio potu ꝑditum
erat gula: pauperibus dareť in elemoſynā:
vt ꝛ caro rationabiliter bibendo reficereť: ꝛ
ꝑ miſericordiā pauperū aię redemptio pręp-
parareť. Et nos quidē iſtaꝫ caſtigationē nō
ꝓpter eos qui ſunt honeſti ꝛ ſobrij diximꝰ:
quia cum dei ſubſidio multos nouimꝰ par-
ca et ſobria conuiuia ꝑparare. Et ideo vos
qui ꝓ dei amore hoc tm̄ ſumitiſ qđ oportet:
ꝛ qđ ebrioſo in terra perdiť: a vobis per ele-
moſynam in cęlo reponiť. Non vobis ſuffi-
ciat ꝙ vos honeſti ꝛ ſobrij eſtis: ſed quātum
poteſtis ita caſtigate et corripite ebrioſos:
vt eis nunꝙ̄ liceat vobis ꝑſentibus amplꝰ
bibere ꝙ̄ oportet: vt dum ꝛ ipſi ſobrietatem
diligitis: ꝛ alios per veſtrā admonitionē ab
ebrietatis perditione reuocatis: non ſolum
pro veſtra ſed etiā pro aliorū ſalute duplicia
vobis pręmia in ęterna beatitudine ꝑpare-
tis. Et illud ꝙ̄ lugendum ꝛ erubeſcendū eſt H
fratres chariſſimi: ꝙ dicunt aliqui ruſtici qñ
aut vinū habuerint aut alia ſibi pocula fece
rint: qſi ad nuptiale conuiuiū: ita ad biben-
dum vicinos vel ꝓximos ſuos inuitare vt
eos per quattuor aut duos dies teneant et
nimia ebrietate ſepeliāt: et tādiu ad domos
ſuas de illa lugenda potatione non redeāt:
donec omnē potum quē ille qui eos inuita-
uerat: habuit: ꝑpendat: et vnde ſe vel per
duos aut tres mēſes cum omni familia ſua
rationabiliter reficere potuit: quattuor aut
duobus diebus dolenda aut erubeſcenda
bibitione cōſumat. Ergo fratres chariſſimi
dum hęc humiliter ꝛ cum grandi charitate ꝓ
ſollicitudine paťna cōmoneo: abſoluo apud
deum conſcientiā meam. Qui vo me liben-
ter audierit ꝛ fideliter qđ ei prędicatū eſt im-
plere voluerit: habebit pręmium ęternum.
Qui aūt ꝯtempſerit: timeat ne ei ęternū ne-
ceſſe ſit ſine vllo fine ſuſtinere ſupliciū. Sed
credimus de miſericordia dei ꝙ ita oēs ebri-
oſi de ebrietatis malo ad bonuꝫ ſobrietatis
ſunt per dei gratiā redituri vt ꝛ nobis gau-
dium faciant ꝛ ipſi fęliciter ad ęternum ꝑue-
nire mereanť pręmiū: Amen.

## Item in eadē dominica alius ſermo factus ad fratres in heremo: q̄ inter ſermones ad eoſdem habetur xxxiij.

Feria quarta quattuor temporū
occurrentiū poſt feſtum exaltatiōis

ſancte Crucis: de eo qđ ſcriptum eſt in euāgelio ſcḋm Mattheū: Ecce vnus
Matth.19. accedēs ait illi: Magiſter bone ꝛc.

Sermo CC.XXXIII. Sermo I

A

Dominus ac redēptor noſter in euangelio ſuo loquitur dicēs: Cū dormirēt
Matth.13. homies venit inimicus ꝛ ſupſemiauit zizania. Inimicus: in figura homo dictus eſt.
Eph.5. Audi apoſtolū dicentē: Fuiſtis aliqñ tenebre: nūc aūt lux in dño. Audi homo. Nō eñ ille dedit tibi tenebras: qui dedit tibi lucez. Quo vadis homo: quo traberis? Quid cōcupiſcētias carnales ſectaris: quādo audis:
Gal.5. Spū ambulate ꝛ cōcupiſcētias carnis nolite pficere? Audi potius dominū dicentē: Cō
Zacharie.1. uertimini ad me ꝛ cōuertar ad vos. Accedi
Ps.33. te ad eum ꝛ illumiamini: ꝛ facies vre nō erubeſcent. Audi homo. Si receſſeris a deo: nō effugies manū eius. Si aūt ad eū acceſſeris: ilico habebis eum q̄r nuſq̄ recedit. Audi pphetā dicentē: Si aſcēdero in celū tu illic es:
Ps.138. ſi deſcēdero ad infernū ades. Ubi ergo nō ē deus quē tu fugis? Malus es tu: qui bonū fugis. Mors es tu: q̄ vitā fugis. Inuoluere te vis tenebris: vbi te abſcondas: ſed illum latere nō potes: cuius oculi omia vident. Ait
Ro.6. aūt aplus: Quē fructū habuiſtis tūc i illis: in quibus nūc erubeſcitis? Sequitur vox iudi
Matth.25. cis dicens: Ite maledicti in ignem eternū: qui paratus eſt diabolo ꝛ angelis eius. Ergo qui fugit dñm ꝛ recedit a deo: ille confunditur ꝛ perit in ſua impietate. Ut ergo nō pereat tūc: nūc reuertatur ad dominū ꝛ illumiabitur: ꝛ
B vultus eius nō erubeſcet. Dicā tamē fratres mei qđ ſentio: ꝛ qđ dixero intelligite. Inter vos ſegetes dei ſūt mixta zizania: id ē amatores mūdi: amatores pecunie: amatores de
Phil.2. litiarū: ꝯſultores nugarum: oēs q̄rētes q̄ ſua ſūt: nō q̄ ieſu xpi. In eccl'ia chriſti ficte intrātes: pmittētes ꝛ nō facientes: vouētes ꝛ nō reddētes: renūciantes malo et iterū idē facientes: hec amātes: zizania ſunt. Non amāt illi chriſtū: qui aliquid plus amat q̄ chriſtū.
Act.7. quando loquebatur iudeis: Dura ceruice ꝛ incircũciſi corde et auribus: vos ſemper reſtitiſtis ſpirituiſancto. Quē ꝓphetarum non occiderũt patres veſtri? Audiſti ſeuientem: alterum debeo: Audi ꝛ diligentem. Irati illi facti ꝛ grauius inardeſcentes: et mala pro bonis reddentes ad lapides cucurrerunt: dei famulum lapidare ceperunt. Hic proba ſancte ſtephane dilectionem tuam: hic te videamus: hic ſpectemus: hic victorem diaboli triumphatoremqꝫ cernamus. Audiuimus ſeuientem aduerſus tacentes: videamus ſi diligis ſeuientes. Seuiebas aduerſus tacētes: videamus ſi diligis lapidantes. Si enim odiſti et odiſſe potuiſti: nunc eſt tēpus quādo lapidaris. Tunc maxime odiſſe debes. Uideamus ſi reddis duriciam cordis lapidibus duris: lapidibus qui te lapidant. Lapides enim mittunt lapides: dura duri. Qui in lapidem legem acceperunt: lapides mittunt. Uideamus chariſſimi: videamus: ſpectemus magnum ſpectaculū. Expectemus ꝛ diei craſtino ꝓponendum. Uideamus: Ecce ſtephanus lapidatur: ſit conſtitutus quaſi ante oculos noſtros. Eia membrum chriſti: eia athleta chriſti: inſpice illum qui pro te pependit in ligno. Crucifigebatur ille: tu lapi-
Luce.23. daris. Ille dixit: Pater ignoſce illis: quia neſciunt quid faciunt. Tu quid dicis? Audiam: videam: teneam: forte poſſum imitari vel te. Primo beatus ſtephanꝰ ſtans ora-
Act.7. uit pro ſe et ait: Domine ieſu: accipe ſpiritũ meũ. Deinde poſitis genibꝰ ꝓ lapidatoribꝰ orans: Dñe inqͭt: ne ſtatuas illis hoc peccatum. Hoc dicto obdormiuit. O felix ſomnꝰ ꝛ requies vera. Ecce qd eſt requieſcere: pro inimicis orare. Sed paululũ queſo te o ſancte ſtephane: expone mihi hoc: neſcio quid: K
quare pro te ſtans oraſti: ꝛ pro inimicis genu flexiſti? Reſpōderet fortaſſe quod intelligimus. Pro me ſtans oraui: quia pro me qui recte deo ſeruiui: orando ꝛ impetrando non laboraui. Pro me nō laboraui: qꝛ q̄ pro iuſto orat: nō laborat: Ideo ſtans pro ſe orauit. Uentū eſt vt oraret pro iudeis: ꝓ interfectoribus chriſti: ꝓ interfectoribus ſanctorum: ꝓ lapidatoribus ſuis: attendit nimiā ꝛ magnam eſſe impietatē ipſorum que difficile donari poſſet: ꝛ genu fixit. Fige genu in hac vinea fortis operator: Fige inquā genu in opere huiꝰ vinee: fortiſſime operare. Magnũ opus tuū: egregium ꝛ laudandũ multum. Multũ altum fodiſti: qui odium inimicorum de corde exuiſti. Cōuerſi ad dñm.

## Dominica viceſima: De bono diſcipline: Sermo I

Sermo. CXXXVIII.

Multi ſunt qui ſane doctrine aduerſantur: iuſticiam culpant: ꝛ diſciplinā A Ca.1.
imperiū eſſe iudicant: ac rationabilem caſtigationem ſuperbie aſſignant: cum non ſit imperium niſi vbi aliquid iubetur iniuſtum: nec ſit ſuperbia niſi vbi negligitur diſciplina. Diſciplina igitur magiſtra eſt religionis: magiſtra vere pietatis: que nec ideo ĩcrepat vt ledat: nec ideo caſtigat vt noceat. Deniqꝫ mores hominũ irata corrigit: inflāmata cuſtodit: Ita ſalomone dicēte: Fili ne Prouer.3.
deficias a diſciplina domini: neqꝫ fatigeris cum ab eo increparis. Quem enim diligit dominus increpat: flagellat autem omnē filium quem recipit. Nihil ꝑfecto eſt qd non diſciplina: aut emendet: aut ſaluum faciat. Quā ſi quis ſapiens apprehenderit: nec gratiam amicitiarum perdit: nec periculũ damnationis incurrit. Nemo diſciplinam irrati- B
onabilem putet: ſub qua videt vniuerſa q̄ Ca.2.
in celo ꝛ ſub celo ſunt verbo cooperante cōpoſitis: omnipotentis dei ſtare conſiliũ. In principio enim operis ſui: deus nihil prius q̄ diſciplinam fecit. Nam cum aſſiſtente ſa- Prouer.8.
pientia celum ſuſpenderet: terram pararet: maria concluderet: et ſuis locis ſuiſqꝫ temporibus curſum ſolis luneqꝫ globum diſponeret: oīa ſub diſciplina cōſtituit. Quid aūt nō eſſet tenebroſū: qd nō incōpoſitū: qd nō

haberet abſurdum: niſi conſtitutis legibus
cuncta ſtarent elementa? Nũquid ſine diſci-
plina agitur ſolis curſus? Qui cũ quis diurni
itineris neceſſitatem infatigatus impleue-
rit: ad officiũ tñ ſuũ matutinus occurrit: et
ſe in parte cęli quotidie terrarũ ſpacia luſtra
turus oſtendit. Tanta eſt diſciplinę ratio:
vt intra temporũ metas lege cõſcriptas ita
indefeſſi itineris alternis vicibus ſyderum
curſus agitetur: vt nec luna defectionis ſuę
damna effugiat: nec ſolem diurni luminis
flamma deſtituat. Nũquid ſine diſciplina ē
q tanti maris fluctus humili terraruz litto-
re cõtinent: ⁊ in ſuo ſinu frequenter incitata
ventis altior aggere vnda cõcludit? Omnia
profecto inſipiens natura confunderet: niſi
mundum diſciplinę ratio gubernaret. Hęc
ideo ꝓpoſuimus dicere: vt diſceretis euan-
gelicis p̃ceptis obedire: ⁊ cęleſtibus obtem-
Geñ. 1. perare mandatis. Quid autem rationalem
animã ⁊ ad dei imaginem factam expediat:
facile poteſt homo intelligere cũ videt ſacra
tis per voluntatem dei cõſtitutionibus diſ-
C ciplinę etiam elementa ſeruire? Audite pro-
Ca. 3. phetam dicentẽ: Seruite domino in timo-
Pſ. 2. re: ⁊ exultate ei cum tremore: Apprehendite
diſciplinam nequãdo iraſcatur dominus: ⁊
pereatis de via iuſta. Bene i omnibus cau-
ſis timor obtemperat diſciplinę: qui ꝑ hoc
ipſo q imminentes cauſas periculorum aut
iras iudicum cauere nouit: poteſtatez cõſer
uandę ſalutis obtinuit. Quid igitur adulte
ro caſtum: quid furi eſſet tutum: quid latro-
ni non peruiũ? Quis non expaueſceret con-
caua littorum: ſecreta ſyluarum? Quid non
p̃ſumptio poſſideret: niſi furorem animorũ
ſub metu pęnę diſciplina compeſceret? Ac
niſi cõſtitutus eſſet ordo viuendi: nunq̃ ꝓ-
fecto finem poneret natura peccandi. Nihil
eſt quod non gula ſuadeat: ſi gulę diſciplina
conſentiat. Nihil eſt quod non perdat luxu
ria: ſi amore vitiorum a te diſciplina diſce-
dat. Nihil eſt quod non habendi cupidita-
te animus occupet: niſi auaricię vitium diſ-
ciplina condemnet. Omnia ſub metu diſci-
D plinę vitia latent. Jam non eſt in quo fides
Ca. 4. vnq̃ erubeſcat: ſi homo futurum dei iudiciũ
reſpiciat: ⁊ cauſam reddendę rationis inten
dat. Nec eſt in quo vindex ſcelerũ flãma de-
ſęuiat ſi intuitu diſciplinę: aut res quę ſũt
honeſtę cogites: aut quę ſũt pudenda caſti-
ges. Multi ibi nomẽ crudelitatis imponũt

vbi pro amore diſciplinę crimen admiſſi ſce-
leris ſupplicio vindicat latronis: cum ſenten
tia vindicantis iuſtis legibus ſeruiat: ⁊ non
ſolum p̃ſentibus ſed etiam futuris manum
porrigat. Quis igitur non licite crederet ſe
debere peccare: ſi impudicis et impijs acti-
bus iudex non pſcriberet diſciplinam? Vi-
deamus quid lex loquat: Non occides: non Exo. 20.
adulterabis: non falſum teſtimoniũ dices.
Hę ſunt diſciplinę legis: quibꝰ etiam diſtri-
ctio ſententię ſecularis obſequit: impugnã-
do turpia: reſecando criminoſa. Naz adijcit
ſcriptura: Judex non eſt vindex poſitus bo- Ro. 13
ni operis: ſed mali: ita vt etiam vicarium pę
nę genus exigat cum dicat: Oculum ꝑ ocu- Leuiti. 24.
lo: dentem pro dente. Sed iſtam antiquam E
ſentẽtię ſeueritatem: facile vitare poſſumꝰ: Ca. 5.
ſi flammas futuri iudicij cogitemus. Abſo-
lute autem docet paulus apoſtolus poſſe cõ
temni ſecularis arma iudicij: q dicit: Si vis
poteſtatem non timere: qđ bonum eſt fac. Ro. 13.
Sed hęc nõ ocioſe tractanda ſunt. Nam cũ
de his terrenis poteſtatibus apoſtoli doctri
na cõmemorat: ſenſibus noſtris cęleſtis iudi
cij partes inſinuat. Nam cum docet ſeruien-
dum ſęculi legibus: admonet neceſſario ho-
minẽ futuris cauere temporibus. Si vis in-
quit non timere poteſtatem: quod bonum
eſt fac: hoc eſt dicere: Si vis futurum non ti-
mere iudicium: declina a malo ⁊ fac bonum. Pſ. 36.
Ergo hanc primam cõſtitutionis formã quę
ſęculi legibus caret: cauere debemus et vin-
cere: vt poſſimus a nobis illud p̃iudiciũ per
petuę mortis excludere: quia quos iſta tem-
poralis non affligit pęna: hos illa in ęternũ
inſatiabili tormentorũ pſequit dolore. Ne-
mo autem illud homicidij crimen euaſiſſe ſe
eſtimet: quem excuſatũ ſecularis iudicij cor-
rupti ſententia abſoluerit. Nec ille adulterij
facinus p̃termiſſum putet q indulgẽtię lege
deprehenſus euaſit. Nemo cum ſanam dex-
teram videt falſitatis: reo debita iure ſuppli-
cia iudicet fuiſſe cõceſſa. Defunctis corpori-
bus ſalua ſũt crimĩa: niſi fuerint prius apud
deum lachrymarum interceſſione purgata.
Expectat enim reum ſuum gehenna debi-
tis armata ſupplicijs: ad confuſionez magis
pręſentis vitę: non ad abſolutionẽ criminis
pertinet auctoritas ſententię ſecularis. Il-
la ergo nobis ſũt ante omnia cogitãda ſup-
plicia: vbi homo viuet durãte pęna: vbi nec
tormenta corpori: nec deſunt membra tor-

toꝛi. Que tamē facile vitare poſſumus ſi ha
benas diſcipline teneamus: dicente apoſto
Ro.13 lo: Uis nō timere poteſtatē: qđ bonū eſt fac
⁊ habebis laudem ex ea. Quis ſapiens non
ad hec diſcipline bona animū lectoꝛ apponat:
vbi poteſt homo nō ſolū criminis penaꝫ vi
tare: ſed etiam gratiā laudatiōis acquirere.
F Audite ꝓphetā dicentē: Apprehendite diſci
Ca.6. Ps.2. plinā ne qn̄ iraſcat̄ dn̄s et pereatis de via iu
ſta. In hoc loco ad illos puto ptinet iſta ſen
tentia ad quos nōdum diſciplina puenit: q
adhuc in deuijs moꝛant̄: capti antiquo ſup
ſtitiōis erroꝛe. Probant̄ eīn nunq̄ ſub lege
vixiſſe qui admonent̄ ſtudiū vt apprehēdant
Ubi.s. diſcipline. Sequit̄ in pſalmo: Neqn̄ iraſcat̄
dn̄s et pereatis đ via iuſta: Ergo ſi illos ꝓphe
ta reos ſtatuit ad quos diſciplina nunq̄ p
uenit: quid de illis iudicandū putamꝰ quos
diſciplina deſtituit: Inter vtroſq̄ actꝰ au
ctoꝛitas ꝓphetice lectionis incuſat minoꝛē
plane culpā nō perueniſſe ad diſciplinā q̄ legē
Sap.3. diſcipline reſpuiſſe. Ecce dic̄ ꝓpha: Qui ſper
nit diſciplinā: odit animā ſuam. Et vere vt
dixit ita eſt. Nam hoſtis eſt et inimicus ani
me ſue qui ſpretis diſcipline monitis: diabo
G licis occupat̄ officijs. Dicunt aliquāti diſci
Ca.7. plinā ſatis duris legibus cōſtitutā. Loquāt̄
iſta ſatis miſeri: quos ad omne facinus ille
diabolus auctoꝛ moꝛtis inuitat: quoꝝ men
tes inſatiabilis gula poſſidet: ſup quos re
gnat ebꝛietas: quos turpis luxuria captiuoſ
tenet: et a quibus nunq̄ ſupbia ingrata diſ
ceſſit. Illis autē quibus eſt ſtudiū honeſte
fidem ſeruare cōtinentie: hūilitati pietatiq̄
Matth.11. ſeruire: dulce diſcipline onus eſt: ⁊ leue iugū
dn̄i: qđ nō grauat niſi perditos aut pituroſ.
H Erubeſco dicere in cōfuſionē humane negli
Ca.8. gentie: quare apud aliquantos parū pficiat
diſciplina: cuꝫ videamus paſtoꝛale magiſte
riū etiam apud muta alalia nō perire. Doceāt
nos ecce ſeruare oꝛdinē discipline: tam doci
les equoꝝ animi cū in gyrū ducti flexuoſis
greſſibus membꝛa cōponūt: ⁊ ſub vnius ha
bene retinaculo ita ſtudioſe conſentiunt: vt
currēdi ⁊ ſtandi modus: ſub quadā legū diſ
poſitiōe ſeruet̄: ita qđ natura numero diui
dit: ſtudio diſcipline cōiungit. Videte q̄ foꝛ
tia boū coꝛpoꝛa plauſtro ſubiaceāt: q̄ in tan
to impio animū parāt: vt tumētia naturalit̄
leui iugo colla ſupponāt: ita diſcipline cōſti
tutiōibus ſeruiūt: etiā que in feritate naſcū
tur. Unde miroꝛ aliquotiēs hoīem cui ineſt
ſapientia ⁊ intellectus: prudētie paſſim pre
cepta diſcipline negligere: cum videamꝰ mu
tum animal vitia cauere: iuſſis obtemperare:
impio deſeruire: atq̄ ita ad omnē obediētiā
animos aptare: vt cuꝫ opus fuerit armatis
legionibus occurrat: ⁊ hoſtilibꝰ ſe telis obij
ciat iuſſū. Audite in hoc loco ꝓphetā dicen
tem: Cognouit bos poſſeſſoꝛē ſuū et aſinus Esa.1.
preſepe dn̄i ſui: Iſrael autē non me cognouit.
Vereoꝛ dicere: ne veſtrā negligentiā pulſet
iſta ſentētia. Nō autē cognouit dominū qui
cōditionis ſue non cognoſcit officiū. Oſten
dam ſane quomō dn̄s poſſit aut inueniri:
aut cognoſci: ſi tamē eſt animꝰ videntis. Si
vis videre dominū: require mendicū: reſpi
ce ad pauperē: ſuſcipe peregrinū: viſita infir
mū: curre ad carcerē. Si vis videre deū: vin
cula captiuitatis abſolue: nodos iniquitatꝭ Esa.58.
incide. Audi de hoc dominū dicentē: Eſuri Matth.25.
ui ⁊ dediſtis mihi mādučare: Sitiui ⁊ dedi
ſtis mihi bibere: hoſpes fui ⁊ ſuſcepiſtis me:
nudus fui ⁊ veſtiſtis me: infirmꝰ fui ⁊ viſita
ſtis me: in carcere erā ⁊ veniſtis ad me. Mo
neo itaq̄ ne deſpicias nudū: ne ceco manū
ſubtrahas: nec inuolutū pannis cōtemnas.
In hac eīn veſte pꝛimū dn̄s cum a magis q̄ Matth.2.
reret̄ inuētus eſt. Et quia de diſciplina feci I
mus mentionē ſub qua fides chꝛiſtiana vi Ca.9.
get: neceſſe eſt vt omnia in aures veſtras vi
te oꝛnamēta deferant̄: vt intelligat vnuſq̄ſq̄
parum ſibi ꝓdeſſe cōuerſationis famā: niſi
in cōtemptu mundi amauerit diſciplinam.
Ergo cui ſtudiū eſt chꝛiſtum colere: duo coꝛ
dis et coꝛpoꝛis ſuſcipiat indumenta. Omis
igitur vita religionis pfeſſe: integritatꝭ de
bet famam ſentire: ne quem expectat coꝛo
na virtutis: pudoꝛis damno feriat: Coꝛpo
ris integritas vitā muniat: integritatē fideſ
incōtaminata cuſtodiat: vt manēte vtriuſq̄
partis beneficio: immaculatū hominē faci
at regnare cum chꝛiſto. Sed in hoc ſolum cō
ſtat cōuerſationis noſtre ratio vt boni ſimꝰ.
Laboꝛandum igitur illi ante omnia eſt: vt q̄
bonitatem ſequit̄: bonus eſſe iudicet̄. Nam
q̄uis homo purum coꝛpus imaculatūq̄ cu
ſtodiat: laceratam vitam ad deum poꝛtat:
cuius actus vultum infamat: licet ſciamus
conſcientiā ſolam bonis actibus poſſe ſuffi
cere. Sed quanto melius eſt vt ſemper de te
bene ſentiat: qui ſemper circa ianuā ſuā va
nis ſuſpitionibus frequēter egrotat. Inſitū
eſt enim naturaliter vulgo vt de bonis ſemp

male iudicet. Sed tu qui curam bone fame colis: ſtudio tuo gratiã integre opinioĩs acquire. Uita ergo noſtra ita ſit lucida: vt ſit omnibus nota. Integritas religioni: pudor ſeruiat humilitati. Quem amor tenet ſeruãde integritatis: ante omnia falſi ad ſe famã
R Ca.10. non admittat erroris. Magnũ eſt quidem ⁊ glorioſum et vſq; ad celũ omniũ ore pferendum: nunq; malis actibus locũ dediſſe: ſed multo fortius eſt: nunq; falſis ſuſpitioĩbus laboraſſe. Quid eñ tibi prodeſt ſobrietas: ſi vitia ebrietatis exerceas? Quis te nõ ebriũ iudicet: ſi inter effluentes vino calices ſaltãtium gyros imiteris? Quis te caſtum putabit: ſi te viderit meretricũ fabulis mixtum: ſcenico ſermone compoſitis: aut loquẽtem turpia: aut inhoneſta reſonantẽ? Laudo quidẽ q; cõſcientiã habeas caſtitatis in te: ſ; odi colloquiũ meretricū. In quo loco fortaſſe dicat tibi aliquis: Sufficit mihi pura ɔſciẽtia. Quantũ ad innocentiã ptinet tibi ſoli ſufficit: ſed prouidendũ eſt ne facilitate tua alter peccet: ⁊ alienũ peccatũ in te redũdet: iuxta
Matth.18. illud qđ dicit ſcriptura: Ue illi p quem ſcandalum venit. Quis autẽ pcioſo ſerico corpꝰ veſtias: et niueo vellere membra cõponas: nõ ſine macula diem tranſigis ſi camini ardentis ora cõtigeris. In omni igiꝉ actu tuo vitam tuã diſciplina comiteꝉ. Si vis placere chriſto: elabora vt profeſſionẽ tuam fides adiuuet: fama cõmendet. Precedat vos patientia humilitatis ſocia: aſſiſtat pudicitia integritatis magiſtra: fugiat cupiditas: erubeſcat ebrietas: luxuria actus ſuos lugeat: ſupbia confuſa diſcedat. Quicũq; igitur eſt qui feſtinat deũ agnoſcere: ſub hoc diſcipline ordine chriſtum poterit inuenire. Multa quidem erant adhuc dilectiſſimi: que diſcipline ratio ſuadebat apire: que interim putauimus differenda: ne ocioſis auribus faſtidiũ pararet longa narratio. Sane ne qđ in hoc opere ſubtraxiſſe videamur: elaborabimus vt ea que religioſis actibus cõpetũt ſequẽti tempore diſſeramus.

## Sermo CC.XXXIX — In eadem dñica: De diſciplina chriſtiana: Sermo II

A Ca.1. Locutus eſt ad nos ſermo dei: et depromptꝰ eſt ad exhortationẽ noſtrã: dicẽte ſcriptura: Accipite diſciplinã in domo diſcipline. Diſciplina: a diſcẽdo dicta eſt. Diſcipline domus: eſt eccleſia chriſti. Quid ḡ hic diſciꝉ? Uel quare diſcitur? Qui diſcũt? A quo diſcũt? Diſciꝉ bñ viuere. Propter h diſciꝉ bñ viuere: vt pueniaꝉ ad ſemp viuere. Diſcũt chriſtiani: docet chriſtus. Primo ḡ quid ſit bñ viuere: deinde que ſit merces bone vite: tertio qui ſint veri chriſtiani: quarto qs ſit verus magiſter: pauca loquẽtibus nobis ſicut dñs donat audire dignamini. Oẽs in domo diſcipline ſumꝰ: ſed mul B Ca.2.
ti nolũt audire diſciplinã: et qđ eſt ꝑuerſius nec i domo diſcipline volũt habere diſciplinã. Cũ ppterea debeant in domo diſcipline accipe diſciplinã vt ſeruent illã et in domibꝰ ſuis: ipi ɔ̃ diſciplinationẽ nõ ſolũ in domibꝰ ſuis hr̃e nolũt: ſ; nec illã ſecũ ferre etiã ad domũ diſcipline. Ideo apud qs nõ vacat ꝟbũ Matth.13.
dei q cor auri ɔiungũt: q nõ ſũt via vbi ſemẽ qđ ceciderit ab auibꝰ colligiꝉ: qui nõ ſũt petroſa loca vbi ſemen qđ ceciderit altã radicẽ hr̃e nõ põt ⁊ ad horã exit ⁊ i eſtu areſcit: q nõ ſunt ager ſpinoſus vbi ſemẽ cũ germinauerit ⁊ in auras ſurgere ceperit ſpinarũ denſitate ſuffocaꝉ: ſed q ſunt terra bona parata ſemẽ accipere: et fructũ reddere vel centenũ vel ſexagenum vel tricenum: recordentur nõ ſine cauſa intraſſe diſcipline ſcholam: et has me ſilitudines ex euãgelio cõmemoraſſe. Qui ergo tales ſũt: accipiãt qđ p me dñs dicere dignaꝉ. Ego qñ ille ſemiat: qd ſum? Uix cophinꝰ ſeminãtis. Ipſe in me ponẽ digneꝉ: qđ vob ſpargat. Nolite ḡ attẽdere ad vilitatẽ cophini: ſed ad charitatẽ ſeminis: ⁊ poteſtatẽ ſemiatoris. Quid eſt ḡ bñ viuere? C Ca.3.
Quid hic diſciꝉ? Precepta multa ſunt in lege: quibꝰ ipſa vita bona cõtineꝉ: imperaꝉ et diſciꝉ. Multa oĩno pcepta ſunt et innumerabilia. Preceptorꝝ ipſorũ paginas vix quiſq; enumerat: quãto magl ipſa ḡ volũt? Tamẽ deꝰ ppter eos q ſe volũt excuſare: vel q2 eis nõ vacat legere: vel q2 nõ norũt legẽ: vel qa nõ pñt facile intelligẽ: vt excuſationẽ nemo habeat i die iudicij: voluit ſic ſcriptũ eſt: ɔſummare ⁊ breuiare verbum ſuper terrã: ſicut de illo ppheta pdixerat. Uerbũ eñ cõſum- Eſa.10.
mãs ⁊ breuiãs faciet dñs ſup terrã. Hoc ipm verbũ conſummatũ ⁊ breuiatũ: nec obſcurũ eſſe deus voluit. Ideo breue: ne nõ vacaret legere. Ideo apertũ: ne dicat nõ mihi licuit intelligere. Theſaurus ḡ eſt magnꝰ diuinarꝝ D
ſcripturarꝝ: habens in ſe mirabilia precepta Ca.4.
multa: tanq; multas gemmas: ⁊ pcioſa mo-

nilia: ⁊ vaſa ingentia ⁊ magni metalli. Sed quis pōt ſcrutari theſaurū iſtum: ⁊ vti eo: et ꝑuenire ad omnia que ibi ſunt? Quādo hāc ſimilitudinē dn̄s dedit in euangelio ſuo ⁊ di
Matth.13. xit: Simile eſt regnū celoꝝ theſauro inuento in agro: ne quis ſe minus idoneū diceret ad ꝑſcrutandū theſaurū: cōtinuo dedit aliā
Ibi.5. ſimilitudinē: Simile eſt inquiēs regnū celorum homini negociatori querēti bonas margaritas: qui inuenit vnā ꝑcioſam margaritam: ⁊ vendidit omnia q̄ habuit ⁊ emit illā: vt ſi piger eras ad ſcrutandū theſaurū: non ſis piger vnam margaritā ſub lingua ferre:
E ⁊ quo vis ſecurus ambulare. Quid eſt ergo
Ca.5. verbū cōſummās ⁊ breuians? Diliges dn̄m
Matth.22. deū tuum ex toto corde tuo: ⁊ ex tota anima tua: ⁊ ex tota mēte tua: ⁊ diliges ꝓximū tuū tanq̄ teipſum. In his duobus p̄ceptis tota lex pendet ⁊ ꝓphete. Ecce quid diſcit in domo diſcipline: Diligere deum: diligere ꝓximū. Deū tanq̄ deū: ꝓximū tanq̄ teipſum. Nō enim inuenio parē deo: vt poſſit tibi dici: Dilige deū ſicut diligis illum. De ꝓximo inuenta eſt tibi regula: quia inuētus es ꝓximo tuo par. Tu ipſe queris quomō diligas ꝓximū. Attende teipſum: et quomō te diligis: ſic dilige ꝓximū. Nō eſt vbi erres. Uolo ergo iam et tibi cōmittere ꝓximū tuū: vt
F diligas eū tanq̄ teipſum. Uolo: ſed adhuc
Ca.6. timeo. Uolo tibi dicere: Dilige ꝓximū tuū ſicut teipſum: et timeo. Adhuc em̄ diſcutere volo: quō diligas teipſū. Noli ergo egreſcere. Non es tu ipſe facile dimittēdus: cui eſt ꝓximus cōmittēdus. Nō tranſitorie tecum agendum eſt. Tu vnus homo es: ꝓximi tui multi ſunt. Non em̄ ꝑmo ſic debes intelligere ꝓximū: vel fratrem: vel cognatū: vel affinem: Proxim⁹ eſt omni homini: omnis hō. Proximi ſibi dicunt̄: pater ⁊ fili⁹: ſocer ⁊ gener. Nihil tam ꝓximū: q̄ homo ⁊ homo. Sȝ ſi putam⁹ nō eſſe ꝓximos: niſi qui de hiſdē parētibus naſcunt̄: adam et euā attendam⁹ ⁊ omnes fratres ſumus. Et ſiquidē fratres ſc̄m ꝙ homīes ſum⁹: quāto magis ſc̄m qđ chriſtiani ſumus? Ad id ꝙ homo es: vnus pater fuit adam: vna mater eua. Ad id ꝙ chriſtianus es: vnus pater ē deus: vna mater eccleſia. Uidete ꝗ̄ quātos ꝓximos habeat vnus homo. Omnes homīes in quos incurrerit:
G quib⁹ iungi potuerit: ꝓximi eius ſūt. Quō
Ca.7. ergo diſcutiēdus eſt vtrum diligat ſe: cui cōmittendi ſunt tot ꝓximi: vt ſic eos diligat tanq̄ ſe? Nō ergo iraſcat̄ vnuſquiſq;: ſi diſcutio quomodo ſe diligat. Certe ego diſcutio: ipſe ſe inueniat. Ut quid enim diſcutio: quia ego inuenturus ſum? Ideo diſcutio vt ipſe ſe iterroget: ipſe ſibi appareat: ipſe ſe nō lateat: ipſe ſe ſibi non abſcondat: ipſe ſibi ſe ante oculos ſuos: non poſt dorſum ponat. Me loquēte faciat hoc: me neſciente faciat hoc. Quomō te diligis quiſq; me audis: imo quiſq; deū per me audis ī hac domo diſcipline? Attēde te quomō te diligis. Profecto em̄ ſi te interrogē vtrū diligas te: reſpōdebis q̄ diliḡ. Quis em̄ ſe odit? Ergo nō diligis iniquitatē: ſi te diligis. Nam ſi diligis iniquitatē: nō ego dico: Pſalmū audi:
Qui diligit iniq̄tatē odit animā ſuā. Ergo Ps.10.
ſi diligis iniquitatē: audi veritatē: Ueritatē non te palpantē: ſed aperte tibi dicentem: Odis te. Quāto magis dicis: quia amas te: odis te. Qui em̄ diligit iniquitatē: odit animā ſuā. Quid dicam de carne: que pars eſt vilior hominis? Si animā odit: quomō carnem diligit? Deniq; qui amant iniquitatē: ⁊ odiunt animā ſuam: omnē turpitudinē exercēt de carne ſua. Iam ergo qui diligis iniquitatē: quomō tibi volebas committi ꝓximū: vt diligeres eum tanq̄ te? Homo quid ꝑdis te? Si em̄ tuipſe ſic te diligis: vt perdas te: ſic ꝓfecto ꝑditurus es ⁊ eum quē diligis ſicut te. Nolo ergo quēq̄ diligas: vel ſolus peri: aut corrige dilectionem: aut reſpue
ſocietatem. Dicturus es mihi: Diligo ꝓxi- H
mū tanq̄ meipſū. Audio plane: audio. In- Ca.8.
ebriari vis cū illo quē diligis tanq̄ teipm̄. Bene nobis faciam⁹ hodie: quātum poſſumus bibam⁹. Uide q̄ ſi ſic te diligis: ⁊ illū ad te trahis: et ad qđ amas vocas: neceſſe eſt vt quē diligis tanq̄ teipſum: illuc eum trahas ad qđ ⁊ tu amas. Humanus homo: imo beluinus: amando talia qualia belue. Beluas enim deus ꝓſtratas in faciem fecit paſtum querentes de terra: te in duos pedes erexit de terra: tuam faciem ſurſum attendere voluit. Non diſcordet cor tuum a facie tua: non habeas faciē ſurſum ⁊ cor deorſum. Immo verū audi: ⁊ verū fac ſurſū cor: ne mētiaris in domo diſcipline. Quādo em̄ audis: reſponde: ſed ſit verū qđ reſpōdes. Sic te dilige: et diligas ꝓximū tuum tanq̄ teipſū. Quid eſt em̄ ſurſum habere cor: niſi
qđ dictū eſt prius: Diliges dominū deum Matth.22
tuū ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aīa tua: et ex

J tota mente tua? Quia ergo duo ꝑcepta ſūt:
Ca.9. ſi vnū diceret nō ſufficeret. Sufficit ⁊ vnū ſi
intelligat. Nā ⁊ aliqñ ſic loquit ſcriptura: ſic
Ro.13. paulꝰ apl'us: Nō adulterabis: nō homicidiū
facies: nō cōcupiſces: ⁊ ſi qd eſt aliud māda/
tū: in h ſermōe recapitulat: Diliges ꝓximū
tuū tanq̄ teipſ. Dilectio ꝓximi malū nō opat.
Plenitudo aūt legis ē charitas. Quid ē cha
ritas? Dilectio. Nihil videt dixiſſe de dilecti
one dei: ſ ſolā ꝓximi dilectionē dixit ſuffice
re ad implendā legē. Quicqd eſt aliud man/
datū: in hoc ſermōe recapitulat: in h ſermo/
Matth.22. ne implet. In quo? Diliges ꝓximū tuū tanq̄
teipm. Ecce vnū eſt. Certe duo ꝑcepta ſunt
in qbꝰ ꝑceptis tota lex pendet ⁊ ꝓphete. Vi
dete quō plus breuiatū eſt: ⁊ adhuc pigri ſu
mus. Ecce q duo erāt: vnū factū eſt. Proꝛſꝰ
ꝓximū dilige: ⁊ ſufficit: Sz dilige quō teipm
diligis: nō quō teipm odiſti. Dilige ꝓximū
tuū tanq̄ teipm: Sed ꝑus eſt vt diligas te/
ipm. Querere debes quō diligas teipm: et
audire habes: Diliges dñm deū tuū ex toto
corde tuo: ⁊ ex tota aīa tua: et ex tota mente
K tua. Hō eñ quō a ſe fieri nō potuit: ſic nec be
Ca.10. atus a ſe fieri pōt. Alia res eū fecit hoīem qd
nō ē ipſe hō: alia res eū factura eſt beatū qd
nō eſt ipſe hō. Deniq̄ errās videt ipſe: quia
p ſe nō pōt beatꝰ eē: ⁊ amat aliud vñ ſit bea/
tus. Vñ ſe fieri putat beatū h amat. Quid
putamꝰ amat: vñ putat ſe fieri beatū? Pecu
niā: aurū: argentū: poſſeſſiōes. Breuit dico
1.q.3.totū pecuniā. Totū eñ quicqd hoīes poſſidēt in
terra: oīa quoꝝ dñi ſūt: pecunia vocat. Ser/
uus ſit: vas: ager: arboꝛ: pecus: quicqd hoꝝ
ē: pecunia dicit. Et vñ eſt ꝑmū vocata pecu/
nia? Jō pecunia: qꝛ antiq totū qd habebāt
in pecoꝛibꝰ habebāt: A pecoꝛe pecunia vo/
Geñ.36. cat. Legimꝰ antiq̄s patres fuiſſe diuites pa/
ſtores. Ergo pecuniā diligis o hō vñ putas
te fieri beatū. Pecunia eſt: ⁊ multū eā dilig.
Volebas diligē ꝓximū tanq̄ teipm: diuide
cū illo pecuniā tuā. Quid eſſes diſcutiebā:
Inuētus es: apparuiſti tibi: vidiſti te: cōſide/
raſti te. Nō es paratus diuidere pecuniā tuā
L cū ꝓximo tuo. Sed qd mihi rñdet benigna
Ca.11. auaricia? Quid mihi rñdet? Si diuiſero cū
illo: minus erit: ⁊ mihi ⁊ illi minuet qd amo:
nec totū habebit ille: nec totū habebo ego:
Sed qꝛ diligo eum tanq̄ meipm: opto illi vt
tm̄ habeat: vt nec meū minuat: et ipſe mihi
coequet. Optas vnde nihil ꝑdas: atq̄ vti/
nā hoc verū dicas vel optes. Timeo eñ ne
inuideas. Quō eñ ſocialis erit felicitas tua
quā toꝛquet felicitas aliena? Nōne cū cepit
diteſcere vicinꝰ tuus: ⁊ incipe quaſi ſurgere
⁊ ire poſt te: times ne ſequatur te: times ne
trāſeat te? Certe diligis ꝓximū tuū tanq̄ te
ipm. Sed nō loqr de iuidia. Auertat eñ deꝰ
hāc peſtē ab animis oīm hoīm: ne fiat xpia/
noꝝ: vitiū diaboli: cū q ſolo diabolꝰ reꝰ eſt: ⁊
inexpiabilit reꝰ. Nō eñ dicit diabolo vt dā/
net: adulteriū cōmiſiſti: furtū feciſti: villam
alienā rapuiſti: ſ homi ſtanti lapſus inuidi/
ſti. Inuidētia diaboli cōuitiū ē: ſ habet in a
trē ſuā. Supbia vocat mr inuidie. Supbia
inuidos facit: Suffoca matrē: ⁊ nō erit filia:
Jō hūilitatē docuit chriſtꝰ. Nō q loquoꝛ in/
uidis: bñ optātibꝰ loquoꝛ. Illis loquoꝛ qui
optāt bñ amicis: vt habeāt tantū quātū ha
bēt ipi. Optāt bñ egentibꝰ vt habeāt quā/
tū ⁊ ipſi: ſed nolūt illis dare ex eo qd habēt.
Inde te iactas hō chriſtiane: qꝛ optas bene:
Melioꝛ te ē mēdicꝰ q plura tibi optat ⁊ nihil
habet. Bene vis optare nihil a te accipiēti:
Da aliqd bñ optāti. Si bonū eſt bñ optare:
redde mercedē. Optat tibi bñ paupꝑ qd trepi
das? Addo aliquid. In domo diſcipline es:
Addo aliqd qd dixi: Da bñ optāti: chriſtꝰ ē. M
Ipſe a te petit qui tibi dedit. Erubeſce. Ille Ca.12.
diues paupꝑ eſſe voluit: vt haberes paupes
qbus dares. Da aliqd fratri tuo. Da aliqd
ꝓximo tuo. Da aliqd comiti tuo. Tu diues
es: ille paupꝑ ē. Vita iſta via ē: ſic ambulatis:
Sed foꝛte dicis: Ego diues ille paupꝑ. Simul
ambulatis an nō? Quid ē qd dicis: ego di/
ues: ille paupꝑ: niſi ego oneratus: ille leuis?
Ego diues: ille paupꝑ. Sarcinā tuā cōmemo
ras: pōdꝰ tuū laudas. Et qd grauiꝰ ē: cōſtri/
xiſti ad te ſarcinā tuā: ideo nō potes poꝛrige/
re manū tuā. Onera te: liga te: qd te iactas?
quid te laudas? Solue vincula tua: minue
ſarcinā tuā. Da comiti: et illū adiuuas: et te
releuas. Inter has voces tuas laudātes ſar N
cinā tuā: adhuc chriſtꝰ petit ⁊ nō accipit ⁊ of/ Ca.13.
fēdis nomē pietatis crudelibꝰ vocibꝰ ⁊ dicis:
Et qd ſeruo filijs meis? Chriſtū illi oppono:
filios ſuos mihi reponit. Iſta vō iuſticia ma
gna vt habeat vñ luxuriet filiꝰ tuus: egeat
dñs tuus? Cū eñ vni ex minimis meis feci/ Matth.25.
ſtis: mihi feciſtis. Nō legiſti: non aduertiſti:
Cū vni ex minimis meis nō feciſtis: mihi nō
feciſtis? Nō legiſti: nō timuiſti? Ecce qs eget
⁊ filios tuos numeras? Poſtremo numera fi
lios tuos: adde vnū illū iter illos dñm tuū.

Unū habes: ſit ille ſecūd⁹. Duos habes: ſit
ille tertius. Tres habes: ſit ille q̄rtus. Nihil
hoꝝ vis? Ecce quō diligi ꝓxim tuū quē tibi
faci ſociū ad iſtā ꝯditiōē. Quid tibi dictur⁹
ſū: Diliges ꝓximū? Quid illi i aures inſuſur
rabis hō auare: niſi fili aut frater aut pr̄: bo-
nū eſt nobis vt cū hic viuim⁹: bn̄ ſit nobis?
Quātū habebis: tant⁹ eris. Frāge lunā: fac
fortunā? Iſta inſuſurrabis ꝓximo tuo: q̄ nō
didiciſti i domo diſciplinę nec audiſti. Nolo
O ſic diligas ꝓximū tuū. O ſi poſſez facere: vt
Ca.14. nulli iūgereris. Corrūpūt eñ mores bonos col
1.Cori.15. loquia mala. Sȝ nō poſſū. Nō poſſū facere
vt nulli iūgaris: cui mala iſta quę nō vis de-
diſcere inſuſurres: ⁊ nō ſolū nolis dedoceri:
ſed affectas etiā docere. Nolo: imo volo ſed
nō poſſū te diſiūgere ab aurib⁹ alioꝝ. Alios
admoneā: ad quoꝝ aures ambis: q̄rū aures
penetrare moliris: ad q̄rū corda ꝑ aures in-
trare diſponis. O q̄ accipis ꝟbū ſanū in do-
mo diſciplinę: ſepi aures tuas ſpinis. Corrū
Eccl.28. pūt mores bonos colloq̄a mala. Sepi aures
tuas ſpinis. Sepi ⁊ ſpinis ſepi: vt ille q̄ ipor
tune intrare auſ⁹ fuerit: nō ſolū ñ repellat: ſꝫ
etiā cōpungat. Repelle illū a te: dic: chriſtia
n⁹ es: chriſtian⁹ ſū. Nō accepim⁹ h̄ in domo
diſciplię. Nō h̄ accepim⁹ i illa ſchola: quā ḡ
tis intrauim⁹. Nō hoc didicim⁹ ſꝫ illo mḡro
cui⁹ cathedra i cęlo ē. Noli mihi iſta dicere:
aut noli ad me accedere. Hoc ē eñ: Sepi au-
P res tuas ſpinis. Cōuertā me ad illū: Auar⁹
Ca.15. es: pecuniā amas. Beatus eſſe vis: deū tuū
ama. Pecunia te nō facit beatū: Tu eā facis
ornatā: nō illa te beatū. Sȝ q̄ multū amas
pecuniā: video q̄ ꝑgis q̄ iuſſerit cupiditas:
Piger ꝑge q̄ iubet charitas. Reſpice ⁊ vide
q̄ multū interſit int̄ pecuniā tuā ⁊ deū tuū.
Pulchrior eſt iſte ſol q̄ pecunia tua: ⁊ tñ iſte
ſol nō eſt de⁹ tuus. Porro ſi pulchrior eſt lux
iſta q̄ pecunia tua: quātū ē pulchrior q̄ fecit
hanc lucē? An forte compare vis pecuniā lu
ci? Ecce occidit ſol. Oſtēde mihi pecuniā tuā.
Nitet ⁊ nocte: ſubtraho lucernā: Ecce diues
es: oſtēde mihi diuitias tuas. Iā ſi lumie ꝑ-
ueris: iā ſi nō habeas vn̄ qō habeo videas:
vbi ſunt diuitię tuę? Et ſic tñ horrēda ꝓfun-
ditas auaricię nō patet oculis et ſcatet ani-
mis. Vidim⁹ ⁊ cęcos auaros. Dicat mihi vn̄
auari ſunt cęci q̄ nō vidēt? Qō habet nō ha-
bet: ⁊ tñ auar⁹ ē cęcus. Quare? Quia credit
ſe hr̄e: auar⁹ eſt. Fides eū facit diuitē. Credē
do diues ē: nō vidēdo. Quāto meli⁹ cū fidē
ꝯuertit ad deū. Nō vides qō poſſides: ⁊ deū
tibi ſic ꝓdico. Nōdū vides: ama ⁊ videbis.
Amas pecuniā o cęce: quā nunq̄ videbis.
Cęcus poſſides: cęcus moritur⁹ es: qō poſſi
deo h̄ relictur⁹ es. Nō tenebas ⁊ q̄ñ videbas:
q̄ nō videbas qō habebas. De deo q̄d tibi Q
dicit? Ecce h̄ tibi dicit ipa ſapia: Amate illā Ca.16.
tanq̄ pecuniā. Indignū eſt: iniurioſū eſt: vt
ſapiētia pecunię compet: ſꝫ amor amori com
paret. Video eñ hic vos ſic amare pecuniā
vt iubēte amore pecunię labores ſuſcipiatis:
ieiunia toleretis: mare trāſeatis: vētis ⁊ flu-
ctibus vos cōmittatis. Habeo vnde eligā qō
ametis: ſꝫ nō habeo qō addā ad amorē quo
amatis. Sic me amate: plus nolo me amari
dicit dn̄s. Improbis loquor: Auaris loq̄r:
Pecuniā diligitis: tñ me diligite. Certe me
lior ſū icōpabiliter. Nolo a vobis ampliorē
amorē. Quātū diligitis pecuniā: tantū me
amate. Erubeſcam⁹: ſaltē ꝯfiteamur ⁊ pecto
ra tundam⁹: nō vt ſup peccata nr̄a pauimē-
tū ſolidem⁹. Nā q̄ tundit pect⁹ ⁊ nō corrigit:
ſolidat pctā ⁊ ñ tollit. Tūdam⁹ pect⁹ ⁊ ceda-
m⁹ nos: ⁊ corrigamur a nob: ne ille p⁹ea nos
cedat q̄ mḡr eſt. Diximus eñ iā q̄d h̄ diſcat:
q̄re diſcat? Quare iſti in ſcholā: et vapulaſti N
⁊ a parētib⁹ ductus: ⁊ fugitās q̄ſit⁹ et inuēt⁹ Ca.17.
attract⁹ es: ⁊ adduct⁹ extēſus es? Quare va
pulaſti: q̄re tāta mala i puericia ꝑtuliſti? Ut
diſceres. Quid diſceres? Litteras. Quare?
Ut haberet pecunia: aut vt cōparet honor:
⁊ teneret ſublimitas dignitatis. Vide q̄ peri
tur⁹ es ꝓpter pituram rē. Perituram rē cū tanto
labore didiciſti in tantis pęnis: ⁊ amabat te
qui te ad pęnas trahebat. Ipſe qui te ama-
bat: ipſe te ad pęnas trahebat vt vapulares:
amando faciebat vt diſceres. Quid? Lr̄as.
Bonę ſunt litterę. Noui. Dicturus es mihi:
Quare ⁊ vos epi lr̄as nō legiſtis? Quare nō
diuinas ſcripturas in ipſa lr̄atura tractaſtis?
Ita ꝟo ſꝫ nō ad h̄ didicim⁹ lr̄as. Nō eñ pa-
rētes nr̄i q̄ nos in ſcholā mittebāt: h̄ nobis
dicebāt: Diſcite lr̄as vt habeatis vn̄ legere
poſſitis codices dn̄icos. Nec ipi chriſtiani fi-
lijs ſuis h̄ dicūt. Sed q̄d? Diſcite lr̄as. Qua
re? Ut ſis hō. Quid eñ? Nō pecus ſū? Nō
dico vt ſis hō: hoc ē vt ſis emineſ int̄ hoies.
Vn̄ ⁊ illud ꝓuerbiū: Quātū habebis: tant⁹
eris: vt habeas quātū cęteri: aut quātū pau
ci: aut plus q̄ cęteri: aut plus q̄ pauci: habeas
inde honorē: habeas inde dignitatem. Et
vbi erunt iſta oia cū mors venerit? Quō ſti- S
mulat: quō mer⁹ iſte interpellat? Quō nomē Ca.18
ipm a me cōmemoratū oim corda percuſſit?

Quō timorē vr̄m teste gemitu declamastis? Audiui: audiui: gemuistis: mortē timetis. Si timetis: q̄re nō cauetis? Mortē timet̄. Quid timetis? Uētura ē. Tūn eā an nō timeā: venire habet. Sero an cito vētura est. Si timeas: nō efficies: vt n̄ sit qd̄ times: Illd̄ potiꝰ time: qd̄ si nolis nō erit. Quid? Peccare. Peccare time: q̄ si amaueris peccata: i aliā mortē irrues: q̄ posses nō venire si nō amares peccata.

T Nō aūt puersꝰ: plꝰ amas mortē q̄ vitā. Ab-
Ca.19. sit inq̄s. Quis est hoīm q̄ plus amet mortē q̄ vitā? Forte cōuinco te q̄ plus amas mortē q̄ vitā. Ecce vn̄ te puinco: Amas tunicā tuā: bonā eā vis. Amas villā tuā: bonā eā vis. Amas filiū tuū: bonū eū vis. Amas amicū tuū: bonū eū vis. Amas domū tuā: bonā eam vis. Quid ē q̄ etiā bonā vis hr̄e mortē? Quotidie eñ rogas vt qñ mors vētura est: bonā mortē tibi det deus: ꝛ dicis: Deus auertat a me malā mortē. Plus ḡ amas mortē tuā q̄ vitā tuā. Mori male times: et male viuere non times. Corrige male viuere: time male mori. Sz noli timē: nō pt̄ male mori: q̄ bn̄ vixerit. Prosuo cōfirmo. Audeo dicere: Credidi pp̄ter qd̄ lo-

V cutꝰ sū: Nō pōt male mori: q̄ bn̄ vixerit. Iam
Ca.20. tu dicis tibi: Nō mlt̄i iusti naufragio pierūt? Certe nō pōt male mori: q̄ bn̄ vixerit. Nō multos iustos gladiꝰ pemit hostilis? Certe nō pt̄ male mori: q̄ bn̄ vixerit. Nō multos iustos latrones occiderūt? Nō mltos iustos bestie laniauerūt? Certe nō pōt male mori: q̄ bn̄ vixerit. Et ego respōdeo: Hec eñ tibi videt̄ mala mors: naufragio pire: gladio pcuti: a bestijs laniari: mors mala tibi esse videt̄. Nōne has mortes martyres subierūt: q̄rū natalicia celebramꝰ? Qd̄ genꝰ mortis nō subierūt? Et tñ si christiani sumꝰ: si i domo disciplie nos eē meminimꝰ: vel cū hic sumꝰ: vel cū hic audimꝰ: si exeūtes hinc nō obliuiscimur: si meminimꝰ qd̄ h̄ audimꝰ: nōne martyres beatificamꝰ? Quere mortes martyrū: Oculos carnis iterroga:
Ps.115. male mortui sūt. Oculos fidei interroga: Preciosa ē in cōspectu dn̄i mors sctōꝝ eiꝰ. Quicq̄d ḡ est qd̄ exhorreas i morte: oīno nō exhorreas si eos imitaris. Id age vt bonā vitā habeas: et quecūq̄ occasio fuerit vt exeas de h̄ corpe: exis ad requiē: exis ad btītudinē q̄ nō habet

X timorē nec finē. Nā q̄si bona mors diuitis in
Ca.21. purpura ꝛ bysso: ꝟ mala mors sitiētis ꝛ int̄ tor-
Luc.16. mēta guttā aq̄ desiderātis. Quasi mala mors iacētis paupis ante ianuā diuitis: int̄ linguas canū in fame ꝛ siti: micas de mēsa desiderāt̄. Mala mors: auersāda mors: finē respice: christianꝰ es: fidei oculū intēde. Cōtigit mori inopē illū: et deferri ab angelis in sinū abrahe. Quid pderat diuiti sepulchrū marmoreū: sitiēti apud inferos? Quid oberāt paupi pāni cū sanie vlcerū eius: reqescēti in sinu abrahe? Lōge vidit eū reqescentē: quē ptēpserat iacētē. Nō elige mortē. Dic mihi quis bn̄ mortuus est: qs male? Puto q̄ meliꝰ ille paup q̄ ille diues. An vis aromatibꝰ sepeliri: ꝛ ad inferos sitire? Respondes: Absit a me. Puto q̄ hoc eliges. Disces ḡ bn̄ mori: si didicer̄ bn̄ vi-

Y uere. Merces eñ bone vite ēt̄na est. Qui dis-
Ca.22. cūt christiani sūt. Qui audiūt ꝛ nō discūt: q̄d
Matth.13 ad semināte? Seminātis manū nō terret via: nō terrēt lapides: nō terrēt spine. Iactat ille qd̄ suū est. Qui timuerit ne cadat in t̄rā malā nō puenit ad t̄rā bonā. Et nos dicimus: spargimꝰ semīa: iactamꝰ semīa. Sūt q̄ cōtemnūt: sunt q̄ rep̄hendūt: sunt q̄ irridēt. Istos si nos timuerimꝰ: nihil habemꝰ seminare: ꝛ in messe habemꝰ esurire. Ergo veniat semē ad t̄rā bonā. Scio q̄ q̄ audit ꝛ bn̄ audit: deficit ꝛ pficit. Deficit iniq̄tati: pficit veritati. Deficit seclo: pficit deo. Quis ē eñ mgr̄ q̄ docet? Nō q̄liscūq̄ hō: ꝟ aplus. Plane aplus: ꝛ tñ nō apls.
2.Cor.13 An vultis inq̄t experimētū eius accipe q̄ in me loquit̄ christꝰ? Christꝰ ē qui docet: cathedrā in celo habet vt paulo ante dixi: Schola ipiꝰ in terra est: ꝛ schola ipiꝰ corpꝰ ipsiꝰ ē. Caput docet mēbra sua: lingua loquit̄ pedibꝰ suis: Chri-

Z stus est q̄ docet. Audiamꝰ: timeamꝰ: faciamꝰ.
Ca.23. Et ne ptēnas ipm christū: q̄ pp̄ter te i carne
Matth.4 natꝰ ē: pānis mortalitat̄ circūdatꝰ. Propt̄ te
Joh.4. esuriuit ꝛ sitiuit. Propter te lassatꝰ ad puteū
Matth.8 sedit. Propt̄ te fatigatꝰ i naui dormiuit. Pro-
Joh.7.et pter te cōtumelias indignas audiuit. Propt̄
Matth.2 te a facie sua sputa hoīm nō abegit. Propt̄ te
et 27. alapas in faciē suā accepit. Propt̄ te in ligno pepēdit. Propt̄ te aīaz effudit. Propter te in sepulchro positꝰ ē. Hec oīa forte ptēnis i xp̄o. Uis nosse q̄s sit? Recole euangeliū qd̄ audi-
Joh.10. sti: Ego ꝛ pr̄ vnū sumꝰ. Nos pūsi ad deū p̄cepta eiꝰ custodiamꝰ: vt eterna p̄mia ab ip̄a pcipiamꝰ: p̄stāte eodē dn̄o nr̄o iesu xp̄o q̄ cū p̄re ꝛ spū sancto viuit ꝛ regnat i secla seclōꝝ. Amē

## Dñica vicesimap̄ma: De tribꝰ pueris missis i fornace ignis: Sermo I

Sermo CC.XLI

A
Daniel.3.

Tiber tyrannꝰ fornacē incēdit: et quātū ipse igne furoris ardebat: tāto sanctiores pueros cōsūmabat. Nūc vndātis fumi dēsitate celū ptegit̄: nūc horrifico

ſonitu chaldei cũcti terrerent: vt magnitudo di
uine ſeueritatis p ſupplicia mõſtraret. Seuie
bat violẽt⁹ inimic⁹ ſuppliciũ ſuis famulis ꝗſi
tur⁹. Seuiebat ſ vt iuſtos trucidaret: ſ vt ſu
is interitũ ꝓcuraret. Seuiebat ſ vt creſcerẽt
penaꝝ augmẽta: ſ vt cũctis mõſtraret diuia
poteſtas: vt dũ impij ſupplicijs gliarẽt: flãma
rũ impetu vorarent. Seuiebãt ſcelerati chal
dei ſupplicijo pſẽtib⁹ pituri: ⁊ futuroꝝ ignari
miſtri iuſſa accelerãt: parant incẽdia: flãmas
exaggerãt. Crudelitas ei⁹ poſſidet mentẽ: ſe
B uitia imutat volũtatẽ. In fornacẽ miſſi ſunt
Daniel.3. ſancti: fugiũt flãme: cedũt ignes: incẽdia ex
paueſcũt. Timẽt ignes ledere: qs fuerãt iuſſi
incolumes reſeruare. Oſtẽdũt iuſtoꝝ meritũ
dũ tyrãni cõtemnũt imperiũ. Licet ſanctꝭ cũ
igne iocari: qb⁹ cũ homib⁹ nõ licuit cõmorari.
Licuit i fornace deũ venerari: quẽ apd hoies
nõ licuit honorari. Licet flãmaꝝ mereri obſe
quia: q nõ meruerãt chaldeoꝝ ſupplicia. Licet
ignib⁹ pſeruari illeſos: qs tyrãn⁹ dederat exu
rẽdos. Licet i pena eẽ ſecuros: qs extra penã
nõ licuit eſſe intactos: vt vbi interit⁹ ibi ſal⁹:
vbi ſupplicia ibi inuenirent refrigeria. Accipe
hoſtis a ſupplicijs exemplũ: q hũanitatis pdi
diſti pſiliũ. Fugiũt ignes iuſtos qs iniuſte dã
naſti: expaueſcũt flãme ⁊ innocẽtes pnũciãt
qs dignos ſupplicio deputas: ⁊ q ſeuire cõſue
uerant: dignos ſanctos in fornace cernebãt.
Damnãt hoſtes: et abſoluũt ignes. Chaldei
adijciũt: ⁊ pene defendũt. Homies ſeuiunt: ⁊
C ſupplicia venerant. Tyrannus putabat tantũ
tormẽta poſſe ſeuire: quãtum ipſe ſacrilegus
exiſtimabat ſe poteſtatẽ hre. Ignes iuſtis ce
dũt: ardores flãmaꝝ i refrigeriũ vertunt: ⁊ in
ſtituta nature voraces impet⁹ obliuiſcunt: vt
iuſtos venerãtes timerent: ⁊ eoꝝ hoſtes pſe
quẽtes punirẽt. Ignes iuſtos hoſpitio cũ oi
honore ſuſcipiũt: et libẽter obſequiũ prebẽt.
Hoſtis mutato genere ſeuit: nec aliqua pieta
te mouet: nec hũanitate blandit. Poſſet vin
cere ſi ignib⁹ imparet. Offerunt ignib⁹ iuſti
veſtitu tecti: vinculꝭ colligati: defẽdunt ardo
ribus iuſti: ⁊ qs vio hũana dãnauit: ignis ab
ſoluit. Nihil cogitat: nihil metuit. Sic nãq
crudelitas tyrãnica ſupata pſternit: dũ ſui ſa
tellites deuorant. Cernit penã: et ſeruoꝝ dei
aſpicit gloriã. Iuſtis ignes obſequiũ pſtant:
iniuſtis interitũ ſbmiſtrãt. Dũ vindicat flãma
D impij necant ⁊ iuſti ſaluant. Cum ad fornacẽ
tyrann⁹ feſtinãter accederet: ſtupet laudẽ: mi
rat factũ: venerat deũ cũ trib⁹ pueris i forna
ce. Aſpicit iuſto diuinoq ambitu protegi: qs
nup iuſſerat violẽtus extingui. In illis in for
nace videt: quẽ in illis ante nõ eſſe putaret.
Quo viſo territ⁹ furori addit lenitatẽ: fit rẽpẽ
te cõfeſſor: qui nup fuerat pſecutor. Predicat
quẽ paulo ante negabat: venerari pcipit: qui
venerãtes dãnauit. Rogat de fornace iuſtos
pcedẽ: pcat d igne dei famulos pſilire. Exite Daniel.3.
inqt ſui dei excelſi. Nũc me defenſorẽ dei p
fiteor: cui⁹ inimicũ fuiſſe cõſtat: vt cui⁹ ſeruos
ignar⁹ pſequebar: ei⁹ inimicos vt defenſor vl
ciſcar. Tũc de fornace egrediunt illeſi hebrei:
letant incolumes: triũphant victores q deo
fideliꝭ fuierũt: ⁊ furorẽ tyrãni ptẽpſerũt.

## In eadem dominica: De augurijs Sermo II — Sermo CC.XLI

Bene noſtis frẽs chariſſimi: me vobis A
frequẽti⁹ ſupplicaſſe: ⁊ pẽna ſollicitu
dine cõmonuiſſe pit ⁊ pteſtatõs eẽ: vt
illas ſacrilegas paganoꝝ pſuetudines obſer
uare mime deberetꝭ. Sʒ quãtũ ad me mltoꝝ
relatiõe puenit: apud aliqs paꝝ pfecit admo
nitio mea: q ſi vobis ego nõ dixero: ⁊ p me ⁊
p vobis malã ſũ redditur⁹ rõnẽ i die iudicij:
⁊ vobiſcũ mihi erit neceſſe etna ſupplicia ſuſti
nere. Ego me apud deũ abſoluo: dũ iteꝝ atq
iteꝝ admoneo piter ⁊ cõteſtor: vt null⁹ ex vob
caragos vel diuinos vl ſortilegos reqrat: nec
de qlibet eos aut cauſa aut infirmitate inter
roget. Null⁹ ſibi pcantatores adhibeat: q q
cũq fecerit h malũ: ſtati pibit baptiſmi ſacra
mẽtũ: ⁊ ptinuo ſacrileg⁹ ⁊ pagan⁹ efficit: ⁊ niſi
grãdi elemoſyna ⁊ dura ⁊ plixa pnla ſbuene
rit ſtati in etnũ pibit. Silr ⁊ auguria obſuare
nolite: nec in itinere poſiti aliqs auiculas cã
tãtes attẽdite: nec ex illaꝝ cãtu diabolicas di
uinatiões annũciare pſumite. Null⁹ ex vob
obſeruet qua die de domo exeat: q die iterũ
reuertat: q oẽs dies de⁹ fecit: ſic ſcptura dic:
Et fact⁹ ẽ pm⁹ dies ⁊ ſecũd⁹ dies ⁊ tertius: ſilr Gen.1.
⁊ quart⁹ ⁊ qnt⁹ ⁊ ſext⁹ et ſabbatũ. Et illõ: Fe
cit de⁹ oĩa bona valde. Illas vo nõ ſolũ ſacri
legas: ſ etiã ridiculoſas ſternutatiões pſide
rare et obſeruare nolite: ſ qties vob in qcũq
pte fuerit neceſſitas pperãdi: ſignate vos in
noie ieſu xpi: ⁊ ſymbolũ vel orõnẽ dñicã fide
liter dicẽtes: ſecuri d dei adiutorio iter agite.
Et q qſi ſup dicta oĩa ſacrilegia deo vobis i B
ſpirãte ⁊ ptẽnere vl deſpicere cepiſtis: moleſte
h acceptur⁹ ẽ diabol⁹: q vos videt de amici
tia vl ſocietate ſua diſcedere: et ſacrilegia p q
vos decipiebat cõtemnere: aliquas nequias
vobis factur⁹: aut infirmitatẽ aliquã immiſſu

rus ē: aut aliq̄d aīal: aut ꝑ morbū: aut ꝑ eua/
gationē eſt ablaturus: q: ad vos ꝓbādos ꝑ/
mitti h̄ fieri deꝰ: vt agnoſcat vtꝝ ad ipm̄ fide
liter venitis: ꝛ ſi toto corde diaboli machina/
mēta deſpicit: ꝛ vtrū plus valeat apud vos
amor ſuꝰ q̄ cuiuſq̄ aīalis amiſſio. Sꝫ ſi ſemel
aut ſcdo neq̄cias q̄s diabolꝰ imiſerit cū aīo ꝛ
tota fide ꝯtēpſerit: ita ipm̄ diabolū poſtea a
vr̄a infeſtatiōe deꝰ dignabit̄ repellere: vt nū/
q̄ vos poſſit ſua calliditate decipe. Homies
eñ negligētes ꝛ faciles lāguida deſideria ꝛ ſi
dē deſidē h̄ntes: ꝛ iō etiā ſi incipiāt nō diu pſe
uerāt i opibꝰ dei: ſ̄ vbi ſe i antedictis ſacrile/
gijs abſtinuerūt: ꝛ vl̄ vnā neq̄ciā diaboli ꝑtu
lerūt: ſtati ſe pēnitēt ad dn̄m ꝯuerſos eē: ꝛ ma
chinamēta diaboli reliq̄ſſe: et iterū reuertunt̄
2.Petri.2. ad obſuatiōes auguriorū velut canes ad vo/
mitū ſuū. Vos xo q̄bꝰ deꝰ ꝛ ſapiāꝫ cōtulit et
verā fidem dedit: ita cito corde circūuentiōes
diaboli deſpicite: et fideli̊ vos ad deū cōuer/
tite: ꝛ q̄cūq̄ diabolꝰ voluit imittere patiēter ꝛ
forti̊ toleretis: vt cū beato Job dicē poſſitis:
Job.1. Dñs dedit dñs abſtulit: ſic dño placuit ita fa
ctū eſt. Siꝉr ꝛ cū aplo firmo ꝛ integro corde di
Ro.8. catis: Quis nos ſepabit a charitate xp̄i? Tri/
bulatio? an pſecutio: au anguſtia: an fames:
an nuditas: an gladiꝰ: an ꝑiculū? Boni enim
chriſtiani nec tormēti̊ ſepant̄ a xp̄o: tepidi xo
et negligētes interdū ocioſis fabulis ſepant̄.
Et ſi vel leue damnū ꝑtulerit: ꝯtinuo ſcādali/
zant̄: ꝛ ꝯ̄ deū murmurare p̄ſumūt ꝛ ad nefan
C da ꝛ deteſtāda auguria redeūt. Sed forte dic
aliq̄s: q̄d facienꝰ eo q̄ auguria ipa ꝛ caragi vl̄
diuini frequēter nob vera annūciāt? De hac
re ſcriptura nos cōteſtat̄ ꝛ monet dicēs: Etiā
ſi qua vera vobis dixerit: nolite credere illis.
Deut.13. Tēptat eñ vos dñs deꝰ vr̄: vtrū timeati̊ eū
an nō. Sꝫ iterū dicis: Aliq̄tiēs ſi p̄cātatores
nō fuerint: aut de morſu ſerpētis: aut de alia
q̄libet infirmitate ꝓpe vſq̄ ad mortē m̄lti pi/
clitant̄. Verū eſt frēs chariſſimi: q: ꝑmittit h̄
deꝰ diabolo: ſic iā ſup̄ dixi: ad ꝓbandū chriſti/
anū: vt cū īt̄dū ꝑ illa ſacrilegia aliq̄ remedia
in illa infirmitate ꝑcipere et aliq̄d verū potu/
erint agnoſcē: facili̊ ꝓpterea diabolo credāt.
Sed q̄ totā chriſtianā religionē deſiderat cu/
ſtodire: oportet vt hec oīa tota animi virtute
Gal.4. ꝯtēnat: timeo illō q̄ð ait aplus increpās: Di/
es ꝛ mēſes ꝛ tp̄a obſeruati̊: timeo ne ſine cau/
ſa laborauerim i vobis. Ecce aplus dicit: q̄ q̄
auguria obſeruauerit ſine cā doctrinā eiꝰ ſuſci
piet. Et iō quātū poteſtis circūuentiōes dia/
D boli fugite. Et illō ante oīa ſcitote frēs: q̄ nec

vos ipſos: nec eos q̄ ad vos ꝑtinent: nec aīalia
vr̄a: nec reliquā ſubāꝫ vel in paruis rebꝰ dia/
bolus pōt lędere: niſi quātuꝫ a deo poteſtatē
accepit: quō nec ſancti iob facultatē auſꝰ fuit Job.1.
ſuertere niſi dño ꝑmittēte. Et ſic in euāgelio Matth.8.
legimꝰ: q̄n ab homibꝰ expulſi ſūt demones ro
gauerūt vt vel in porcos ire ꝑmitterent̄. Si i
porcos nō ſūt auſi intrare demōes: niſi a deo
ꝑmiſſionē acciperēt: quis ita erit infidelis vt
eos bonos chriſtianos credat poſſe lędere:
niſi deus ꝓpria diſpenſatiōe ꝑmitteret? Per/
mittit autē hoc deus ex cauſis duabꝰ: vt aut
nos ꝓbet ſi boni ſimus: aut corrigat ſi pecca/
tores. Sed q̄ patiēter diſpēſatiōnē dñi tolera
uerit: ꝛ ſic iam dixi: q̄n aliq̄d ꝑdiderit: dixerit:
Dñs dedit dñs abſtulit: ſic dño placuit ita fa Job.1.
ctum eſt: ſit nomē dñi b̄ndictū: Pro iſta deo
placita patiētia: aut coronā accipit ſi iuſtꝰ eſt:
aut indulgētiā ſi pctōr. Et hęc attēdite frēs:
q: cū oēm ſubāꝫ diabolꝰ euertiſſet beati iob:
nō dixit iob: dñs dedit: diabolꝰ abſtulit: ſed
dñs dedit dñs abſtulit. Vir eñ ſanctꝰ noluit
iſtā glīā diabolo dare: vt aliq̄d potuiſſet tol/
lere q̄ð dñs nō ꝑmiſiſſet auferre. Cum eñ nec
filios nec pueros nec camelos nec aſinos b̄ti
iob anteq̄ dñs ꝑmitteret diabolꝰ lędere po/
tuiſſet: quare credimus q̄ xp̄ianis amplꝰ ali/
q̄d faciat q̄ q̄ð deifico ac ſecreto iudicio ſuo
diuia potētia ꝑmiſerit? Et iō certiſſime credē/
tes q̄ nihil poſſumꝰ ꝑdere: niſi quātū nobis
deꝰ ꝑmittit auferri: toto corde nr̄o ad illiꝰ mi/
ſericordiā eamꝰ: ꝛ ſacrilegas obſuatiōes fide
li̊ relinq̄ntes: de illiꝰ adiutorio ſp̄ p̄ſumamꝰ.
Nā q̄ p̄dictis malis: id eſt caragis ꝛ diuis: au/ E
ruſpicibꝰ vel philaterijs et alijs q̄buſlibet au/
gurijs crediderit: ꝛ ſi ieiunet: et ſi oret: et ſi iu/
giter ad ecclīā currat: et ſi largas elemoſynas
faciat: ꝛ ſi corpuſculū in omi afflictiōe ſuū cru
ciauerit: nihil ei proderit q̄diu illa ſacrilegia
nō reliq̄rit: q: impia illa ſacrilegij obſuatio:
iſta oīa bona obruit ꝛ euertit. Et q̄ cū his ma
lis etiā aliq̄ opa bona exercere voluerint: eis
ꝓdeſſe nihil pn̄t: q̄a verū eſt q̄ð dixit aplus:
Modicū fermentū totā maſſam corrūpit. Et 1.Cor.5.
illud: Nō poteſtis calicem domini bibere: et 1.Cor.10.
calicem demoniorū. Non poteſtis menſę do/
mini ꝑticipes eſſe ꝛ mēſę demoniorū. Et dñs
in euāgelio: Nemo pōt duobus dñis ſeruire. Matth.6.
Pro qua re nec ad arbores debent chriſtiani
vota reddere: nec ad fontē orare: ſi ſe volūt ꝑ
gratiā dei de ęterno ſupplicio liberari. Et ideo
quicūq̄ in agro ſuo aut i villa aut iuxta villā

aliqs arbores: aut aras vel q̄libet vana habuerit: vbi miseri hoïes solēt aliq̄ vota reddere: ſi eas ñ deſtruxerit atq̧ ſucciderit: i illis ſacrilegijs q̄ ibi facta fuerint: ſine dubio particepſ erit. Nā ⁊ illud q̄le ē: ꝙ q̄ñ arbores illę vbi vota reddunt̄ ceciderint: nemo ex illis arborib̄ꝰ lignū ad focū affert. Et videte miſeriā vl' ſtulticiā generis hūani. Arbori enim mortuę honorē impēdūt: ⁊ dei viuētis p̄cepta ꝯtemnūt. Ramos arboris nō ſūt auſi mittere in focū: ⁊ ſeipſos p ſacrilegiū p̄cipitant in infernū. Et id q̄ h malū hucuſq̧ nō obſeruat: gaudeat ⁊ deo grās agat: ⁊ fidelit̄ i bonis opib̄ꝰ pſeuerare cōtēdat. Quicūq̧ i iſtis diabolicis reb̄ꝰ hucuſq̧ captiuādū diabolo tradidit ſe: toto corde penitētiā agat: ⁊ illa ſacrilegia ſup̄dicta cū oī horrore fugiat ⁊ cōtemnat: vt illi deꝰ ⁊ indulgētiā dignet̄ dare: et ad ęternā beatitudinē ob glīā nomīs ſui faciat puenire. Et q̄ etiā ⁊ h puenit ad me: ꝙ aliq̄ aut p ſimplicitatē: aut ignorantiā: aut certe qđ plꝰ credendū ē: p gulā de illis ſacrilegijs vel ſacrificijs vel ſacrilego cibo: q̄ adhuc ſm paganoꝝ ꝯſuetudinē fiūt: māducare nec timeāt nec erubeſcāt: cōteſtor vos corā deo ⁊ angelis eiꝰ ac denūcio: vt nec ad illa diabolica ꝯuiuia: q̄ aut ad phanū ad fonteſq̧: ad aliqs arbores fiūt veniatis: Et ſi vob̄ inde aliqđ trāſmiſſū fuerit: tāq̄ ſi ipz diabolū videatis phorreſcite ⁊ reſpuite: ⁊ ita repudiate vt nec i domū vr̄az pmittatis de illo ſacrilego cōuiuio aliqđ exhiberi: ꝓpt̄ illđ apl̄i qđ iā dictū ē: Nō poteſtis calicē dñi bibere: ⁊ calicē demonioꝝ: neq̧ mēſę dñi pticipare ⁊ mēſę demonioꝝ. Et q̄ ſolēt aliq̄ dicere: Ego me ſigno ⁊ ſic māduco. Nullꝰ h facē p̄ſumat. Qui ſic ē q̄ ſe ſignat ⁊ aliqđ de ſacrilego cibo māducat: quō ſe ſigt̄ i ore: ⁊ gladiū ſibi mittit i pectore: Quia quō gladio corpꝰ occidit̄: ita de illo cibo ſacrilego aīa occidit̄. Sz credimꝰ de dñi miſcđia: q̄ vobis agē q̄ ſancta ſūt inſpitare dignabit̄: ⁊ nūq̄ vobis nec in augurijs: nec in alijs q̄ ſup̄dicta ſūt ſacrilegis obſeruatiōibꝰ vl' diuinatiōibus diaboli neq̄cia poſſit ſurripe: ſ totaz ſpē veſtrā in dño poſituri: q̄tenꝰ vt nunq̄ ad illa nefanda mala q̄ ſupiꝰ cōprehēſa ſūt tedeatis: ꝓſtante dño nr̄o ieſu chriſto: cui honor ⁊ impenū in ſecula ſeculoꝝ: Amē.

§ (margin) 1. Cor. 10.

## Itē in eadē dñica: Homelia de eo qđ ſcriptū eſt in euāgelio ſm Iohānē: Erat quidā regulꝰ cuiꝰ filiꝰ infirmabat̄ ⁊c̄. que habet̄ in expoſitione doctoris Ibidem.

Ioh. 4.

## Dñica viceſimaſecūdā: De Suſanna: Sermo I — Sermo CC. XII.

A

Matth.22. Tunc manifeſte apparebit: quia multi vocati pauci electi. Tunc iſte adulterator habit⁹ nuptialis: iuſſu patriſfamilias et manifeſte excludet: ⁊ i carcerem retrudet. Interim tamen amici ſponſi talem ſimulatorẽ nõ ignorant: quia habitus impudicus corporis: nũcius eſt adulterini cordis. Impudicus autẽ habit⁹ corporis eſt in viris: ſuꝑflua ⁊ inordinata capillatura: veſtimentorũqꝫ muliebriũ affectata ſimilitudo: calciamentorũ quoqꝫ metas neceſſitatis excedens ſimulata longitudo. In mulieribus facies fucata: virilium veſtimentoꝝ imitatio: capillorum natiui coloris adulteratio. Hic habitus i vtroqꝫ ſexu adulterinus eſt: ⁊ ſanctarũ nuptiarum ſocietate indignus: ⁊ a conſpectu tanti ſponſi: et tante ſponſe prorſus amouendus. Nec ſilẽtio ꝑtenire hoc debent amici ſponſi: diligentes decorẽ domus dei. Debent huiuſmodi adulterijs publice oblatrare: nc dicat d eis:
Eſa.56. Canes muti latrare nõ valentes. Qui enim quãtitatem vel formã quã omnipotẽs ⁊ prudentiſſimus plaſmator finxit: in aliam traſſigurare contendit: nonne euidenter dicere ei
Eſa.45. Ro.9. videt qui ſe finxit: Cur me feciſti ſic? Improba temeritas cõditoris plaſmata viliſicare: vt quãtitatẽ ſuã ⁊ formã quantũ in ſe eſt: in aliud transfiguret: qꝺ ſi a natura haberet incõpabiliter ſe habere doleret. Nec iſta dicimus a nobis tanqꝫ ex nobis. Habemus patres noſtros doctores egregios qui ante nos contra iſta ſcripſerunt: ⁊ irrefragabili auctoritate damnauerũt. Audiamus paulum doctorem gentiũ: de ſuꝑflua capillatura dicentem corinthijs: Vir ſi comam nutriat: igno- 1.Cor.11.
minia eſt illi. Cum enim vir ex dei ordinatione primatũ habeat ſupra mulierẽ: qui contra honorem ſui ſexus ſuꝑfluitate capilloꝝ caput velat: primatum ſuum ſibi abiudicat vt merito de eo dicat: Homo cum in hono- Pſ.48.
re eſſet nõ intellexit: compa⁹ eſt: vt vera dicamus: non tm̃ mulieribus: ſed etiam iumẽtis inſipientibus. Iudicio enim legum iure 11.q.3.privilegi
ab obtenta dignitate deijcit: q priuilegio ſibi conceſſo abutit. Audiamus et beatũ Cy- 74.diſ.vbi
E
prianum egregium martyrem et ſuauiſſimũ doctorem: de adulterino habitu diſputantem. Dicit enim in epiſtola quam ſcribit de Cyprian⁹
habitu virginũ. Opus dei ⁊ factura eius et plaſma eius: nullo modo adulterari debet in habitu flauo colore vel nigro: vel quolibet deniqꝫ liniamenta natiua corrumpente medicamie. Dicit enim deus: Faciamus ho Gen.1.
minẽ ad imaginem ⁊ ſimilitudinẽ noſtram: ⁊ audet quiſqꝫ mutare ⁊ conuertere qꝺ fecit deus? Manus deum offendunt: quando id quod ille formauit reformare ⁊ transfigurare cõtendunt: ſcientes qꝺ opus dei eſt omne qꝺ naſcit: diaboli quodcũqꝫ mutat. Siquis pingendi artifex vultum alicuius ⁊ ſpeciem ⁊ corporis qualitatem emulo colore ſignaſſet: et ſignato iam conſũmatoqꝫ ſimulacro: manus alius afferret: ⁊ iam formata: iam picta: quaſi peritior reformaret: grauis prioris artificio iniuria et iuſta indignatio videret. Et in ſequẽtibus. Non metuis ne cũ reſurrectionis dies venerit: artifex tuus nõ te recognoſcat: ⁊ ad ſua pmia ⁊ pmiſſa venientẽ remoueat ⁊ excludat: increpans vigore cenſoris ⁊ iudicio dicat: Opus hoc meũ nõ eſt: nec imago hec noſtra eſt: cũ te flauo medicamine polluiſti: cũ formã quã dederã tibi: mẽdacio deformaſti: facies corrupta eſt: mẽbra aliena ſunt: deũ videre nõ poteris: qm̃ oculi tibi nõ ſunt quos deus fecit: ſed qꝺ diabol⁹ infecit. Audite me itaqꝫ vt parentẽ: audite ꝗſo vos docentẽ: pariter ac monentẽ. Audite vtilitatib⁹ veſtris ⁊ cõmodis fideliter cõſulentem. Eſtote tales quales vos deus artifex fecit: eſtote tales quales vos man⁹ pris inſtituit. Maneat i vobis facies incorrupta

ceruix pura: forma ſincera: A calciamentis ſuperfluis pedes liberi: crines nullo colore fuſcati: oculi conſpiciendo deum digni. Apoſtoli vox eſt: quem dominus vas electionis
1. Cor. 15. appellauit. Dicit em̄: Primus homo de terra terrenus: ſecūdus homo de celo celeſtis. Sicut portauimus imaginem terreni: ſic portemus imaginē celeſtis. Hanc imaginem portat virginitas: portat integritas: portat ſanctitas ꝛ veritas: portant diſciplinę dei: memores iuſticiā cum religione retinentes: ſtabiles in fide: humiles i timore: ad omnē tolerantiam fortes: ad ſuſtinendam iniuriam mites: ad faciendam miſericordiā faciles: fraterna pace vnanimes atq; concordes: Quia ola obſeruare: diligere et implere debemus: vt apoſtoli pceptū adimpleamus.
1. Cor. 6. Empti eſtis precio magno: glorificate ꝛ portate deum in corpore veſtro. Deum enim in corpore noſtro portamus: cum imaginē eius p imundas ꝛ prophanas adinuentiones nō deformamus: cum p omnia ſeruitutis obſequia redēptoris imperio parere ſtudemus. Ita enim imaginē ſuam in nobis recognoſcet: ꝛ nuptiali veſte ornatos a ſuo ſanctorū q; conſortio non excludet: quod nobis miſericorditer pſtare dignet: qui viuit et regnat deus per omnia ſecula ſeculorū: Amē.

## Sermo CC. XLVIII. In eadem dominica: De continētia: Sermo II

Admonet nos lex diuina ꝛ exhortat fratres chariſſimi: vt cōcupiſcentiā huius mundi deuitantes: continentię ſalubri operam demus: ne nos illecebra voluptatū p varia ducat deſideria: ꝛ laqueo mortis irretitos: in pcipitiū ꝛ voraginē tradat inferni. Loquit ſapiētia homini ꝛ dicit:
Eccl. 18. Poſt cōcupiſcentias tuas non eas: et a voluntate tua auertere. Si pſtes animę tuę concupiſcentiā eius: faciet te in gaudiū inimicis tuis. Amor enim iſtius mundi: parit
Iacobi. 4. inimicitiā dei. Unde ſcriptum eſt: Qui vult amicus eſſe huius ſeculi: inimicus dei conſtituit. Hoc enim apoſtolus ſciens iohannes:
1. Ioh. 2. pſuadet nos et dicit: Nolite diligere mūdū: neq; ea que in mundo ſunt. Si quis dilexerit mūdum: non eſt charitas patris in illo: quia omne qḋ in mūdo eſt: cōcupiſcētia carnis eſt: ꝛ cōcupiſcentia oculorū: et ſuperbia ſpiritꝰ. Hoc ꝛ coapoſtolus eius paulus rurſus monet ꝛ dicit: Qui emunt ſic ſint quaſi non poſſidētes: ꝛ qui hoc mūdo vtunt quaſi non vtant: pterit enim figura huiꝰ mundi. 1. Cor. 7.
Unde ꝛ ipſe ſaluator in parabola ſua oſtendit: qḋ diuitię ꝛ voluptates ſeculi ſuffocant verbū: ita vt nō referat fructū. Et alibi pcepit dicens: Qui vult venire poſt me: abneget ſeipſum: et tollat crucem ſuam ꝛ ſequat me. Et item: Qui non renunciauerit inquit omnibꝰ quę poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Hęc igitur conſiderātes fratres chariſſimi: ppendite quātum neceſſaria vobis ſit cōtinentia: p quam chriſti diſcipulatui cōdigni: ad regnū poteſtis cum eo venire ppetuum. Continentia vo ꝛ ſobrietas nō in ſola integritate carnis conſiſtit: ſed etiam in cultu ꝛ ornatu: vita pariter ꝛ moribus cōſiſtit. Debet enim vnuſquiſq; continēs eſſe ab omnibꝰ illicitis. His autē que licita ſunt debet cū modeſtia ꝛ ſobrietate vti. Nō em̄ decet chriſtianū ſeculi lucris inhiare: cui promiſſum eſt regnum celeſte: ſed ſuo domino p continentiā condigne viuere: vt poſſit cū eo in ppetuum gaudere. Caſtitatem debet amare: ꝛ fornicationem fugere: Nō auaricię ſtudere: ſed victu ꝛ veſtitu cōtentus eſſe: nō ſuperbire: neq; ſperare in incerto diuitiarū: ſed humiliter ſentire: ꝛ mūdi pompā cōtemnere. Nō debet eſſe vaniloquax ꝛ arrogās: nō mendax neq; iniurioſus: neq; bilinguis: non ſuſurro neq; detractor: ſed veritatē debet ex ore ꝛ corde pferre. Linguā ſuā a multiloquio tēperare: quia ſcriptū eſt: In multiloquio non effugies peccatū. Oculos contra vanitatē claudere: Auditū a ſcurrilitate ꝛ falſitate: imo ab omni eloquio malo auertere: Riſū excelſū et excuſſū nō amare: Guttur ꝛ naſum ad illecebrā dulciū ciborū ꝛ ſuauium odorum nō libenter adhibere: ſed magis bonum ꝛ ſuauem odorem virtutū appetere. Manꝰ et pedes ꝛ omnia mēbra corporis ſollicite cuſtodire: ne fiant arma iniquitatis peccato: ſed magis potentię arma deo ad deſtruendū ſpiritalē inimicū. Cor quoq; debet miles chriſti ante omia ſollicita cuſtodia ſuare: ne forte illud iactātia extollat: ira inflāmet: iuidia pforet: auaricia infeſtet: libido exurat: triſticia grauet: torpor et ignauia oneret: Et ne illud qḋ cūctis grauiꝰ eſt: p nouitatū pſumptiōes hęreſis ſcindat. Qui em̄

Margin notes (right column): Matth. 13. — Matth. 16. — Luc. 14. — 1. Timoth. 6. — Prouer. 10. — Ro. 6.

coꝛdis occulta per continentiam quieta ſer/
uare intus contendit: vtiq; et membra coꝛ/
poꝛis facilius contra prauos actus foꝛis cu/
Prouer.4. ſtodit. Scriptum eſt enim: Omni cuſtodia
ſerua coꝛ tuum: quia ex ipſo vita procedit.
Item alibi: Moꝛs tecū in introitu delecta
tionis poſita eſt. Et ſaluatoꝛ in euangelio:
Matth.12. Bonus inquit homo de bono theſauro coꝛ/
dis ſui pfert bonum: ⁊ malus homo de ma/
lo theſauro coꝛdis ſui pꝛofert malū. Et itē:
Matth.15. De coꝛde: ait: exeunt cogitatiões male: ho/
micidia: adulteria: foꝛnicationes. Cum ergo
fratres de coꝛdis radice fructus ſiue boni ſi/
ue mali exeant: neceſſe eſt vt primum coꝛ
mundemus: deinde carnem noſtram per ie/
iunia et vigilias et laboꝛem vtilem caſtige/
D mus: ne carnis libido mentē maculet. Diffi/
cile eſt enim vt in delitijs viuentes: mūdum
1.Coꝛ.9. coꝛ habeant. Inde dixit apoſtolus: Caſti/
go coꝛpus meū: et in ſeruitutem ſubijcio: ne
foꝛte cum alijs pdicem: ipſe reprobus effici/
Gal.5. ar. Et item: Qui autem chꝛiſti ſunt: ait: car/
nem ſuam crucifixerunt cum vitijs ⁊ concu/
Titū.2. piſcentijs. Sobꝛie quippe ⁊ pie viuamus in
hoc ſeculo: expectantes beatam ſpem: ⁊ ad/
uentum gloꝛie magni dei: ⁊ ſaluatoꝛis noſtri
ieſu chꝛiſti: qui dedit ſemetipſum pro nobis
vt nos redimeret ab omni iniquitate: ⁊ mū/
daret ſibi populum acceptabilem: ſectato/
rem bonoꝝ operum: vt cum venerit in ma/
ieſtate ſua cum ſanctoꝛum angeloꝛum mili/
bus: pꝛo bonis laboꝛibus ⁊ ſancta cōuerſa/
tione reddat nobis pꝛemia vite eterne po/
tius q̄ pro deſidia ⁊ voluptate pſentis vite
cruciatum retribuat ſempiternum: quia ve/
Matth.16 Ro.2. raciter de eo ſcriptum eſt: qd reddat ſingulis
ſm opera: ieſus videlicet chꝛiſtus: qui cum
patre ⁊ ſpūſancto viuit et regnat deus: per
omnia ſecula ſeculoꝝ: Amen.

## Sermo CC.XLIX. Dominica viceſimaquinta: De caſtitate et mūdicia: Sermo I

A Gloꝛioſum et inſignem inter ceteras virtutes caſtitas et mundicia locum tenet: fratres chariſſimi: quia ipſa ſola eſt que mūdas mentes hominū pꝛeſtat
Matth.5. videre deum. Unde ipſa veritas ait: Beati
mūdo coꝛde: quoniam ipſi deum videbunt.
Ac ſi econtrario diceret: Illi vero miſeri ſunt
quoꝝ coꝛda ſunt carnali concupiſcentia
polluta: quia eternas merguntur in penas.
Caſtitas enim angelica eſt vita: caſtitas cū
humilitate ſpiritusſancti merebit habitati/
onem: quam expellit imundicia libidinum:
dicente ſcriptura: Coꝛpus peccatis ſubditū Sap.1.
ſpiritusſanct⁹ effugiet. Membra noſtra de/
bent deo eſſe dicata: non foꝛnicationi. Op/
ponat homo deſiderio carnis ſue eternoꝝ
flammas toꝛmentoꝝ. Aſſueſcat iuuenis ca/ B
ſtitatem: vt ſit dignus ſapiētia dei. Ubi im
mūdicia eſt coꝛpoꝛis: ibi habitatio diaboli/
ci ſpiritus: qui maxime gaudet in iniquina/
tione carnis noſtre. Omnes inmūdicie deo
diſplicent: et maxime que non ſunt natura/
les. Admonet itaq; nos ſcriptura ſancta di/
cens: Poſt concupiſcentias tuas non eas: ⁊ Eccſi.18.
a voluntate tua auertere. Si pꝛeſtas anime
tue concupiſcentias eius: faciet te in gaudium
inimicis tuis venire. Eiuſmodi quoq; ſalo/
mon ſapientiſſimus pꝛoferebat ſententias
de cauenda immūdicia dicens: Fauus diſtil Prouer.5.
lans labia meretricis: et nitidius oleo gut/
tur eius: nouiſſima autē illius amara qua/
ſi abſinthium: et acuta quaſi gladi⁹ biceps:
Pedes eius deſcendunt ad moꝛtem: et ad
inferos greſſus illius penetrāt: Per ſemitā
vite non ambulant: vagi ſunt greſſus illi⁹ ⁊
inueſtigabiles. Nunc ergo fili audi me: ⁊ ne
recedas a verbis oꝛis mei. Longe fac ab ea
viam tuam: ⁊ ne appꝛopinques foꝛibus do/
mus eius. Hoc ſiquidem non ſolum de me/
retricum immūdicia dixit: ſed etiam de omi
carnis concupiſcentia: que ſollicitat animā
ſuam cōſentire ſuis deſiderijs. Sed ratio
mentis pꝛohibere debet impetus carnis: et
refrenare voluptates eius iniquas. Item il/ C
le qui ſupꝛa pꝛohibet cohabitationem femi/
narum: iuuenibus dicit: Nūquid abſconde/ Prouer.6.
re poteſt homo ignem in ſinu ſuo: vt veſti/
menta illius non ardeant: aut ambulare ſu/
per pꝛunas: et non comburent plante eius:
Sic qui ingredit ad mulierē pꝛoximi ſui: nō
erit mūdus cū tetigerit eā. Similiter ⁊ beat⁹
aplꝰs admonet nos: Bonū eſt inqens muli 1.Coꝛ.7.
erē non tangere: quaſi ſtatim in tactu piculū
eſſet. Pulchꝛa eſt enim caſta iuuenum pudi/
citia et deo amabilis: et ad omne bonū vti/
lis. Qui filios habet ſpiritales vel carna/
les: nutriat illos in caſtitate deo: non in foꝛ/
nicatione diabolo. Quid pꝛodeſt homini fi/
lium habere: nutrire: amare: ſi eternis cum

nutriat tormentis? Qui in caſtitate viuunt: angelicam habent in terris conuerſationē. Caſtitas hominē celo coniungit: angelis facit ciuem. Qui mulierem habet legitimam: legitime vtatur ea temporibus oportunis:
1. Corī. 7. vt ſcdm apoſtolū poſſit vacare orationi: et benedictionē mereatur filiorum a deo accipere. Nemo dicat a fornicatione ſe cuſtodi-
1. Corī. 10. re nō poſſe. Fidelis enim eſt deus: dicit apoſtolus: qui non pmittit non temptari ſupra id quod portare poſſumus: ſed faciet cum temptatione puentum. Talis vnicuiqꝫ homini temptatio datur: ſiue in carnis deſiderio: ſiue in ambitione ſeculi: vel etiā in quacunqꝫ temptationis moleſtia: qualem aut cum laude vincere: aut cum opprobrio ſuc-
D cumbere poterit. Omnibus enim caſtitas p neceſſaria eſt: ſed maxime miniſtris chriſti altaris: quorum vita aliorum debet eſſe eruditio: ⁊ aſſidua ſalutis p̄dicatio. Tales enim decet dominum habere minſtros: qui nulla contagione carnis corrumpant: ſed potius continentia caſtitatis ſplendeant: et totis honeſtis fulgeant in populo exemplis: qui-
Leuit. 19. bus dominus per legiſlatorem dicit: Sancti eſtote: quia ⁊ ego ſanctus ſum dominꝰ deus
1. Job. 1. veſter. Deus enim lux eſt: ⁊ tenebre in eo nō ſūt vlle: nec aliqua feditas ei ſociari poteſt. Et ideo fratres chariſſimi: ſiue viri: ſiue femine: ſiue clerici: ſiue laici: ſm apoſtoli admo-
2. Corī. 7. nitionem: mundemus nos ab omni inquinamēto carnis ⁊ ſpiritus: pficientes ſanctificationem in timore dei. Studeamus: vt ei qui ad eternam ſuam gloriam nos vocauit placeamus: quatenus cum eo feliciter in eternum regnare poſſimus: preſtante domino noſtro ieſu chriſto: qui cum patre ⁊ ſpirituſancto viuit ⁊ regnat.

## Sermo CC.L. In eadem dominica: De incauta familiaritate extranearū mulierū: Sermo II

A Nemo dicat fratres chariſſimi q̄ temporibus noſtris martyrū certamina eſſe non poſſint. Habet enim ⁊ pax nr̄a martyres ſuos. Nam ſicut frequēter ſuggeſſimus iracundiā mitigare: libidinē fugere: iuſticiam cuſtodire: auariciam contemnere: ſupbiam humiliare: pars magna martyrij eſt. Non incongrue dictum eſt fratres chariſſimi: Auariciam cōtemnere: iracundiam mitigare: libidinem fugere. Contemnenda eſt enim auaricia: que nobis ideo iniqua lucra procurat vt ſuos faciat nos. Noſtri enim eſſemus ſi illa nr̄a nō eſſet. Contemnēda eſt inquā auaricia: que velut ignis: quanto magis acceperit: tanto amplius querit. Iracūdia vero mitiganda eſt: que prius nociturus impedit q̄ nocendis. Quod autem libidinem
B fugiendam eſſe ſuggerimus: apoſtolus paulus euidenter oſtendit: qui cum omnibꝰ vitijs p̄dicauerit reſiſtendum: dum contra libidinem loquereꝛ: non dixit: Reſiſtite: ſed fu- 1. Corī. 6.
gite fornicationē: Ac ſic contra reliqua vitia deo auxiliante debemus in p̄ſenti reſiſtere: libidinem vero fugiendo ſuperare. Sic et alibi in ſcripturis diuinis legimus: Noli inquit Eccl. 9.
in faciem virginis intendere: ne te ſcandalizet vultus eius. Et beatus ioſeph vt impu- Gen. 39.
dicam dominā poſſet euadere: pallium quo apprehenſus fuerat reliquit ⁊ fugit. Ergo cōtra libidinis impetum apprehende fugam ſi vis obtinere victoriam. Nec tibi verecundū ſit fugere ſi caſtitatis palmam deſideras obtinere. Unde fratres chariſſimi ab omni-
C bus chriſtianis: precipue tamen clericis ſiue monachis indigna et inboneſta familiaritas fugienda eſt: quia ſine vlla dubitatione qui familiaritatē non vult vitare ſuſpectam: cito dilabiꝛ in ruinam. Sed forte negligens quiſqꝫ ⁊ minus de anime ſue ſalute ſollicitꝰ: reſpondet et dicit: Ecce ego et familiaritatē habeo mulierū extranearum: ⁊ tamē caſtitatis ornamenta cuſtodio. Infelix eſt ⁊ nimiū periculoſa iſta p̄ſumptio. Multi enim dum ſe putabant vincere victi ſunt. Sed dicit ali- D
quis: Inter mulieres extraneas habitans continētiā teneo: ⁊ volo habere qd̄ vnicam. Quid eſt dicere: Volo habere qd̄ vnicā: niſi viuere deſidero ſb ruina? Sed ego inquit libidinis impetū tanq̄ aduerſariū meū volo captiuū iugiter retinere. Uide ne contra te incipiat ipſa captiuitas p̄ualere: et vbi te putabas obtinere triumphū: inde eternū incurras opprobriū. Inter oīa chriſtianorū certamina ſola duriora ſunt p̄lia caſtitatis: vbi q̄tidiana eſt pugna ⁊ rara victoria. Grauem caſtitas ſortita ē inimicū: q̄ quotidie vinciꝛ et timeꝛ. Et ideo ſicut iam dictum eſt: nemo ſe falſa ſecuritate decipiat: nemo de ſuis viribus periculoſe p̄ſumat: ſed audiat apoſto

1.Corꝫ.6. lū dicentē: Fugite fornicationē. Dauid eniꝫ
E ille ſanctiſſimꝰ in mille paſſibus mulierē nu/
2.Regſ.11. datam vidit ⁊ ſtatim homicidiū fecit ⁊ adul/
teriū. Et aliqui in aliena domo cum extra/
neis mulieribus putant ſe caſtitatis obtine/
re triumphū: ignorantes dupliciter ſe apud
deum reos exiſtere: dum ⁊ ſeipſos in pericu/
lum mittunt: et alijs exemplū ꝑuerſe famli/
aritatis oſtendūt. Quāticūqꝫ em̄ illorū ſtul/
ticiam imitantes ꝑ inhoneſtā familiaritatē
caſtitatis ornamēta ꝑdiderint: illorū anime
ab illis in die iudicij requirent̄: qui eis exem
plū ꝑditionis oſtendūt. Et ideo frēs chariſſi
mi contra mortifera blandimenta: et contra
adiutores diaboli q̄ familiaritatē ſuſpectaꝫ
habere nec metuūt nec erubeſcūt: ne nos ex/
emplo ſuo decipiant dei adiutoriū implore/
mus iugiter: vt nos ð laqueo venantiū libe/
rare dignet̄: ſciētes ꝙ ī malis omibꝰ q̄ ſupra
diximꝰ chriſtianis q̄tidiana martyria deeſſe
F nō poſſūt. Si em̄ caſtitas et ꝟitas ⁊ iuſticia
chriſtꝰ eſt: ſic ⁊ ille qui eis inſidiat̄ ꝑſecutor
eſt: et ille qui ⁊ ī alijs defendere ⁊ in ſe cuſto/
dire voluerit: martyr erit. Et ideo q̄ hec tota
animi virtute ⁊ ipſe diligit et vt alij diligāt:
⁊ verbis ſimul ⁊ exemplis oſtendit: et vbi/
cūqꝫ veritas vł iuſticia ſiue caſtitas laborāt:
quātum p̄ualet ſe etiā vltro iugiter et ſm ꝙ
vires habuerit defendere cōtendit: non vnā
ſed plures coronas deo remunerāte ꝑcipiet.
Et vt hec obtinere cuꝫ dei adiutorio merea/
mur: non ſolū ab extranearū mulierū fami/
liaritate: ſed etiā ancillarū noſtrarū vł qua/
rūcunqꝫ vicinarū aut filie aut alūne aut an/
cille vnuſquiſqꝫ familiaritatē vel ſecretā col
locutionē vitare cōtendat: quia quāto earū
vicinior cōditio: tanto facilior ruina eſt. De
familiaritate em̄ taliū ſalomon nos admo/
Prouer.6. net dicēs: Nūquid alligabit q̄s ignē in ſinu
ſuo ⁊ veſtimēta eius non ardebūt? Aut am/
bulabit q̄s ſuꝑ prunas ⁊ nō cōburent̄ plāte
Ebr.5. eiꝰ? Et illud: Preciū meretricis vix dimidiū
panis: mulier auteꝫ p̄cioſam viri animā ca/
pit. Et quanta iniquitas ⁊ q̄ꝫ lugenda ꝑuer/
ſitas: ita vt animā quam chriſtus ſanguine
ſuo redemit: luxurioſus quiſqꝫ ꝓpter vnius
momenti delectationem libidinis diabolo
vendat. Vere enim nimium plangenda: et
miſeranda cōditio eſt: vbi cito p̄terit qđ de/
lectat ⁊ per diabolū in cruce manet ſine fine
qđ cruciat. Sub momento em̄ libidinis im/
petus tranſit et opprobrium infelicis anime

ꝑmanet. Sed dicit aliqs: Homo iuuenis ſū: G
facio qđ me delectat: et poſtea penitentiam
ago. Hoc eſt dicere: percutio me gladio cru/
deli: ⁊ poſtea ad medicum vado: et neſcit ꝙ
vnius hore in puncto vulnus accipit̄: et vix
longo tempore ad ſanitatem priſtinam re/
uocatur. Qui enim adulterans: dicit ſe poſt
ea penitentiā acturum: quare non timet ne
cum ſubitum ꝑiculum ſuꝑueniens rapiat: ⁊
pereat illi delectatio: et ſuccedat illi damna
tio? Et de infelici libidine vnde ſupra dixi/
mus credendum eſt illud qđ ꝓpheta dixit:
Quomodo confractus eſt malleus vniuerſe Hiere.50.
terre? Quis autem poſt aduentū domini ꝑ
innumerabilia monaſteria: ⁊ per cleros vel
laicos caſtitatem ſeruantes quaſi cōfractus
eſſe malleus videat̄ ille: adhuc tamē qđ pe/
ius eſt multo plures ſunt: q̄ ab ipſo malleo
confringunt̄: q̄ꝫ illi q̄ de ruina vel colliſione
ipſiꝰ liberant̄. Unde iterum atqꝫ iterum ro/ H
go: vt diligentius conſideremus: ⁊ quātum
poſſumus timeamus qđ dominꝰ in euange
lio dicit: Qui viderit mulierē ad cōcupiſcen Matth.5.
dum eaꝫ: iam mechatus eſt eā in corde ſuo.
Pro qua re ſicut iam dictum eſt: non ſolum
ab extraneis mulieribus ſed etiā ab ancillis
ꝓprijs refrenāda eſt ⁊ ſecreta familiaritas ⁊
oculorū incauta fragilitas: Ne impleat̄ ī no
bis illud qđ ꝓpha terribilit̄ clamat: Intra/ Hiere.9.
uit mors ꝑ feneſtras veſtras. Per q̄s em̄ fe/
neſtras mors ad animas nr̄as ingredit̄: niſi
ꝑ viſum oculorū: ⁊ auditū aurium? Si ꝑ lin/
guā aut amico tuo aut ſeruo tuo iuſſeris vt
ad te meretrix adducat̄: ꝑ os tuuꝫ ad animā
tuā gladius eterne mortis ingredit̄. Si eniꝫ
conſiliuꝫ malum libenter audieris: ſi detra/
hentem vel aliquid luxurioſe loquētem: aut
etiam cantica turpia ꝓferentem nō reſpuis:
per cordis feneſtram mors intrauit in ani/
mā tuā. Et quia dominus dixit: Qui vide/
rit mulierem ad concupiſcendā eam: iā me/
chatus eſt eam in corde ſuo: intelligit̄: ꝙ vo/
luntas perfecta faciendi reputabit̄ pro ope/
re facti: Ac ſic dū aliquis libidinoſo animo
cōſiderat: per feneſtram corporis in ſecretū
cordis venenum mortis inſtillat. Talis em̄ I
cogitatio etiam ſi aliquo impedita caſu nō
impleat voluntatē ſuam: nihilominus acti/
onis crimine condemnat̄ a domino: Ac ſic
illa caſta eſt cum qua libidinis malum vo/
luit exercere: et ille iam adulter tenetur in
corde. Et ideo audiamus prophetā dicentē:

Prouer.4. Omni cuſtodia cõſerua cor tuum. Et illud:
Pſ.118. Auerte oculos meos ne videant vanitatẽ.
Quomõ enim ſi aliquis carbones ignis ap/
prehẽdat: ſi eos cito ꝓiecerit nihil nocebũt:
ſi vero diutius tenere voluerit: ſine vulnere
eos iactare nõ poterit: Ita ⁊ ille qui ad cõcu
piſcendũ oculos defixerit: ⁊ libidinis malũ i
corde ſuſcipiẽs moras in ſuis cogitatiõibus
habere ꝑmiſerit: excutere eas a ſe ſine animę
occiſione vel plaga non poterit. Et ideo cuz
Pſ.24. ꝓpheta iugiter clamemus: Oculi mei ſemꝑ
ad dominũ: quoniam ipſe euellet de laqueo
pedes meos ⁊c.

## Item in eadem dñica: de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Iohã/
Ioh.6. nem: Cum ſubleuaſſet ieſus oculos
⁊c. incipiens: Miracula q̃ fecit do/
minus ⁊c. que ſumpta eſt de expoſi
tione doctoris Ibidem.

## Dñica viceſimaſexta ſi occurrat:
Pſ.45. de eo quod ſcriptũ eſt: Vacate ⁊ vi
Sermo dete qm ego ſum deus ⁊c. Ser. I
CC.LI.

A Sciendum eſt fratres chariſſimi: ꝙ
ideo a ſanctis patribus noſtris con/
ſtitutũ eſt chriſtianis ⁊ mandatũ: vt
in ſolẽnitatibus ſanctorũ ⁊ maxime in domi
nicis diebus ocium haberent: ⁊ a terreno ne
gocio vacarẽt: vt paratiores ⁊ promptiores
eſſent ad diuinũ cultũ: cum nõ haberent qd
eos inde retardaret incõmodũ: relinquerẽtq
eo tempore terrenã ſollicitudinẽ: quo facili⁹
poſſent dei intendere voluntatẽ. Inde ipſe
Pſ.45. dominus ꝑ ꝓphetã dicit: Vacate ⁊ videte:
quoniã ego ſum deus. At hi qui diuerſis cu
ris ac negocijs implicati: hanc ſententiã dei
ſpernũt: ⁊ diuinę cõtemplationi vacare no/
lunt: timeo ꝙ in futuro iudicio illis ianuam
dñi pulſantib⁹ atq aperiri poſcẽtibus: domi/
Luc.13. nus reſpondeat: Amen dico vobis: neſcio
vos. Diſcedite a me omnes qui operamini
iniquitatẽ. Et qui modo deum quęrere ne/
gligunt: ab ipſo tunc reſpuunt. Idcirco fra/
tres mei nõ ſit vobis moleſtũ: in dominicis
diebus ⁊ in natalicijs ſanctorũ diuino ſtude
B re cultui. Dominicũ ergo diẽ apoſtoli ⁊ apo/
ſtolici viri ideo religioſa ſolennitate haben/
Matth.28. dum ſanxerunt: quia in eodem redemptor
noſter a mortuis reſurrexit. Quiq ideo do/
minicus appellatur: vt in eo a terrenis operi/
bus vel mundi illecebris abſtinentes: tñ di
uinis cultib⁹ ſeruiamus: dantes ſcilicet diei
huic honorem et reuerentiam: propter ſpem
reſurrectionis noſtrę: quã habemus in illa.
Nam ſicut ipſe dominus ieſus chriſtus ⁊ ſal/
uator reſurrexit a mortuis: ita ⁊ nos reſurre/
cturos in nouiſſimo die ſperamus. Apparet
autem hunc etiã in ſcripturis ſanctis eſſe ſo/
lennem. Ipſe enim eſt prim⁹ dies ſeculi: In Gen.1.
ipſo formata ſunt elementã mundi: in ipſo
creati ſunt angeli: in ipſo quoq a mortuis Matth.28.
reſurrexit chriſtus: in ipſo de cęlis ſpũſſan/ Act.2.
ctus ſuꝑ apoſtolos deſcendit: manna in eo/ Exo.16.
dem i heremo primũ de cęlo datum eſt. His C
enim ſpeciebus ac talibus indicijs: domini/
ca dies extat inſignis: Ac id ſancti doctores
eccleſię decreuerunt omnẽ gloriã iudaici ſab
batiſmi in illam trãſferre: vt qd ipſi in figu/
ra: nos celebraremus i veritate: Quia tunc
erit requies noſtra vera: quando reſurrectio
fuerit ꝑpetrata: et remuneratio in anima et
corpore ſimul ꝑfecta. Obſeruemus ergo diẽ
dominicã fratres ⁊ ſanctificem⁹ illam: ſicut
antiquis ꝑceptum eſt de ſabbato: dicente le
giſlatore: A veſpere vſq ad veſperam cele/
brabitis ſabbata veſtra. Videamus ne ociũ
noſtrũ vanum ſit: ſed a veſpera diei ſabba/
ti vſq in veſperam diei dominici ſequeſtra/
ti a rurali opere: ⁊ ab omni negocio: ſolo di/
uino cultui vacemus. Sic quoq ſanctifica/
mus rite ſabbatũ domini: dicente domino: Exo.20.
Omne opus nõ facietis in eo. Veniat ergo D
cuicunq poſſibile ſit ad veſpertinã atq no/
cturnam celebrationẽ: ⁊ oret ibi in conuentu
eccleſię ꝓ peccatis ſuis deum. Qui vero hoc
non poſſit: ſaltem in domo ſua oret: ⁊ nõ ne/
gligat deo ſoluere votum: ac reddere penſũ
ſeruitutis. In die vero nullus ſe a ſacris miſſa
rum celebratione ſeparet: neq ocioſus quis
domi remaneat: ceteris ad eccleſiam ꝑgenti
bus: neq in venatione ſe occupet: ⁊ diabo/
lico mancipet officio: circũuagãdo campos
⁊ ſiluas: clamorem ⁊ cachinnũ ore exaltans:
non gemitũ nec orationis verba ex intimo
pectore ad deum ꝓferens. Adhuc quoq qd E
deteſtabilius eſt ad eccleſiã aliqui veniẽtes
non intrant: non inſiſtunt ꝑcibus: nõ expe/
ctant cum ſilentio ſanctã miſſarum celebra/
tionem: ſed quando lectiones diuinę intus
legunt: tunc ipſi foris aut cauſas dicere: aut
diuerſis ſtudent calumnijs impugnare: aut
videlicet in alea vel in iocis inutilibus inſu/

dare. Aliquotiens enim qđ peius eſt aliqui nimia iracundia ſuccenduntur: et amariſſime rixantur: ita vt armis ſe vel fuſtibus alterutrũ impetant: ⁊ ſepe homicidiũ ꝑpetrent: et hoc ab illis maxime fit: qui pleni inuidia ⁊ odio: diabolo ductore in cõuentũ eccleſie ꝑgunt: non vt ſemetipſos adiuuent: ſed vt alios ledant. Tales etiam ſi homicidio ibi pereunt: aut ſubita morte rapiuntur: quo alias: niſi cum ipſo cuius ſecuti ſunt veſtigia vadũt in eterna tormenta? Nolite hec facere fratres mei: nolite voſmetipſos decipere: nolite in conuentu veſtro locum dare diabolo: ſed magis voſmetipſos ꝑparate hoſpitium chriſto. Nõ ergo foris fabulis: ſed intus pſalmodie ⁊ orationibus ſtudete. Nolite inuicem in eccleſia verboſari: ſed quieti eſtote. Sunt enim plurimi: ⁊ ꝑcipue plereqꝫ mulieres: que ita in eccleſia garriunt: ita verboſantur: vt lectiones diuinas nec ipſe audiant: nec alios audire ꝑmittant. Nũquid talis conuentus: cum tali ordine in domo dei debet fieri: aut taliter decet in conſpectu dei et ſanctorum angelorum eius aſſiſtere? Adhuc quoqꝫ quod valde dolendum eſt conqueri vobiſcum volo: quia ſunt aliqui: et maxime potentes iſtius mundi: cum veniunt ad eccleſiam: non ſunt deuoti ad laudes dei celebrãdas: ſed cogũt ꝑſbyterum vt abbreuiet miſſam: ⁊ ad eorum libitum cantet: nec ei licet morem eccleſiaſticum ſequi propter illorum gulam ⁊ auariciã: quatenus vnus punctus diei ad dei officiũ: ⁊ reliquum diurnum ſpacium cum nocte ſimul ad eorum deputetur voluptates. Nolite fratres mei dilectiſſimi hec facere: nolite hec facientibus conſentire: quia non ſolum qui hec faciunt: ſed etiam qui conſentiũt facientibus pereunt. Ante omnia ergo cauſas in feſtiuitatibus nolite dicere neqꝫ audire: ſed alio tempore ⁊ cum iuſticia: nec munera accipiendo ſubuertatis iuſta iudicia: quia ſm domini ſententiã: quocũqꝫ iudicio iudicaueritis: iudicabitur de vobis. Nullus ſe veſtrũ inebriet: quia ebrius inſano ſimillimus eſt. Nolite in hominibus bibendo nomina veſtra delere de celo. Sunt quidem multi qđ peius eſt: qui non ſolum ſeipſos inebriant: ſed etiam alios cogunt et adiurant: vt amplius qꝫ expedit bibãt: ⁊ inde ſepe inter eos naſcuntur iurgia ⁊ homicidia. Nũquid ꝑpenditis fratres: cuius iſti in hoc ſequantur volũtatem? Ebrioſi enim: ait apoſtolus: ⁊ homicide: regnum dei non poſſidebunt. Obſecro vos dilectiſſimi patres ⁊ matres: fratres et ſorores: per nomẽ domini noſtri ieſu chriſti: et per regnum venturũ eius ac iudicium: vt ſubtrahatis vos ab omni homine ambulãte inordinate: ⁊ digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis: nec negligatis honorẽ veſtrum: neqꝫ paruipẽdatis redemptionẽ que eſt in chriſto ieſu. Filij dei nuncupati eſtis: quia verus filius dei vos liberauit. Studete bonis moribus tanto parenti placere: quatenus vos non vt nequiſſimos ſeruos ꝑpetuam tradat ad penam: ſed vt chariſſimos filios ſupernã ducat ad patriam: vt ſtris coheredes filij eius ieſu chriſti: cũ quo viuit et regnat deus in vnitate ſpũſſancti: ꝑ omnia ſeculi ſeculorũ: Amen.

Margin notes: F; G; Matth. 7.; 1. Cor. 6.; H; 2. Theſſal. 3.

## In Anniuerſario dedicatiõis eccleſie vel altaris: Sermo I

Sermo CC.LII. — A

Quotienſcũqꝫ fratres chariſſimi altaris vel templi feſtiuitatẽ colimus: ſi fideliter ac diligenter attendimus: ⁊ ſancte ac iuſte viuimus: quicquid in templis manufactis agitur: totum in nobis ſpiritali edificatiõe complentur. Non enim mentitus eſt ille qui dixit: Templũ enim dei ſanctũ eſt qđ eſtis vos. Et iterũ: Neſcitis quia corpora veſtra templũ ſunt ſpũſſancti qui in vobis eſt? Et ideo fratres chariſſimi: quia nullis ꝑcedentibus meritis: per gratiã dei meruimus fieri templũ dei: quãtum poſſumus cum ipſius adiutorio laboremus: ne dominus noſter in templo ſuo: hoc eſt in nobiſipſis inueniat qđ oculos ſue maieſtatis offendat: ſed habitaculum cordis noſtri euacuetur vitijs ⁊ virtutibus repleatur: claudatur diabolo: ⁊ aperiatur chriſto: ⁊ ita laboremus vt nobis bonorum operum clauibus ianuam regni celeſtis aperire poſſimus. Sicut enim malis operibus quaſi quibuſdam ſeris ac vectibus vite nobis ianua clauditur: ita abſqꝫ dubio bonis operibus aperitur. Et ideo fratres chariſſimi vnuſquiſqꝫ conſideret conſcientiã ſuam: ⁊ quando ſe aliquo crimine vulneratum eſſe cognouerit: prius orationibus: ieiunijs vel elemoſynis ſtudeat mũdare cõſcientiã ſuã: ⁊ ſic euchariſtiam ꝑſumat accipere. Si enim agnoſcens reatum ſuum ipſe ſe a diuino altari ſubtraxerit cito ad indulgentiam diuine miſericordie ꝑueniet: Quia ſicut qui ſe exaltat

Margin notes: 1. Cor. 3.; 1. Cor. 6.; B; Luc. 14. et. 18.; K

humiliabit: ita econtrario: qui ſe humiliat
exaltabit. Qui enim ſicut dixi: agnoſcens
reatum ſuũ ipſe ſe humiliter ab altari eccle/
ſie p̃ emẽdatiõe vite remouere voluerit: ab
eterno illo & celeſti cõuiuio excõmunicari pe
C nitus non timebit. Rogo vos fratres dili/
genter attẽdite: ſi ad menſã cuiuſcũqȝ potẽ/
tis hoĩs nemo p̃ſumit cũ veſtibus cõſciſſis
& inquinatis accedere: quãtomagis a conui
uio eterni regis: id eſt ab altari domini de/
bet ſe vnuſquiſqȝ inuidie vel odij veneno p̃/
cuſſus: iracundie furore repletus cum reue/
rentia & humilitate ſubtrahere? p̃pter illud
Matth.5. qđ ſcriptũ eſt: Vade prius recõciliare fratri
tuo & tũc veniẽs offeres mun⁹ tuũ. Et iterũ:
Matth.22. Amice quomõ huc intraſti nõ habens veſtẽ
nuptialem? Sic enim habet textus euange/
lice lectionis q̃ quidam fecerit nuptias filio
ſuo: & intrauerit vt videret ſimul recũbẽtes:
& videns ibi hominẽ non habentem veſtem
nuptialem: dixit ad eum: Amice quomodo
huc intraſti nõ habens veſtem nuptialem?
Et illo obmuteſcente: dixit miniſtris: Liga/
te illis manus & pedes & proijcite eum in te/
nebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dẽ/
tium. Ecce qualem ſententiã merebit audi/
re qui ad conuiuiũ nuptiale: id eſt ad altare
domini: aut ebrioſus: aut adulter: aut odiũ
D in corde retinens: p̃ſumit accedere? Auertat
hoc deus a nobis fratres chariſſimi: et con/
cedat vt mala iſta aut nunqȝ velimus admit
tere: aut ſi admiſſa fuerint ſine vlla mora pe
nitentia vel pace ſtudeamus ſanare et lar/
gioribus elemoſynis feſtinem⁹ abluere: ne
forte ſi cum peccatorum vulneribus ante tri
bunal eterni iudicis venerimus: ab illa eter/
na eccleſia: & ab illa celeſti hieruſalem perpe
tua excõmunicatione ſeparemur. Cõſidera/
te fratres: rogo vos ſi hodie aliquis a cõuen
tu eccleſie huius pro aliquo crimine proijcia
tur foras: in quanto dolore vel tribulatione
erit anima ſua? Et ſi intolerabilis dolor eſt
de illa eccleſia foras proijci: vbi ille qui proij
citur et manducare & bibere et cum homini/
bus loqui poteſt: & habet ſpem vt iterũ me/
reatur ad eccleſiã reuocari: quãtus putatis
dolor ille erit ſi aliquis pro criminibus ſuis
ab illa eccleſia que in celis eſt a cõuentu an/
gelorum vel ſanctorũ omniũ cõgregatiõne
fuerit ſeparatus: cui nec hoc ſolum ſufficiet
ad penam q̃ foris proijcit: ſed inſup̃ in tene/
bras exteriores eterno incendio concremañ/
dus excludit? Qui enim in illa celeſti hieru/
ſalem excõmunicari meruerit: non ſolũ hoc
pene habebit q̃ nec mãducare vel bibere po
terit: ſed etiam flammas infernales ſuſtine/
bit: vbi eſt fletus & ſtridor dentium: vbi vlu
latus: lamentatio & penitẽtia ſine vllo reme/
dio: vbi eſt vermis ille qui nõ morit: & ignis Eſa.66.
qui nunqȝ extinguit: vbi mors querit: & non
inuenit. Quare in inferno mors querit: et
non inuenit? Quia quibus in hoc ſeculo vi
ta offertur & nolunt accipere: in inferno que/
runt mortem & non poterunt inuenire. Ubi
erit nox ſine die: amaritudo ſine dulcedine:
obſcuritas ſine lumine: vbi nec diuitie: nec
parentes: nec coniuges: nec filij: nec vicini
potuerunt ſubuenire: vbi nihil peccator in/
ueniet: niſi qđ de hoc ſeculo caſte et iuſte vi/
uendo p̃ elemoſynarũ largitatem tranſmiſe
rit. Hec ergo cogitantes fratres chariſſimi:
tam caſti: & tam ſobrij: & tam pacifici ad iſtud
altare deo auxiliãte ſtudeamus accedere: vt
ab illo eterno altari non mereamur excludi.
Qui enĩ ad iſtud altare caſto corpore et mũ/
do corde cum munda & ſecura cõſciẽtia ve/
nit: ad illud altare qđ in celis eſt felici tranſ/
migratione p̃ueniet. Ad extremum fratres E
chariſſimi non eſt graue nec laborioſum qđ
ſuggero: hoc dico quod vos frequẽter facere
aſpicio. Omnes viri quãdo cõmunicare de/
ſiderãt: lauant manus ſuas: & omnes muli/
eres nitida exhibẽt lintheamina vbi corpus
chriſti accipiant. Non eſt graue quod dico
fratres: quomodo viri lauant aqua manus
ſuas: ſic elemoſynis lauent conſcientias ſu/
as. Similit̃ et mulieres quomodo nitidũ ex
hibent lintheolũ vbi corpus chriſti accipiãt:
ſic corpus caſtum et cor mũdum exhibeant
vt cum bona cõſcientia chriſti ſacramẽta ſuſ/
cipiant. Rogo vos fratres: nũquid eſt ali/
quis qui in arca ſordibus plena velit mitte/
re veſtem ſuam? Et ſi in arca ſordibus plena
veſtis non mittitur precioſa: qua fronte in
anima que peccatorum ſordibus inquinat
chriſti euchariſtia ſuſcipit? Et quia iſtis ve/ F
riſſimis exemplis loqui cepimus: etiã et hoc
quod non noſtis inſinuo. Non puto eſſe ali/
quẽ hoĩem q̃ in arca ſua vbi p̃cioſas veſtes
habet repoſitas acquieſcat aut carbonẽ viuũ
aut qualẽcunqȝ ſcintillam includere. Quare
hoc fratres? Quia timet ne comburant ve/
ſtimenta quibus in feſtiuitate induit. Ro/
go vos fratres: qui in arca ſua non vult ſcin/

tillã ignis includere: q̃ in anima ſua flam/
mã iracũdie non timet accendere? Sed qua/
re hoc fiat: manifeſte ⁊ euidenter cognoſci/
mus. Ideo enim in arcã ignem nõ mittim⁹:
quia diligimus veſtem noſtrã: flammã vo
iracundie ideo non extinguimus: quia non
ſolũ nõ diligimus: ſed etiã odio habemus
animã noſtram: ſcdm id quod ſcriptum eſt:
Pſ.10. Qui diligit iniquitatem odit animã ſuam.
B Et ideo fratres chariſſimi exempla iſta attẽ/
tius cogitantes: arcellas interiores: id eſt cõ/
ſcientias noſtras quãtum poſſumus cũ dei
adiutorio cuſtodire diligentius ſtudeamus:
vt cum dies iudicij aduenerit: in illa eterna
⁊ beata eccleſia: vbi nunq̃ habitare poterit
malus: vnde nunq̃ exiturus eſt bonus: non
cum pannis veteribus foras in tenebras ex/
teriores excluſi appareamus: ſed ſtola imor/
talitatis induti: caſtitatis vel iuſticie gemmis
ornati: elemoſynarum luce veſtiti audire mere/
Matth.25. amur: Venite benedicti patris mei pcipite
regnum. Et illud: Serue bone et fidelis in/
tra in gaudiũ domini tui. Ad quod gaudiũ
nos dominus ſua ꝓtectione perducat: Qui
viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum: Amẽ.

## Sermo CC.LIII Eodem die: Sermo II

A R Ecte feſta eccleſie colunt: qui ſe eccle/
ſie filios eſſe recognoſcũt. Hec enim
omnium credentium mater eſt: que
natos a morte regenerat ad ſalutem. Hec eſt
poſt ſynagogam quidẽ vocata: ſed ante ſy/
nagogam promiſſa. Hec enim iam in primo
Gen.2. homine ꝑfigurata eſt. Nam ſicut ex ade late
re fabricata eſt eua: ita ex chriſti corpe et vul/
Gen.7. nere redempta creuit eccleſia. Hec intra arcã
diluuio exundante ſeruata: crucis beneficiũ
et baptiſmatis myſterium ꝑſignauit. Hanc
Gen.21. ſara ſterilis et deſperata in ſenectute vnico
pignore fecundata precinit: qđ eccleſia vni/
cum: id eſt dilectiſſimũ deo populum ſeculo
B iam ſeneſcente ꝓgenuit. Hec eſt regina illa:
Pſ.44. de qua ad dominũ dicitur: Aſtitit regina a
dextris tuis in veſtitu deaurato circũamicta
varietate: id eſt diuerſarũ circũdata pcioſo
3.Reg.10. decore virtutũ. Hec ẽ illa regina: que venit a
partibus ethiopie audire ſapientiã ſalomo/
nis. Sed hec non tam ex vna regione q̃ ex
vniuerſis mundi partibus reges paritura
conuenit: ſicut etiam euangeliſta cõmemo/
Matth.12. rat: Regina auſtri venit a finibus terre au/
dire ſapientiã ſalomonis. Venit eccleſia ad
redemptorem ⁊ eruditorem ſuum: vt de ſtul/
ticia erroris doctrinam perciperet veritatis.
De qua plenius ſicut audiuimus regnorum
ſcribit hiſtoria ita dicens: Et ingreſſa regina 3.Reg.10
hieruſalẽ cum multo comitatu ⁊ diuitijs cũ
camelis portantibus aromata et aurum in/
finitum nimis ⁊ gemmas pcioſas: venit ad
ſalomonem: ⁊ locuta eſt ei vniuerſa que ha/
bebat in corde ſuo. Ergo in figura regine hu/ C
ius eccleſia venit ex gentibus: ⁊ a finib⁹ ter/
re: imponens finem cupiditatibus vitijſq̃
terrenis: vt audiret ſapientiã ſalomonis: id
eſt veri pacifici domini noſtri ieſu chriſti: qui
fecit vtraq̃ vnum: ſoluens inimicitias inter Eph.2.
deum ⁊ hominẽ in carne ſua. Venit poſt ve/
teres ⁊ ꝓphanas ſupſtitiones audire ⁊ diſce/
re de fidei illuminatione ⁊ iudicio futuro: de
anime immortalitate: de ſpe reſurrectionis
⁊ glorie. Venit ergo in hieruſalẽ cum multo 3.Reg.10.
comitatu: id eſt non iam cum vna tantũ gen/
te iudeorum: ſicut prius ſynagoga ſolos ha/
buit hebreos: ſed totius mundi gentibus
diuerſiſq̃ nationibus. Venit ergo exhibens D
munera digna chriſto: aurum et gemmas p̃/
cioſas: et hoc camelis portantibus: id eſt ex
gentili populo venientibus qui prius fue/
rant vitiorum feditate diſtorti: et malorum
onere curui: ac peccatorum prauitate defor/
mes. Cum his tanq̃ muneribus regina hec
ingredit̃ ad pacificũ regem chriſtũ exhibẽs
fidei aurum: puritatis incenſa pcioſa: ſplen/
doreſq̃ gemmarũ: morum ſcilicet inſignia
⁊ ornamenta virtutũ: ⁊ locuta eſt ei vniuer/
ſa que habebat in corde ſuo: id eſt aperuit ei
cor ſuum: manifeſtauit ei occulta conſcien/
tie ſue in cõfeſſione ⁊ penitudine ꝓcedentiũ
delictorum. Videamus quid agat hec regi/ E
na. Videns inquã regina ſaba omnẽ ſapi/ Ubi.s.
entiam ſalomonis: ⁊ domũ quam edificaue/
rat: ⁊ cibos menſe eius: ⁊ holocauſta que of/
ferebat in domo domini: nõ habebat vltra
ſpiritum. Quid erat rationis: vt prepotens
regina: domus expenſas: ⁊ cibos regios tã/
topere miraret̃? Ergo hoc loco aliqua maio/
ra nos oportet iquirere. Vidit ergo eccleſia
ex gentibus congregata ſapientiam chriſti:
id eſt poſt carnalia inſtituta gentilium: poſt
humanã ⁊ animalẽ doctrinam philoſopho/
rum: accepit intellectũ ſalutis: et vite inſpe/
xit ſpiritalium mẽbra bonorũ: agnouit verũ
fabricatorem celi ⁊ terre: ⁊ potentiſſimũ hu/

mani generis conditorem: de cuius ſapien-
Sap.11. tia dicit: Omnia in menſura ⁊ pondere ⁊ nu
F mero conſtituiſti. Vidit ⁊ domū quam edi-
ficauerat: id eſt incarnationē hoīs aſſum-
Col.2. pti: in quo habitat omnis plenitudo diuini-
tatis corporaliter. Vidit ⁊ cibos menſe ſalo
monis: id eſt illos de quibus dominus dice
Joh.4. bat: Meus cibus eſt: vt faciam volūtatem
eius qui me miſit patris. Cibus enim chriſti
eſt ſalus noſtra: reficit celeſtibus epulis: pro
fectibꝰ noſtris. Cibus eius ſumus: dum ac-
quiſiti eccleſie i membra eius corpuſqꝫ trāſi-
mus. Vel cibus eius altaris ſacramenta ce-
Ps.77. leſtia ſunt: de quibus dicit: Panē celi dedit
eis: panem angelorum manducauit homo.
Vidit ⁊ holocauſta eius: orationū ſine du-
bio ſupplicationumqꝫ myſteria: et obſtupuit
vbi vidit ineſtimabiles diuitias domini ſui
3.Reg.10. dixitqꝫ ad regem: Verus ſermo eſt quē au-
dieram in terra mea ſuper ſermonibus tuis
⁊ ſuper ſapientia tua: et non credebam nar-
rātibus donec ipſa veni ⁊ vidi oculis meis:
⁊ probaui ꝙ media pars nunciata mihi non
fuiſſet. Maiora ſunt ſapientia ⁊ opera tua:
G ꝗ̄ rumor quem audiui. Cum ergo peruenerit
regina hec ſiue eccleſia ſiue quecunqꝫ anima
ſancta in eternam hieruſalē: id eſt viſionem
pacis: ⁊ ingreſſa fuerit beatā requiem ⁊ glo-
riam celeſtium ꝓmiſſorum: multo plura et
magnificentiora ꝓſpiciet ꝗ̄ ei ſunt in hac ter
ra per ſacra eloquia: per ꝓphetas atqꝫ apo-
ſtolos nunciata. Nunc enim tanqꝫ in ſpecu-
1.Cor.13. lo ⁊ in enigmate: tunc autē oculis ſuis vide-
bit: id eſt facie ad faciem. Tunc beata ⁊ illu-
ſtris anima inter ſtupendas remuneratoris
ſui conſtituta diuitias: ineffabilibus regine
huius verbis vti ad deum poterit dicens:
3.Reg.10. Verus eſt ſermo quem audiui in terra mea
ſuper ſermonibus tuis: maiora ſunt opera
tua ꝗ̄ rumor quē audiui. Et reuera id quod
1.Cor.2. parat deus diligentibus ſe: fide nō compre-
hendit: ſpe non tangitur: charitate non ca-
pitur: deſideria ⁊ vota tranſgredit. Acquiri
poteſt: eſtimari non poteſt. Habet de perce-
ptione fructum: non habet de ſacietate faſti
dium: Ad que vos bona ꝑducat: qui viuit ⁊
regnat in ſecula ſeculorū: Amē.

## Sermo CC.LIIII. Eodem die: Sermo habitus in regiōe tertia: In baſilica ſancti Petri Carthagin. III

Ecorem domus dei: et locum taber- A
d naculi claritatis eius diligimus: ſi ⁊ Ps.25.
noſipſi ſumus. Quis ergo decor eſt
domꝰ dei ⁊ locus tabernaculi claritatis eiꝰ:
niſi templum eius: de quo apoſtolus dicit:
Templū enim dei ſanctū eſt: qḋ eſtis vos. 1.Cor.3.
Sicut ergo in fabricis manufactis cum ele-
ganter et magnifice conſtruunt: corporalis
noſter mulcet aſpectus: ita cum lapides vi-
ui: id eſt corda fidelium charitatis vinculo
continent: decor eſt domus dei: et locus ta-
bernaculi claritatis eius. Diſcite ergo quod
amare debetis: vt amare poſſitis. Qui enī
diligit decorem domus dei: non eſt dubium
quia eccleſiam diligit. Nō in fabrefactis pa-
rietibus ⁊ tectis: non in nitore marmorum ⁊
laquearibus aureis: ſed in hominibus fide-
libus: ſanctis: deum diligentibꝰ ex toto cor- Math.22.
de ſuo: ⁊ ex tota anima ſua: et ex tota mente
ſua: ⁊ proximū ſuum tanqꝫ ſeipſum. Sed in B
congregatione chriſtiana quātum pertinet
ad participationē et cōmunionē ſacramen-
torū: multiplicati ſunt ſuper numerū. Alius Ps.39.
eſt ergo numerus: alij ſuper numerū. Nume
rus eſt: de quibus dicit apoſtolꝰ: Nouit do- 2.Timoth.2.
minus qui ſunt eius. Super numerū autē:
Quoniā in magna domo non ſolum vaſa Ibi.3.
ſunt aurea ⁊ argentea: ſed ⁊ lignea ⁊ fictilia:
alia quidem in honorem: alia in contume-
liam. Numerus ergo vaſorum in honorem:
Super numerū autem vaſa in contumeliā.
Cum ergo ſint iſta duo genera vaſorum: nū
quid dubitamus vbi ſit decor domus dei?
Si ergo vis diligere: agis quod cātaſti: de- C
corem domus dei: ⁊ locum tabernaculi clari Ps.25.
tatis eius: Quere vaſa in honorem: et no-
lo dicas: Queſiui ⁊ non inueni. Ideo enim
queſiſti et non inueniſti: quia quod queſiſti
tu non fuiſti. Similis ſimili coheret: diſſi-
milis diſſimiles refugit. Si fueris vas in cō-
tumeliā: proculdubio vas in honorem gra-
ue tibi erit ad videndum. Non audis quo-
modo quidam de quodā dicant: Grauis eſt Sap.2.
nobis etiam ad videndum? Qḋ tibi graue
eſt ad videndū: quando erit apertū ad inue
niendū? Vaſa enim iſta interiorū hominū
ſunt. Non vtiqꝫ cum viſus fuerit iuſtus: iā
agnoſcit iuſtus. Eūdem aſpectum habet iu-
ſtus ⁊ iniuſtus. Vterqꝫ homo: ſed nō vterqꝫ
domus dei. Et ſi ambo chriſtiani appellant:
vtrūqꝫ vas: ſed non vtrūqꝫ in honorem: ſed
aliud in honorem: aliud in contumeliā. Nū- D

225

quid ꝓpter mala vaſa deſerenda eſt do/
mus magna? Nouit vti deus: id eſt domin⁹
magne domus et vaſis in honorem et vaſis
in contumeliā. Sicuti eſt malorum male vti
etiam bonis: ſic econtra dei bene vti etiam
1.Timoth.4. malis. Quantis bonis vtuntur mali? Om/
nis enim creatura dei bona eſt: Quomodo
ea male vtuntur mali? Quomodo eos incre
Jaco.4. pat ſcriptura dicens: Petitis et non accipi/
tis: eo ꝙ male petatis: vt in concupiſcentijs
veſtris inſumatis. Quod nomen accepe/
runt iſti male vtentes bonis dei? Sequi/
Ibi.5. tur et dicit: Adulteri. Unde adulteri? Ne/
ſcitis quia amicus huius mundi inimicus
deo conſtituit? Adulteri inquit. Sunt ani/
me adultere: ſunt fornicarie. Diſcutiamus
eas. Fornicarie anime ſunt: multis dijs fal/
ſis quodāmodo proſtitute. Adultere au/
tem tanꝙ legitimo iam coniugio copulate:
et ipſi legitimo coniugio non ſeruantes ani/
me caſtitatem. Ut hoc dicam expreſſius:
pagani anima fornicaria eſt: chriſtiani mali
adultera. Pagani anima fornicaria: legiti/
mū virum nō habet: ſed ꝑ diuerſa demonia
proſtituta corrumpit. Chriſtiani aūt aliqua
re adultera eſt: quia nec caſtitatem diligit:
E nec virum deſerit. Non ergo dicas: Quare
2.Timoth.2. ſunt iſti in domo dei? Reſpondet tibi: Ua/
ſa ſunt in contumeliā. Nouit eis vti deus.
Non errat qui creauit: quoniam qui potuit
2.Retrac.18. creare: nouit ordinare. Habent in domo ma
gna locum ſuum. Si autē queris a me: quo/
modo eis bene vtatur deus? fateor dei cōſi/
lium ſicut homo explicare non poſſum. No/
ui enim cū paulo apoſtolo expaueſcere: qḋ
etiā ille cum conſideraret et expauit: et expa/
Ro.11. ueſcens exclamauit: O altitudo diuitiarum
ſapientie et ſcientie dei: ꝙ inſcrutabilia ſunt
iudicia eius: et inueſtigabiles vie eius. Quis
enim cognouit ſenſum domini: aut quis cō/
ſiliarius eius fuit: aut quis prior dedit illi et
retribuet illi? Quoniam ex ipſo et per ipſum
et in ipſo ſunt omnia: Ipſi gloria i ſecula ſe/
culorū. Nobis conſideratio: admiratio: tre/
mor: exclamatio: quia nulla penetratio. Ipſi
autem quid? Gloria in ſecula ſeculorū. Siue
de vaſis in honorem: ſiue de vaſis in contu
meliam: ipſi gloria in ſecula ſeculorū. Alios
coronat: alios damnat: nuſꝙ errat. Alios
F probat: de alijs ꝓbat: om̄es ordinat. Quid
faciunt inquit in hoc mundo homines ma/
li? Reſpōde mihi: in fornace aurificis palea
quid facit? Puto non ibi eſſe ſine cauſa pa/
leam: vbi aurum purgatur. Uideamus que
ibi ſint omnia. Fornax eſt: palea eſt: aurum
eſt: ignis eſt: artifex eſt. Sed illa tria: aurū:
palea: ignis in fornace: artifex ad fornacem.
Attende etiam iſtum mundum. Mundus:
fornax eſt. Palea: homines mali. Aurū: ho/
mines boni. Ignis: tribulatio. Artifex: de⁹.
Attende et vide: Aurum non purgat ſi pa/
lea non vratur. Uide aurum in hoc ipſo pſal
mo: vbi diligimus decorem domus dei: et lo Ps.25.
cum tabernaculi claritatis ei⁹. Uide ibi au/
rum: vide vocem auri. Purgari cupit: Pro/ Ibi.5.
ba me domine et tempta me. Proba me in/
quit dn̄e et tempta me: Et vide ſi non ignem
querit. Proba me et tempta me: vre renes
meos et cor meum. Non timeo ne in igne de/
ficias? Non inquit. Quare? Quia miſericor
dia tua ante oculos meos eſt. Ecce inquit
quare ſecurus dico: Proba me domine et tē/ Ps.25.
pta me: vre renes meos et cor meum: non
quia idoneus ſum viribus meis ignem ſuſti
nere temptatiōis: ſed quia miſericordia tua
ante oculos meos eſt. Qui mihi inquit do/
naſti vt aurum probatū eſſem: in fornace pe
rire ꝑmittis? Prorſus mittis purgandum:
eijcis purgatū. Cuſtodiat dominus introi/ Ps.120.
tum tuū et exitum tuū. Uide ipſum exitū: vi G
de ingreſſum in fornace. Omne gaudiū ex/ Jacobi.1.
iſtimate fratres mei: cum in temptatiōes va/
rias incideritis. Ecce audiſti ingreſſū: que/
re exitum. Facile enim eſt intrare: exire ma/
gnum eſt. Sed noli timere. Fidelis deus.
Nempe quia ingreſſus fueras: de exitu cogi
tabas. Fidelis deus qui non vos permittit 1.Cor.10.
temptari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet
cum temptatione etiam exitum. Quid eſt
exitum? Ut poſſitis ſuſtinere. Intraſti: inci
diſti: ſuſtinuiſti: exiſti. Magna materies eſt
purgationis bonorū: abundantia malorū.
Nam in multitudine malorū ꝙuis ꝑmixti
lateant boni: nouit dominus qui ſunt eius. 2.Timoth.2.
Sub manu tanti artificis: auri mica in ma/
gna palea perire non poteſt. Quanta ibi pa
lea ꝙ modicū aurum. Sed noli timere: tan/
tus eſt artifex vt purgare poſſit: ꝑdere non
poſſit. Uide aurum beatū apoſtolū in iſta
fornace mundi huius quēadmodum pericu
lis probat: vt veniamus ad vaſa inhonora/
ta que intus ſunt: quibus nouit bene vti do

minus magnę domus. Apoſtolus ergo cuꝫ
2. Cor. 11. periculis probaret: quid dicebat? Periculis
in mari: periculis in deſerto: periculis ex ge
nere: periculis ex gentibus. Iſta omnia fo
ris ſunt. Intus attende: Periculis in falſis
H fratribꝰ. Alloquor ergo aurum dei: alloquor
vaſa facta in honorem: alloquor grana ĩ tri
tura areę: inter paleam laborantia. Tibi di
co quiſquis audis: non me: ſed per me: Eſto
bonus: tolera malum. Nolo dicas quis eſt
bonus: immo hoc volo dicas: quoniã quan
tumcunqꝫ fueris bonus: non eris ſine ali
